A τῷ Βασιλεῖ ἐμβῆναι πόποτε. ὅμως ὁ μελετήμων ἀπεκρύβη, καὶ ὁ Βασιλεὺς ἔμεινε δηλ Ἔγκυος, καὶ τὰ αὐτῆ ἐκαρτέρει, τὸ δ' ἔζων, ὃ, ὥσπερ ὑφαρπασθὲν σωὴ ἀρχῇ, ὅπως αὐξηθείη μὴ ἡ πόλις Δεσποίνη, ἐπὶ ἀδήλῳ τῷ, τί Γαλλοὶ φρονοῦσι περὶ αὐτῆς. δι' ὃ γὰρ μὴ ἀφανὲς δηλοῦτο. ὅπως δὲ φυλαχθοίη Ῥωμαίοις δικαίως ἐκείνη, καὶ μὴ φανείησι λαφύξασα. ὡς δὲ ἀνάγκης κρατησάσης δηλοῦμεν. ἡ δὲ γὰρ ἡμῶν ἡ ὃ μικρὸν ἐκλογίζεσθε. ἀλλὰ σῖτον μέγιστον δοτὸν γῆς ἐκ θαλάσσης καὶ τῆς πόλεως ἐξαρτᾶσθαι.

B

C Vlsum igitur est necessarium ad occurrendum instantibus, ante omnia summâ celeritate mœnia Vrbis attollere, præsertim quæ mare spectabant; quippe quæ humiliora erant: eo qui eondidit, quòd mari dominaretur, munire illa diligentiùs eâ parte superfluum rato. Is fuit Constantinus, non religione minùs quàm civilibus & bellicis actis maximè inclytus. Quia verò angustijs temporis urgebantur, nec petræ & calx ad manum erant, tabulis latis, & prælongis usi trabibus, quas ubi deficiebat summitas depressioris muri, validis nexibus ædificio priori committebant, suggestum coronæ mœnium, & surgentibus per intervalla turribus adstruxerunt, quantum sufficeret ad tegendos intus defensores: quorum ne deesset copia, foris accivit & intra Vrbem collocavit, domicilijs pomœrio vicinis, magnum numerum Militum levis armaturæ, non enim loricis cæteroque gravi apparatu opus erat pugnaturis ex tuto, pinnis murorum protegentibus. Nam ad eruptiones, si quas usus belli posceret, & aperetas in campo dimicationes cum obsessoribus, præstò adfutnros cataphractos è Castris majoribus Imperatoris. Providit autem ne præsidiarijs hisce urbanis alimenta unquam deforent, quantumcunque duraret

C Δοκεῖ γοῦν περὶ τὰ ὠδικότατα, διεπαγῆναι αὐλῶνα τὰ τοῖχα τῆς πόλεως καὶ μᾶλλον τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ, ἐπὶ δὲ καὶ χαμαλὲ ἦσαν ἐκεῖνα, θαλασσοκρατοῦντος τότε τοῦ πρώτου ἀυτοκράτορος Κωνσταντίνου, τοῦ μὲν ἔπαινον ὃ σεβασμὸς, ἢ τὰς πράξεις μεγίστου. καταπαίροντος δὲ τοῦ καιροῦ, ἐπεὶ σῶν ἔχειν πεζοὺς σωὴ πυκνῷ τοῦ ἀνακοδόμησιν ἐκτελεῖν, μόνον ξυλίνη πλατείαις καὶ ὑπερόχοις, σωὴ τῷ καὶ στεφαναῖς πρὸς ὃ τὰς ὑπερφορὰς ἀντέχειν δεῖ) τὰς τε πύργους ἐκ τοῦ τοίχου πρεσπεπυλῶν. πρὸς δὲ γε ὃ ἀυτάρκεις ἔχειν τῷ ἀυξεζώντων ἐντὸς, πλῆθος σταθμοῦ ἔξωσεν ἐσοικίζειν, πλησίον ἐλαφρᾶν ὡς ἐντὸς μηνύσαντα δεῖ τῆ τῆς μάχης καιρῷ, ὧν δέ τε δεοι καὶ δοτὸν γῆς ἐκφέρειν πόλεμος δεῖ) ἐσῦ ὑπασπισμένους ἐκ σταθμάτων μεγάλων βασιλικῶν. τὰ δὲ γε τῆς ἔξωθεν αὐτοῖς ἀ δεῖ μάχεσθαι πρὸς πολεμίοις πρεσκαθημένοι, τοῖμεν δοτὸ τῆς πόλεως ἑτοιμάζεσθαι. ἐσαχθέντες γὰρ ἔσεσθαι ἱκανοὶ ἐς χαρακώσεις τῷ ἀγορᾶς, ὅπου ἂν ἄπλετον αὖ εἴη, καὶ παρ' ὧν κατέχοντο, τῷ ἐντὸς λέγω τῆς πόλεως, ἀυτὸς χαράξαν ἔχειν πύλας καὶ σταυρώσεις καὶ διεξόδους,

D

ἐς

ὡς ἂν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπόρων ἔχοιεν, A obsidio: sed esset semper affatim unde ipsis
ἐκ τῆς καὶ ταρίχη παρασκευάζοιεν, τοῦτο ex Vrbe suppeditarentur ad victum necessaria: quam ad rem introduxit in Vrbem bouũ
μὲν ἐς ὕσιον χρεών, τοῦτο δὲ καὶ ὅσον τοῦ numerum, quantus sufficeret culturæ
πεδίου μάλιστα, καὶ χίλοι τοῖς ἵπποις camporum suburbanorum, quorum operâ indu-
παρασκευάσειαν, εἴ τε δὲ, καὶ γεωργοῖεν ὅσον strij Agricolæ arando, serendo, metendo-
τε ἐς ἔχοιεν ἀνθρώποις, τοῦ ζώου ἐς ἀσχο- que conficerent frumenti, quod esset opus
λίας τοιούτου, ὡς τρέφειν ἱκανῶς ἔχοι. ad annonam in Vrbe degentium; additâ
τοιαῦτα δὲ, ὅσα βόεια τεμάχη τοὺς quam pariter intrò congeti curabat copiâ
οἰνίσαι βαπτίζεσθαι, μὴ καὶ πῦρ ὑπαίθρια ὀπτᾶν magnâ durarorum sale ac fumo ad diuturnam conservationem ciborum, partim ex
ὦ πολέμιοι. τὰ μὲν οὖν τοῦ Ταυρίσκου suillis carnibus, partim ex ovino lacte. Fœ-
ὡς ἔργον ἔζεσε, καὶ πύργοι μὲν ὡς ὅτι ξύλινοι ἐπυ- B ni quoque vim ingentem in pabulum equo-
ρώθησαν πηχῶν. τάχη δὲ ἁπλόως τοῖς πύργοις rum reposuit: non defuturâ ipsis agricolis
τοῦ αὔξειν ἐλάμβανεν. τὰ δὲ λοιπὰ ὑπεθεσπί- intra Vrbem degentibus, & ex eâ in cultutã
σθησαν, ὡς ὅτι καιρὸν παράξοιτο. ὁ δ' ἐλαφροῖς ruris undique vicini quotidiè prodituris,
τοῦ στρατιωτοῦ οἰκίζειν τοῦ πόλιν, καὶ λίαν etiam obsidionis tempore quadam copiâ car-
ἐπ' ἀνάγκης ἦρχεν. ὅπου γε καὶ λαίνων πλέ- nium etiam recentium: noonnullo urique
θρους ὑπῆν ὂν τοῦ Μορέως ἀφαγμάτων, ὅπως numero animalium suburbanis pascuis alcodo: unde non solùm soboles succresceret
ἐπιμερίσας τοὺς ὅτι τῆς πόλεως, παρεσχε κατοι- apta laboribus aratri ac plaustri; sed quæ in
κεῖν ὡς ἀπόχθοσι, καὶ ῥόγας ἑτέροις δωρήσα- macellũ quoque ac mensarum usum urba-
νον, καὶ πλείοσι ἄλλοις φιλοτιμήσασθαι, ὅτι num abundaret. Porrò cotia boum sic in
πολλοῖς ἐν τοῖς ἐν ὁπλοις ἐχρῆτο, ὡς ἀξίως cibos absumptorum inipoui agglutinarique
ζηλοῦν ἐν πολέμοις ἔχοιεν. τῷ δὲ γε Γασμα- C jubebat externùs ijs tabulis, quas dixi muris
λικῷ, ὃς δὴ συμμίκτους ἐκ τοῦ Ἑλλῆνι ἔθνεσι additas fuisse, quò illæ protegerentur. Ac
γλῶσσαν ἦσαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἐν Λατίνοις suggestus quidem ille murorum ex materiâ,
γεγυμνάσθαι, παρασκευάσατο, ἐμπέμπειν ὅτι uti destinatus fuerat peractus est, turres at-
νηῶν. ἦσαν γὰρ, ὃ μὲν παρὰ τῆς ἐς πολέ- tollẽs supra molem priorem ad tres cubiros,
μους καὶ σωτὸν, ἐκ Ῥωμαίων, ὃ δ' ὁρμητι- & mœnia similiter, debitâ proportione ad
κόν τε καὶ αὐθαδες, ἐκ Λατίνων ἔχοντες. καὶ turres. Cætera ejus generis ut minùs ur-
ἐσθῆτι μέτρι ἐχρῶντο, καὶ παρεσκεῦτο τὰ gentia in præsens, suo tempore curanda di-
τοῦ νόσου ἐκλύσια. ῥόγας μὲν ὑποτάξιον αὐ- lata sunt. Illud quippe jam nunc necessa-
τοῖς ἐκ τοῦ κοινοῦ ταμιεύ, καὶ φιλοτιμίας αὔ- rium maturè ac cum solicitudine curatum,
ξων τὰς παρουσίας· ἀπλεμβάνων δ' ἐκ τῆς ut expediti, leviterque armati milites ad
οἰκείων σπουδῆς καὶ ἁρμασίας πλείονα. ἔσχε Vrbis præsidium idoneo numero, admotis
γὰρ ταῖς ἀληθείαις ἐς τὸ ἀνερκτικὸν παρὲς ἅ- D circum undique pomœrio domicilijs, collo-
παντας, καὶ ἀμφοτέρας ἐζωπύλει, πολλῶν carentur. quo in genere Laconibus plutimis
παρελπισμένων, ἐκ οἶδα εἰ πῃ τοῦ φύσιν ποιῆτ' ἂν, ἢ παρασκεύῃ δ' ἄλλα μέγι- è Moteo post receptam Constantinopolim
στα ὃ φιλότιμα, ἀναγκαστικὰς ταῖς ἀνοίαις profectis, assignatis locis ædes attribuit;
ὑστάσιμον, ὡς δῆθεν ἐκ ἐνδίκως αὖ- pensionibus illos, tanquam si essent indige-
ξας· ἢ τὸ γε πρῶτον, παρὲς τὰς τοῦ παρόντος næ, annuis donans, cæteràque, plurimâ li-
Βασιλέως ἀφορμὰς ἀντιβαλλόμενον, καὶ beralitate sibi devinciens. unde illos prom-
μὴ τόσον ἀργύτου μὴ δ' ἔτους. τὰς δὲ γε τῆ ptos habebat ad quævis obsequia, libentes-
Βασιλῆς ἰσχυρὰς ἐς χρῆσθ τοῖς παρόντασι, que libenter adhibebat ad multa intus &
μὴ καὶ δόξοι σκληρῶς τὸ αὖθις ἐπιτηδείων. extra Vrbem; quippe usu idoneo præditos
ὅτε γὰρ ἤλιον πυθοῖς, μὴ τὰς ἀκτῖνας παρέ- rei bellicæ. Gasimulioo quinetiam Hybti-
χειν, τοῦτο μὲ γῆ, τοῦτο δ' ἀνθρώποις καὶ darum genere, quos Italorum lioguâ com-
ζώοις ἅπασιν, ὅτε Βασιλὺς τὸ ἀληθινὸν παρὲς E mixtos diceret, confidit, partem talibus Rei-
αὖθις ἔξει, μὴ οὖν ὑπηκόους διέρκτων. publicæ committens; navalem videlicet mi-
ἔστι δὲ Βασιλέων γλίσχρον ὅτι παρὲς τὸ διδό- litiam, in quam eorum pletosq; conscripsit,
ναι, ἑκὸν σκληρὸν Βασιλέως, ἢ Βασιλέων aptos ei functioni; utpotè prudentiam soler-
μαπαχθρίζει. τεκμήριον δὲ, ὃ δὴ σκληρῶς tiamque ex Romanis, impetum verò & au-
daciam ex Latinis haustam simul habentes.
Itaque ex his maximè classem instruxit satis
magnam, quâ vicinas Insulas recuperavit,
& obtinuit. Stipendia & donativa ipsis ex
ærario communi constituens, ac cum fide
repræsentans, alijsque præmijs ultrò inbinde datis, alacritatem ipsorum excitans augẽs-
que; vicissimque ab ijs utilem operam stu-
diumq; in obsequia etiam periculosa prom-

ptum

ptum recipiens. Habuit enim hic Imperator verè liberalitatem in omne hominum genus effusam: utráque hauriens manu ex paratâ copiâ conditarum longâ parsimoniâ opum, quæ latè spargeret in usus egentium; haud equidem scio an instinctu indoleque naturæ, an judicio animi ob præsentem ejus rei utilitatem benefici nomen affectantis: eò scilicet adigente necessitate parandæ sic vulgi benevolentiæ, quâ in primis opus erat ei, qui sibi esset conscius usurpari fraude, nec justè possessi Principatûs. Poterat & tertia excogitari causa, quæ Michaëlem Palæologum ad largè plurimis benefaciendum potuerit impellere, æmulatio laudis in isto genere præclarè illorum, qui ante ipsum imperavêrat: quorum effusum studium benemerendi tribuendique, ex priori memoriâ cum repeteret, nunquam se putaret, quantumvis largè passim donando cooaretur, decus hoc ipsorum, ac famam æquare imitando, aut assequi. Mihi quidem sic viderur illum ex quo Imperatoris nomen assumpserat, indixisse sibi ineluctabilem necessitatem imperatorio more agendi. ne non verè imperare, sed velut in scenâ simulare Imperatorem videretur. ut enim amabilis Sol non esset nisi radios spargeret, per quos juvat tertas, homines, & cunctas animantes; ita ille verum instar Principis non habet, qui cumulare beneficiis non studet eos, quibus imperat. Meâ, inquam, sententiâ, qui Regis habens nomen parcus & tardus ad donandum est, simulacrum & larvam gestat Regni; minimè autem veram ejus tituli majestatem obtioet. Argumento sint illi tralatitij scenarum Reges, Agamemnon, Oenomaus, Oedipus, & hujus Posteri, Adrastus quoque Argorum Rex, &, ne singulos numerem, ejus formæ exteri. à quibus quis unquam spectatorum patientem ipsis opetam inhianti silentio dantium, dum se magnificè ostentant in purâ non suâ, mutuæ quidquam acceperit gratiæ? quem unum juverunt re ullâ? cui commodi quidquam aut doni tribuerunt? Atque hi quidem excusationem habent purgandæ ad populûm liberalitatis suæ plausibilem, quòd personati tantummodò sunt Principes: quare ipsis ad utcumque defungendum precario isto quodam officio simulatæ ad horam potestatis, abundè sit simulata item & vano expressa gestu beneficentia. At istis qui veros se Reges putant, quid ad defensionem relinquitur, nisi largiantur; quò ininùs in larvatorum quoque Regum numerum ac gregem compingendi sint? prorsus verò exturbandi longeque submovendi à censu ac consessu verorum Principum; quorum quid ergò sibi honorem arrogant, cum tales non sint? nam honor, Regis veri propria res est, non Mimi diademate larvati. Hæc Michaël clarè perspiciens; ac beocficia quæ magna in multos extabant priorum Imperatorum, suis comparata, præcellere sentiens; simulque quod ipse, convincente intimè conscientiâ, tacitus fatebatur, ne alij monstrante rerum evidentiâ cernerent, & in se invidiosè loquerentur, metuens, cum hujus præcavendæ ignominiæ necessitate, tum indole bonæ naturæ haud sustinente vitam miserorum hominum, interverendâ operarijs mercede injustis detinere manibus, quod antiquissima lex vetat, stimulis vlrrò additis haud mollibus, innatam ad benemerendum propensionem incitavit. Sed hæc otiosiùs & fortè intempestiuè disputamus. Sufficiat igitur hactenus demonstrasse: naturâ coojunctum cum suprema potestate benefaciendi studium esse. quo ille, quantum sat esset, præditus, etiam ad Illustres per Italiam Viros, præsertim Ecclesiastici ordinis, pretij non exigui dona misit: longè aucupans sibi utilem gratiam eorum ad arcanas opportunitates consiliorum votorumque, quæ meote versabat.

A Ἀγαμέμνων δὲ Οἰνόμαος, Οἰδίπους τε καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὁ Ἄδραστος Βασιλεὺς Ἄργους καὶ οἱ λοιποὶ, ἵνα μὴ καθέκαστον, λέγω τοὺς ἐπὶ σκηνῆς Βασιλεῖς. πότε γὰρ ἄν τις εἰπόντων τῶν θεάτρων τινὶ, ποτὲ δὲ καὶ ἀφειδοῦντι, ὑποκρινομένῳ τὸν τῶν Βασιλέων τρόπον; ἀλλ' ἐπίσταμαι ὅτι ὁ Παλαιολόγειος καὶ τῶν μίμων ἀφειδέστερος τῷ τῶν πολλῶν. χήμασι γὰρ τοῖς τυχοῦσιν, ὁ τοιοῦτος ἔοικε, ἀνάγκη καὶ χήμασι μένειν ἀφειδέσι, τούτοις δὲ μὴ τῆς ἀπλοκίας ὁ Ὑπολέλειπται, μὴ δίδοσθαι. εἰ δ' οὕτω ἀλλὰ χημαπίζοιτο καὶ ὅπως Βασιλεύς, Βασιλεῖς μὴ ὄντες μηδ' ὁπωσοῦν. Τίνος δ' ὄντες, τῆ ἀξίᾳ τιμᾶσθαι, καὶ ἀληθινοὶς Βασιλεῦσιν. ἡ γὰρ τιμὴ Βασιλεῖ μόνῳ καὶ ἀσυνήκως βασιλεύοντι, παθὼ ἀφὼν ἐπίσταται, καὶ μᾶλλον ὃς ὑποκύψ βλέπων εἰς τοὺς ἀπελθόντων Βασιλέων ἀφειδεστέρους, σωλδὸς ἔχειν, ἀλλὰ λέγχεσθαι, καὶ ἀφειδεῖν μᾶ, τελεῖν ἔχ ὅσον ἐπεσκ. τὸ μὲν, δεῖ τῶν ἀνάγκων καὶ εἶναι λόγχας δεδιὸς ὡς κατ' ὀφθαλμὸς ὄντας, τὸ δὲ, φύσει χρήμασι ἴσως μὴ ἐξακατέχειν ἀφειδῶς ζωὴν πολυπόνων ἀνθρώπων, τοῦ ἐγγὺς πάντως ἀναγκαίως περιζῆν ἔχοντος τῶν ἔξωθεν ὅτι θεραπεύειν ἐπίσταται ἴσως καὶ τὰ κρείττω νόμιμον. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἴσως καὶ ἐξακαίρια, ἐφ' ᾧ μὲν δεῖξαι φύσει κρεῖττον τῆ Βασιλείᾳ τε ἀφειδεστέρῳ. ἃ ἐπίστατο ἀκριβῶς μετέχειν, ἃ τὰ πολλὰ γε μηχανολογούμενος. ἀπεῖλλε δὲ καὶ πρὸς σὺν ἐπιδοξίας τῆς Ἰταλίας, καὶ μᾶλλον σὺν τῆς Ἐκκλησίας, φίλους ἐπιστῆσαι καὶ μαχήσεσθαι κατόμνυσι.

B

C

D

E

CA-

CAPVT X.

Vt amotum ab Imperij consortio Ioannem Imperator excæcaverit.

Τοῦτο δ' ἐνθυμούμενος ἐκ τῆς ἐλλιπῶς, Α
ἐκ τῆς καρδίας ἔμμονον λογισμὸν,
ἔγκωπα κατασίλλειν κακίσαις ὑπηχλεύ-
μενον. ὁ μὲν οὖν λογισμὸς τὸ δὲ εἰσεπαφὰ οἱ συ-
νάρχῳ ἐκ Ἰωάννου, καὶ δυοῖν κεφαλαῖν ὃ
τῷ λόγου μέσον ὑπεκλαβὼν καλύπτειν, καὶ λίαν
ἀσφαλὲς εἶχε, χαρὰς καὶ τῷ μὴ ἐν ἀσφαλεῖ
καθεσθαι. ἐκ μὴν δὲ ὧν, ἐκ δ' ὁπλίτης
εἰρξοι, ἀνὰ μέσον ἀποσείεσθαι ἐκ ἔτρεπεν. καὶ
ὕπως ἄπακτον ὃ πολιάρχων. χρῶτι γοῦν Β
σβεννύειν ὃ εἰς ὁπλίτην τῷ πολλὰν θαῤῥεῖν,
καὶ δὴ καταρξάμενον τελεοῦν. ἤμυσι γὰρ
τῷ παντὸς τὴν ἀρχὴν φασὶ λῦσις. ἀρχὴν δ'
εἶ ὃ, εἰ καθαστηκυῖαν τὴν ὁπλίτην μὴ-
μῆν, ὡς μὴ δὲ συμπάρχειν ὑπολαμβάνεσθαι,
ὃ γὰρ δὴ ἐκ ἐφιέμενος μὴ κἀκεῖνον συ-
πιμᾶσθαι καὶ συμβιβιμεῖσθαι τῷ Παῤῥιάρχῃ
σίφωτον, πρᾶγμα πῶς ὑποῤῥᾴειν ἀνάγκη, καὶ
γ' ἀχερεῖς αὖ εἶ) ἐ ὃ πλέον ὑπεπτῆναι, ὡς C
μηδ' ἐλπίδα ὑπολελεῖφθαι. τύπος καταῤῥα-
πτηθέντος τοῖς λογισμοῖς ὑ Βασιλέως, ὑπόκα
καὶ γὰρ αὐτὸν ὁ τῆ μοναρχίας ἔρως, καὶ τὴν
παρερχομένην δόξαν ἀεὶ πλέονος ἐπὶ τῷ
ἐκ φθῆναι, ἀλλὰ τὴν τῷ πλέονος ἔρεξιν, βυ-
λιμὸν βυλιμίας, μᾶλλα μὲν αἰχίστην, μᾶλλα δὲ
καὶ Θεοῦ πόῤῥω βάλλεσθαι, ἐ πέμφας, ἐκ-
πυφλοῦν ἐκ παῖδα παρεστάλτην. παῖδα, D
ἄπαλὸν, ἐ μηδὲν ἔπι ἀχθὸν τελέως ἢ ὃ χαί-
ρειν, ἢ τὸ λυπεῖσθαι μαθόν, καὶ κ' ἐν ἴσῳ πλέ-
μενον, τότ' ἄρχειν, καὶ τὸ ἄρχεσθαι, μόνῳ δὲ
τῷ Παῤῥιάρχῃ πεσεῖν, ἐ ποῖς ἔτω τὰ κατ' αὐ-
τὸν δυσκίνητον, ἐ μὴ δὲ ὅπη, τί ἔστι ὅρκος ἀιδὸς,
ἐξ ἔ καὶ δαῤῥεῖν ἔχειν μ' ἐκ αὐτὸς, ἀλλ' ὁ
πρὸ ὁπλίτης, ὁπλίτης σωίζεσθαι. ἦν γοῦν ὡς
τὴν ἀρχὴν πεσεστάχθη, καὶ τῷ ῥιφὺς μι-
κρὸν ὑπεβιβικὸς παῖδα, εἰρήνῃ τῷ βλέ-
πειν. τῶτο μόνον φιλανθρωπευσάμενον τῷ E
ἀξυπερετημένῳ τῷ μιαρῷ τολμήματι, το
μὴ σιδήρεις ἐκπυρωθὲν ὄφθαλμὼς λυ-
μῆναι, ἀλλ' ἐχαίρω πὶ πυρωθέντι ὑπὸ τῷ
ὄψεων φερομένῳ, ἀξιοπίστως τῷ νεανίσκῳ ὅτι
ὀφθαλμὼς ἀπομαρανθέντας τῇ ἐκπυρώσει,
ἐ ἠρέμα σβεσθέντας τὸ ὀπτικὸν. μόνὸ δὲ τῶν
ἐπολμήθη κῆ τὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τῷ Σωτῆ-
ρος, καθ' ἣν ἀρὰ καὶ ἐχθυσθη. χαρὰ μὲν

HOrum unum erat, & profundè quidem animo fixum, olimque versatum, expunctio Pupilli, cujus cogitationis ex hactenus utcunque dissimulatâ in opus apertum aliquandò proferendæ, commodam nunc sibi videbatur opportunitatem temporis nactus. Absurdum & perincómodum putabat adhærere istum sibi puerum Imperij Collegam, nec magis tolerabile aut facile, quam duo (quod ajunt) capita uno tegi pileo. Nam prærerquamquod sic nutare, ac minimè sibi certum existimabat fore Principatum suum: votis videlicet hominum divisis; & quibusdam quidem nni duorum Augustorum, alijs alteri studentibus: etiam perturbatio Reipublicæ totius, & quæ sequuntur ex regimine plurium incõmoda inde jure timebantur. omninò igitur expedire semina novitatum in multorum jam animis, Pueri fiduciâ, periculosos ausus designantium, elidere in capite, matureque extinguere mox eruptura è scintillâ flammam, nec cessare in consummando quod inchoatum, imò promotum sit: dimidium enim totius rectè dici, cepisse. ceptum autem dudum, & quidem feliciter, id negotium, abolitâ penè Pueri memoriâ; ac nemine jam ferè imperate illum opinante; utique Michaële semel ac bis, sine ullâ ipsius ut Imperij Collegæ acclamatione, aut omninò mentione, coronato per solemnem à Patriarchâ ceremoniam: unde seosim diffluere ac evanescere hunc illius honorem necesse sit. ut facilè jam sit quod deest addere; ac fastigium altè jam extructis, ultimamque velut manum operi provecto imponere; demendâ in posterum omni spe. Ejusmodi in Michaëlis animo, calcatâ juris & æqui reverentiâ, prævalebant impiæ cogitationes, ambitione væsanâ & cæco amore Principatûs, posthabere fluxæ gloriæ, Dei metum suadentibus. Itaque his impulsoribus expeditur impetus in immanè quàm atrox Deoque exosum facinus; mittente Imperatore qui suo jussu excæcarent Puerum adhuc tenellum, & necdum ferè quid sit gaudium aut dolor scientem per ætatem: cuique idem aut perinde esset imperate vel subesse; infantiâ, quâ vixdum excesserat. talium rerum ignorante discrimen: acquiescentem autem unicè fidei providentiæque Patriarchæ; nescientem verò quid juramentum sit, quæque vis Religionis istius: quam, non ipse, sed ij quibus erat curæ profuturam

ei ad

ei ad tutelam securitatemque frustrà speraverant. Ergò privatur oculis Parvulus paulùm supergressus infantiam: hoc solùm humanè indulgentibus ministris barbati mandati; ut non ferreis clavis è fornace candentibus ocellos tenellulos foderent: sed crepitaculo quodam ignito aciei luminum objecto, videndi facultatem absumerent, & sensim arefactam depascerentur. Id facinus suprà omnem modum crudele die omnium sanctissimâ, & maximè festivâ, Christi Salvatoris nostri Natali, perpetratum est, manibus sceleratissimis, mandato multò etiam detestabiliori. Quo statim facto harpyæ immanes, ijsdem unguibus, quibus prædam innoxiam excarnificaverant, onus miserabile corpusculi luce cassi, & velut exanimi, tollentes, in aream illud maritimam Nicetiatarum, Dacibyzæ dictam, importarunt, tutâ illic & impenetrabili custodiâ tenendum fidissimi præsidij, annonâ in alimenta inclusi, quantum sat foret provisâ. Iuramenta porrò illa & pacta, exquisitæque ad firmandam fidem cautiones, hotrendæ quinetiam diirarum imprecationes in fallentem, ut olera deglutita sunt ab Imperatore, Religionem habere yiso, & ut tali eximiè ab Ecclesiâ honoraro, præque eunctis ad Impetium promoto. Verum nempè est quod dicitur *Magistratus ostendet Virum*. Nam hunc qualis esset, palàm ostendit Magistratus: quàm illi curæ jus sasque esset; qualis esset in Deum pietate, demonstravit Imperium. Cæterùm excæcatus & ille animo, & caliginosis nebulis gloriæ caducæ, veræ mentium lucis intuitu amisso, ucsatiè præcepit Innocentem visu corporis ptivari.

A τῷ σώματι, τοσαῦτ' δὲ τῷ σώματι τέρατα, φέροντες φέρουσι ἐλεεινὸν & οἴκτῳ ἄψυχον, τῷ τοῦ θαλάμου τοῦ Νικηφόρου τὸ Δακιβύζης φρουρίῳ, ἐν ἀσφαλεῖ καθεκλείσαν, καὶ οἱ φρουροὶ ἐγκαθίσαντες, ὅπου καθέστηκε, ἀπαρέκλιτος σπουδὴ τῷ ἐγκεκλεισμένῳ. ὅρκοι δ' ἐπῆσαν & συνθῆκαι, & ἐμπεδώσεις φρικταὶ ὡς λάχανα καταπίνοντος Βασιλέως δικαίων ἕνεκα ἔχειν· δι' ὧν & τοσοῦτον τῆς Ἐκκλησίας εἰς τιμὴν ἀρχιερέως. ἀλλ' ὧν ἕνεκα τὸ λεγόμενον ἀληθὲς, εἰς ἀρχὴ ἀνέξει ὕδωρ. ἔδυσε γὰρ ἡ ἀρχὴ κακῶς, ὅπως ἔμελε τῷ δικαίῳ, καὶ τῆς θεοῦ & Θεοῦ βλασφημίας. πλοῦ πυθομένου κακῶς τῇ τῆς δόξης μαζώσει τοῦ ψυχικοῦ· & ἐμπυθομένου ἐκέλευε σωματικῶς & ἀναίτιον.

B

C Τοῦτο δὲ καὶ αἰτίας πλασμῷ τῷ Ὀλοβώλῳ Μανουὴλ παιδίῳ γε ὄντι, & εἰς οὖν εἰκότως τότε πλουτοῦντι γραμματικῆς, ἐξεπαιδοῦτο δ' ὑμνεῖ τῷ Ἰωάννῃ τοιαῦτα πάσχοντι ἀδίκως· ὦ δίκη καὶ θεὲ τοῦ ἑκάς, ἀφαιρεῖ) ἐνὸς αὐτῆς μὴ τοῦ χιλέως. ὁμοῦ δὲ παρωτίτα ἐκκεδυτήσας, τοῦ μονοῦ τῷ Περιδρόμῳ αἰσίγχει). καὶ δὴ ἄλλους πολίτας δεῖ ταῦτα ὑποβλεπόμενον, οὐ μὴ, ἐν ὀλίγαις ἑπαθε μοίρᾳ· οὐ δὲ, & ὁμόλαξε. τοῦτον γὰρ τὸ μὴ ὀλίγιμος ἄρχειν, ἀλλὰ πυρετικῶς. οἷς γὰρ ἁμαρτάνειν συμβαίνει & ἄρχοντι, τύποις ὑποδεδόμενον τῆς τοῦ αὐθρώπου διανοεῖσθαι ἀσθενείας, ἐπεὶ οὖν ἔστιν ὁμοῦ μεταγνοῦ ἐφ' οἷς ἐπράχθη, καὶ συγγνώμου ζητεῖν παρατίθεται, ἀνάγκη δικαίως παιδεύοντα ἀπέχθειαν, μισεῖν ἐπιδοσε τὰς ὑποκειμένας καὶ τιμωρεῖν. ὧν οὖν τότε χρὴ τὸ ἀρχαῖον παραχρὴ λογισμοῦ, φόβῳ ἀμμικτον· τοῦ μὲ λογισμοῦ, μεῖ & ἀνάγκη

D

Neque hoc eohtentus, confictis tunc causis, Manuëlem Holobolũ, Puerũ teneræ ætatis, & in Domestieorum Grammatieorum tunc ordine merentẽ, quòd is graviter ferre visus esset quæ in Ioannem eam erudeliter acta viderat: quàm injustè! (testor jus & æquum) quàm ultrà omnem modum immaniter! mutilari fœdè jussit, abscisso cum labris naso. Ille autem miser ita deformatus, centunculo indutus in Monasterium Præcursoris ingtessus est. Alios item plurimos similem ob causam sibi suspectos invisosque partim ultus contumelioso negleetu est; nullam eorum in distributione honorum ac munerum rationem habens; partim quæsitis prætextibus malè multavit. En fructus Imperij non juxtà leges tyrannicè parti gestique. Quippe Princeps istiusmodi, quæ largè peccaverit, eum à probis & bonæ conscientiæ hominibus aut animadvertetit, aut suspicatus fuerit vituperari, exardescat in furias, necesse est: & qui pœnitentiam profiteri perperàm actorum, aut veniam poscere, alienum à suâ dignitate

CAPVT XI.

De Holobolo; & de suspicionibus odijsque in reliquos Ioannis causâ.

γηθεν φύσει πρεμεῖν ἑαυτῶν· τῷ δὲ φόβῳ, ὡς μή τις μαθὼν παροξυνθείη, καὶ ὁ φυκτὸς τῆς κολάσεως ἡμῖν παραδοὺς συλλοητο. δὴ γὰρ ἐν παροξυσμοῖς διαφέροντος ἢ τῷ πρὸ δεκὰν παροικεῖν τῷ παρὸ Γ ἑαυτῷ ἐ συμπαθῆν.

A ac morte pejus vitandum censeat, toto incumbit animo ad existimandum, præseque ferendum, justa esse quæ fecit. unde quid est consequens, nisi ut odisse cogatur, & pro viribus ulciscì, secus de se censentes? Erat ergò tunc in Aulâ confusio cogitationum meru perplexa. Nam hinc quidem nemo quamvis ferus, & ad sensum humanitatis gelidus informare animo poterat tragicâ specie exercitæ in puerulo ejus loci prorsus innoxio crudelitatis tam immanis, quin cõmoveretnt intimè, & ad vindicandum incitaretur: inde paritet omnes constringebat metus, & solicitudo cujusque de se ipso: ne si quod emanaret istorum sensuum indicium, cupidè collectum à paratis delatoribus ad tyranni aures perveniret, secuturâ statim inevitabili, eâque atroci pœnâ. Siquidem ex omni genere delationum illæ impotentissimè celerrimeque concitabant in sævissimos furores Michaëlis animum, quæ de quopiam fortè nunciarent: condolere illum Ioanni Pueto, & casum ejus ægrè ferre.

CAPVT XII.

De Zygenis sive Montanis: ut in Imperatorem rebellarint propter Ioannem,

Γαρ' ἣν αἰτίαν καὶ ὀλίγον ὕστερον ὁ B τῆς Νικαίας τ' ἄκρα χωρίζει, ἀγρόται μὲν ὄντες, καὶ γεωργίᾳ προσέχοντες, θαῤῥαλέοι δ' ἄλλως πίσυνοι τόξοις, ἅμα δὲ καὶ ταῖς τῶν σφᾶς δυσχωρίαις ὃ πρὸς ἔχοντες, ὡς ἑαδίως πεποίθοιεν καὶ τι προσέτοιεν, ἀῤῥώστῳ ἥκοντά ποθεν νεανίσκῳ νόσῳ λελυμασμένῳ τὸν ὀφθαλμὸν, φήμης προσδιδούσης ἐκείνῳ τοῦδε τὸ συσκευασμένον ὅλαμα, ὡς αὐτὸς ἦν ὁ παιδίον ὁ Γ'ωάννης, ἀπορῖξ σωμιχθέντες ἔχοντες τύτῳ· ἅμα μὲν ὡς δεσπότῃ ὑπονοσμένῳ σφίσιν ἐφ' ᾧπερ ἐ ὅρκοις τοῖς πρὸς τὸν πατέρα πεδυόμενοι, ταῖς ὑπὸ ἐκείνῳ προθυμίαις ἐσφάδαζον, ἅμα δὲ καὶ ὡς ἠδικημένῳ προσαμύνοντες, καὶ ὑποστατὸν ἤρξαντο, δῆλοι ὄντες δὲ ὧν ἐποίουν, τοῖς ὑπηκοομένοις πολεμησόμενοι, καὶ δὴ θρασυνόμενοι τοῖς εἰκόσιν ἐκείνῳ, ἐ δυλικῶς προσφερόμενοι, προῆσαν ἐς Βασιλέα, καὶ ὑπὸ αὐτῷ κινδυνώδη ὅρμων. ὁ μὲντοι γε Βασιλεὺς D μαθὼν τὰ ἐκεῖ τύτῳ, ἀνεζῃ τε τῷ θυμῷ, καὶ κατεπὸς εἶχε ἑῷ, εἰ ἄκρα τοιαῦτα πάσχοι τῆς ἐντεχνόσης φήμης ἕνεκα κινδυνεύσειν, δι' ὧν εἰκὸς ἦν καὶ ἄλλως θαρσυνεῖσθαι πλείονας ὑποστατῶν. ὅθεν ἐ πάσας τὰς κατ' ἐκείνῳ προθυμίας ἐνεδίδου, ἐ ἅπαν ὅ στρατιωτικὸν ἐν ταυτῷ συλλέξας, ἀπέστελλε πολεμίους πολεμήσοντας ἐμφυλίους. καί γε πολλοὶ τῆς σφᾶς ἰσχύος κρείττονες ἔμελλον. δοκήσας τὴν πρὸς Βασιλέα δίνοιαν. καὶ ἔρις ἑῷ ἰῶτις παρεκινδύνευσας χαρίσαιτο. ὁ δὲ μα-

PRopter quam causam etiam paulò post Agtestes, qui vicinos Nicææ montes incolunt, Aratores homines & Agriculturæ attendentes, fortes aljoquin & audaces, arcubus freti, simul autem, propter asperitatem inaccessorum saltuum, & cacuminum in quibus sedes habent, confisi se non facilè damni quidquam passuros, quamvis quid agerent, quo Imperatorem irritarent, cum invenissent profectum nescio unde adolescentulum morbo excæcatum, de quo fama præiverat operâ quorundam istius fabulæ artificum: esse illum Puetum Ioannem, congregati magno numero irrevocabiliter ei adhæsetunr, ut suo Domino, quem videlicet ipsum esse opinabãtut Theodori nuper imperantis filium, cui se obstrictos existimabant religione sacramenti dudum ab ipsis ritè cõcepti in verba Theodori patris, & decessoris ejus, studio que ingenti ad quidvis pto hujus salute ac dignitate audendum subeundumque incubuerunt; ultores injuriæ atrocis ipsi factæ se ferentes. Ergò palàm ab Imperatore defecerunt, si qui ab eo contra venirent, acriter se resturos, ac qualecunque discrimen pugnæ libentissimè adituros demonstrantes. Primùm omnium vestitu ornatuque Augustæ majestati congruo indutum, circumdatumq; comitatu, eum ut Imperatorem agnoverunt coluerunt-que, ac se pro illo cujusvis periculi aleam jacere paratos professi sunt. Quibus Imperator cognitis inctedibiliter exarsit; mixtis ità metuque indignationem vehementissimam incendentibus. Extra enim sese ferebatur cum cogitabat: illâ famæ latè vagantis vanitate periclitari se se, ne illi montes & arces tanti momenti à suo Imperio avelle-

cntut: simulque reputabat verisimiliter inde secuturam plurimorum quoque aliorum defectionem. Quocirca totum, quo tunc motu primo ardens flagrabat, impetum iræ continuò admisit, ad severè quamprimùm vindicandam horum rebellionem. Itaque subitò immisit in istud civile bellum raptim undique coactas Imperij copias, in quibus plerique alacritate ruebant viribus majori, cupidi pro se quisque ostentandæ præcipuæ cujusdam erga Imperatorem benevolentiæ, certatim sese mutuò prævertere studentes, periculis ultrò deposcendis adeundisque. Illi porrò quos iste apparatus petebat, cum audissent tantum in se numetum oppugnantium immitti, tanquam in verè Rebelles & Hostes Imperij, Rebellionis quidem probrum atque invidiâ enixè depellebant: quin contra profitebãtur, & ultrò jactabãt: magno se utique documento monstrare fidem ac pietatem suam, qui pro Imperatore à gravissimâ injutiâ vindicando capita fortunasque suas ipsorum sub extremum discrimen mitterent. quare hâc animati conscientiâ piæ belli caulæ, hoc quasi pro tesserâ in ore ac mutuis sermonibus assiduè habebant sorte atque irrevocabile ptopositum vincendi, aut omninò moriendi. Ergò insessis magnâ multitudine arcibus, ac editis situ locis, inde ingentem telorum vim ejaculabantur arcubus, tuebanturque spatium intra jactum, ne quis eò se impunè admoveret. Sed & auctis mox animis prosilientes inde, sine loricis & galeis, irruere audebant manu factâ, & ultrò aggressores lacessere crebto jaculotum missu. Quibus milites Impetatoris, haud ausi descendere in certamen cnminùs, vel æquo se campo credere, turâ procul jaculatione respondebant, magnâ pernicie ipsorum, cum in confertos nullum telum iret irritum. Illi indignantes tantum inferri sibi damni, non ab exercitu acie instructo; sed à Præsidiarijs statlonum sparsim positarum, in quarum viciniam irruerent: ingensque rati suum dedecus; si plures à paucis, & durati frigore montano ac rustico labore, ab innutritis otio nrbano delitijsque vincetentur; conetrebant majori numero atque impetu, mutuò se hortantes adjuvantesque; unde & plures ipsorum contigit cadere, stragemque non parvam edi. Nec tamen id ad minuendam audaciam eorum, remittendosque atdentes impetus valuit. quin potiùs inopinatæ sensu cladis, velut stimulo ad contendendum enixiùs, viriliusque pugnandum incitari visi sunt. Itaque suis redditi rupibus ac jugis invijs, quò summâ celeritate se receperunt, inde tantam qnoquoversum telorum vim assiduè spargebant, ut planè jam nulli securus esset aditus subjectarum vallium. Iaculis verò procul impetere jaculantes ex alto, varium experientiâ deprehen-

A δόντες ὅπου πολλὸς καὶ αὐτῶν ὁρμῆσαι ὡς ἀπροσκόπως αὐτοκρυεῖ, τῷ μὴ ἀποστῆσαι, πολλὰ τοὺς συγκαλύπτειν ἐδέησεν. ὥστε καὶ ὁμολογῆσαι μεγάλη τὴ ἐδόκουν παραβῆναι εἰς δόγμα τῆς κοινῆς θεοτιμίας, εἴ γε καὶ ὑπὲρ Βασιλέως, καὶ ἠδικημένου κινδυνεύοιεν. καὶ σωτῆρα ἐκεῖνος ἦν, ἢ νικᾷν, ἢ πάντας πάντ' ἦν. ὅθεν προεχώρησε τὰ ἐγχειρήματα, ἀπὸ αὐτῶν τε τῶν ἀρχῆθεν τάξεων ἐπὶ ἕκαστα καὶ ὅς τις αὖ καὶ ἐκλύς προσκάλλοι. καὶ προπηδῶντες, γυμνῇ προσίβαλον, πάλιν τε προσπίπτοντες μείζονι, κατισχύοντες καὶ καταβαρροῦντας ἐκείνους ἔβιαζόντας. οἱ δὲ καὶ πονοῦντες ὑφίσταντο καὶ δεινὸν ποιοῦντες, οἱ πλείους ὀλίγων καὶ ἄγυμνοι ἀστῶν ἀπεδύοντο· προσεβοήθουν τε ἀλλήλοις, καὶ ἐπιπίπτοντες κρατοῦντες, καὶ πολλοὺς μὲ ἔφθειρον. ὑμεῖς δὲ ὥστε καὶ ὑποχαλᾶν ἐῶ τὰς ἑρμὰς σφίσι. μᾶλλον μὲ ἔτι κακκεμβύοις, καὶ ἀδρὰ τῶν αὐτῶν ὑποτάλλειν ἐσπῆ ἀνδριζομένους. καὶ ἀπείρῳ πάχει τὰς δυσχωρίας καταλαμβάνοντες, ἀπ' αὐτῶν ἠμύνοντο βάλλοντες. τοῖς δὲ ὑπὲρ τὰς φάραγγας προσιοῦσιν ἐῶ, καὶ ὃ μαχόμενοι βάλλειν μάτην ἐνομίζετο. ἐπενδυόμενοι γὰρ ἐκεῖνοι τὰ δέρρα, βάλλειν μὲ ἐκώλυον, ἐπισχεῖν καὶ ἤ τις τὸ βέλος ἐντείνας τὸ τόξον αὐτίκα. βάλλεσθαι δὲ ἥ δὲ τὸ σῶμα ἐῶ. ὑποχωροῦντων δὲ πάντοθεν τῶν ἐντὸς μηδὲν ἐχόντων ἢ προσβάλλοιεν, ἐδόκει τῷ ἐνίοις. ταύτῃ καὶ γὰρ καὶ μόνοις ὑποχωρεῖν αὐτοὺς ἔχειν ἐλπίζοντας τοῖς οἰκείοις αὐτῶν ἐπισπέσθαι. ἀλλ' ἡ δυσχωρία οὐκ ὑπήκουε τῷ πυρὶ, ἐφ' ὅσον γὰρ ὃ πῦρ ἥπτετο, ὅτι τοσοῦτον ὑποχωροῦντες ἐκεῖνοι καὶ ῥᾳδίως ἐκαπεφόβουν, ἐκάκουν τοὺς ἐνίοντας καὶ ἀπεκώλυον. ἐκείνοις δ' ἦν ὕπου, καὶ τὰ κατ' οἶκον ἐν ἀσφαλεῖ. ὡς γυναῖκας μὲ καὶ παιδάρια τὴ ἐσωτέρας ἐκδιδρασκούσας δυσχωρίας, καὶ σαυρωτοῖς δὲ ὑπομένουσι καὶ ἀμάξας διελιχθεῖσι κύκλῳ τόπον, οἷς μηδ' εἰσβαλόντας, πολιορκῆσαι ἐθελῆσαι. ἐπιπίπτοντες πάντα καθ' ἡμέραν καὶ δοκιμάζοντες, τῇ τῶν ὑμῶν ἐκδρομίδων ζέσει, καὶ ἔστι ὅτε ὀλίγον ἐκαρτερεῖτο σρατεύματα, οἷά τε δοκοῦντα καὶ μεγάλων δυνάμεων κατεμπεφεῖσθαι, ὡς ὀλίγοι τινὲς τοῖς ἐκείνοις πλείοις οὖσι, καὶ ἀγρύπνοις, ὅτι πλείστοι τῶν ἡμερῶν κακκεμβύοις τῷ πολέμῳ, κατηγωνίζοντο. τοῖς τύποις τε, αὐτοὶ μὲ, ἔξω ἐν ἀσφαλεῖ, καὶ ὅτι ποιοῖεν ἐῶ ἔξω μὴ ἐπαΐοντες, τῷ τοῖς τύποις καποχυρώσθαι, καὶ πλείους ὅτι προσβάλλοιεν. οὐδὲν γὰρ ἐῶν αὐτοὺς προσπίπτοντας ἀλλήλοις τῇ ῥύμῃ τῆς τάξεως μηδ'

αὐτι-

ἀπηχῆ ἔχοντας τὸ ξαπόλυσις. ἐκείνους δὲ, ἔπου ποτὶ καὶ μεριδηδὸν καὶ χρείας ἀναγκαίως ὑπολελειμμένους ὀλίγους ἑκατοντάδι κινδυνώδη συνέβαινεν ἐξ αἰτίας, τὴν τῶν μὲν πλεῖ χώραν τοῖς αὐτοῦ ἔχουσι καὶ μηδὲν εἰς κίνδυνον ἐκ νότου προσδοκῶσι ἔχειν, πεπυκασμένην τοῖς τῶν πρόσθεν. ἐπιλυαζομένους καὶ τὰ τῶν ὑπ φόβων δύνδρεσι καταλιχωρίντων· ὃ προσδοκῶντας ἐφ' ἅπασι ἐκ κύκλῳ κίνδυνον ὑποδεχομένους πολιορκεῖν. καὶ ὅπου συχνᾶς ὅπου παρεικὶ χρεμένους τὰς ὑπαδρομὰς ἐπισπᾶσθαι, ἐς ῥοπαλοις (ἦ γὰρ ἦν ἅπαντες σπάθας) καταγωνίζεσθαι. ὅπου χρὴ ὀλίγοις πολλοῖς τῷ πολέμῳ συνισαμένους, καὶ τὴν προαγμάτων ἠριθμημένων, εἰκὸς ὡς σφίσι μαχομένοις ἀδεγίνωσκε τὴν ἀνησαμένων, ἔγνωσαν ὑποστῆναι μετ' ἀρίστης, ἢ πάντας ἅμα· ἀλύσιτα γὰρ ὅπως ὑποκλίνεσθαι σπευδομένους· τοῖς γὰρ ἐς ἀρχῆς ἐσηγωμένοις ἐμμένοντες, μεταβάλλειν ἡδυῶτο πλησίον ἕκαστος, ἐς ὃ δύσελπι σφίσι προσῶν, ὡς ἀποθνῄσκοντες ἐν ἐνδίκῳ· τῷ δὲ καὶ καθ' ἕνα πέμποντες, τὴν μὲν συμβαίνειν ἀμηχανίαν ἔχειν, καὶ Βασιλέα καὶ αὐτὸς ὑποχωρεῖν. ἐκείνους δὲ μὴ διώκειν τὴν ὑπ' κακίσεις ὁμόσε προσ ἐὸν ἄλλως ἔχειν ἐς οἷόν τι ἀναβάλλεσθαι, καὶ σφᾶς ἐ θέλοις προσῆγον ἐς τόπους στομασμένους ὄντας. πλὴν μὴ ἐμίσκειν, ἢ γὰρ ἀπατᾶν ὁρᾶσθαι, ὑπουργήσειν, ἐς ὧν ἔτι μανθάνειν ὑπόσα προσ Βασιλέως λέγεται ἐνδόντες μὲν τοῖς ἐνεστῶσι τῷ σπεύδεσθαι, προσδόντες δὲ καὶ ἐς Βασιλέα φαμιζόμενον πλέον. μὴ δὲ γὰρ ἔτι τῦτον Λάσκαριν Γαύλην, μὴ δ' ἂν πάντες λέγοιεν. αὐτὸν γὰρ ὑποκλῆσθαι τῷ τῆς Νικηπόπεν φρενῖτι, καὶ ἀσφαλὲς ἐγκαθέζεσθαι. ἐν δὲ ἴις καὶ ἐκλεῖσαι βλέπειν ἐφ' ὅρκοις λαβὼν τὰ πρὸ φρονιδέσεσθαι τὴν ἴσην ἐκλέπειν. τύποις καὶ πλέοσι ἐκείνους ὑπεξέρχοντες καθ' ἡμέραν, ἅμα ὃ καὶ προσπίπτοντες ἱκανὰ, μόλις ἔπαθον, καὶ ἐδούλωσαν, τὰς χώμας χρυσῷ μερίζοντες. καὶ νῦν μὲν τῦτον, νῦν ὃ ἐκεῖνον ὑποχάζομενοι τοῖς μεμύμασι, τῦτο μὲν θεραπεύοντες, τῦτο δὲ καὶ ὑποχωροῦμενοι, παρέπαιον ἐν πολλὰς, ἐ μᾶλλον τὰς ὑπηλίας. ὧ δὲ ὁσημέραι πλέον μαλακιζόμενοι, ὑποφίαν τῇ προσδόκᾳ παρέχειν τοῖς ἄλλοις. πλὴν καὶ τῆς μεταβολῆς ἀσθανόμενοι, ὅτι οὐκ ἔχειν ὅπη καὶ προσέξειαν. μόνος γὸ τὰς σπευδομένους ὑπελάμβανον σώζεσθαι, κἀκείνοις ὁσημέραι πολλοὶ προσεπί-

Asum est. Nam qui ad id se aceiogerent, in ipso conatu tendendi arcus præoccupabantur & sternebantur sagittis Montanorum, è densis ramis arborum quas insceuderant, otiosè ac securè in exposita undique collimantium; nemine illos vicissim contingere jaculis valente: quippe non conspicuos; sed planè tectos obtentu frondium. In quibus difficultatibus melioris inopes consilij milites Imperatoris, optimum factu judicaruot; ignem injecere obvijs saltibus: sylvis enim flaminâ populatis, sperabant recessuros haud B dubiè Rusticos; & iter apertum iri ad intimas latebras eorum, ubi familias absconderent. Cæterùm ne id quidem successum habuit, ipsâ eâdem obstante difficultate locorum. Siquidem cum in unam partem incumbebatur immittendâ flammâ, inde fugientes Rustici aliò coibant, unde commodo in Inceodiarios jactu, telis eos configebant, prohibebantque ne perficerent quod cepe rant. Porrò ipsis tuta erant domi omnia. Mulieres enim & Parvulos in sions intimos maximè abruptorum submoverant mõtium: C septoque ibi valido decussim innexarum per circuitum trabium vallaverant. ut neque si quis nostrorum militum eousq; penetraret, tentare intra id vallum adstum foret ausurus. Ducebatur hoc modo bellum: & telis Montanorum multi quotidie Romani, iique ex præstantissimis, cadebant. Tum enimverò ardere irâ exercitus, & successu inopinatissimo fremere: quasi qui hactenus se idoneos arbitrari, vel fortissimus & exercitatissimis pari numero profligandis copijs; ounc experimento deprehendentur, ne tantò quiD dem paucioribus quàm ipsi essent, ijsdemque ab aratro ac sarculo semiermibus rusticulis debellaodis pares, cum quibus utique ne æquo quidem marte, sed longè peiori suâ sorte, plurimis suorum inultis cadentibus, tamdiù pugnarent. Inter hæc Montanorum optimo loco res erant. In tuto ipsi latesque ac pignora ipsorum; non modò citra teli jactum, sed etiam, quidquid intus agerent, extra ooitiam & sensum, frustrà dudum obsidentium stabant: oarurali situ & asperitate locorum abundè muniti. contra E quam si vel insanire Oppugnatoribus libêret, palàm cootra nitendo acie instructâ, quid aliud quàm ignominiam damno cumulatent, sua capita pro scopis ostendentes exercitatissimis Arquitis, ex alto & tuto io densam turbam, nunquam jactu irrito vibraturis spicula? Quod si noo universis simul copijs, sed per manipulos segregatos & seorsim immissos reotaretur assultus; id quoque cum frustrà, tum perniciosè factum iri experientia monstrabat. Nam qui hactenus ob locorum multos simul non capienrium angustias, necessariò divisi à cæteris aggredi Montanos voluerant, aut io conatu cecide-

rant, aut malè mulctati coacti fuerant recedere. Cujus rei causa erat, quòd Nostri conscientiâ Castrorum latè cuncta quę à tergo erant obsidentium, circumvenirí non timentes, & in solos ex adverso positos intenti hostes, quorum pleriq; non aspectabiles latebant inter ramos arborũ, & latebras familiarium sylvarum, falsâ securitate provehebantur in loca, unde receptus non esset: propterea quod observantes eorum incautum progressum ex occulto Rusticis eruptionibus illos opportunis à latere aut à tergo, unde minimè timebatur, coorti cædebant. Porrò ille ipse metus & solicitudo Montanorum, reputantinm se paucos à plurimis, loco uno clausos ab universam latè circum regionem obtinentibus impeti, acuebat eorum vigiliam in excubijs, ne opprimi à Nostris ullâ in parte improvisò possent. Ac quamquam illorum plerique carentes ensibus clavas solùm & ramalia nodosa pro armis habebant, tamen adjuvante iniquitate locorum, Nostros utcumque optimè armatos, per nota ipsis diverticula deprehensos, facilè opprimebant vincebantque. Hâc conditione tam nobis damnosâ belli, cum longo jam esset tempore pugnatum, nec res exitum haberet, versi ad artes nostri, quod vis non succederet, tentandum sibi putarunt, si paucos saltem hostium, ac per vicem singulos, abducere à conspiratione communi, & ad pacis tractationem inclinare possent. Ratio hæc erat consilij prudentis. Haud sperandum videbatur posse admitti, ac vel audiri patienter à communi consilio Gentis, & irâ flagrantis, & successu belli elatæ, compositionis mentionem. Fixi quippe omnes erant in proposito vindicandi tuendiq; quę se habere putabant, legitimi sui Principis, ad hæc insidias in conventione suspectantes; & non sine causâ metuentes; ne dolosè inducti specie pacis irritatissimis hostibus ad pœnas atroces dederentur, cuncta ejus generis statim oblata respuerent. Ergò primùm ad unum & alterum, mox sensim succedente negotio, ad alium aliumq; mittuntur certi nec ingrati privatim homines, qui oblivionem utrimque transactorum proponerent; pollicentes optimâ fide ab Imperatore sanciendam, si & ipsi paria spondere de se vellent. sub hæc insinuabant sese illis, amicè suggerendo: consulerent rebus suis privatim, nec cæco se multorum impetu in certum exitium abripi præcipites sinerent. non se postulare ut verbis crederent: capere licere præsens experimentum rerum ipsarum. venire modò ne gravarentur, obsidibus in turum reditum acceptis, ad loca designata, ubi distinctiùs explicandum illis foret quantis essent ab Imperatore cumulandi præmijs, si redire eum eo in gratiam vellent; Impostore illo, pro quo pugnassent, abdicando. Non enim esse illum Ioannem Lascarim, quidquid ipsis fuisset universis persuasum, sed agyrtam & planum, falso se venditantem nomine, ipsisque illudentem. & manifestam imposturæ convictionem offerebant: servari verum Ioannem affirmantes tutissimâ custodiâ in Arce Niceiatarum, quò spectatũ se conferre, sine ullo periculo possent. Præsumpturos enim quantascumque vellent inramentorum aut pignorum cautiones, sicque illuc æquo ac securo intraturos animo, cum pleno arbitrio liberi reditûs, citra ullam suspicionis umbram. Ejusmodi blandimentis plausibilium sermonum, aliquantulum initio labefactarâ duritie quorumdam è Montanis: accedente verò largâ missitatione munerum vehementiùs impulsâ, vix tandem loco cessit, placidâ docilitate succedente, ac plenâ promissione veri in Imperatoris obsequia studij, auro, ut solet, distrahente concordes, & studia invicem votaque committente priùs unanimiter conspirantium. Eâ ratione traxerunt in partes multos, & in ijs capita ipsa Nationis, autoritate illic & existimatione Principes. quibuscum utcunque isthæc arcanò tractabantur, & ipsi sedulò celabant, tamen cum in deliberationibus de bello, & in omni occasione similiũ sermonum ij molliores in dies se præberent, suspicionem alijs moverunt, quasi proditionem meditarentur. moxque suspicio in opinionem transijt, idoneis exrantibus mutationis signis. unde non parùm conturbari contigit plerosque, videlicet existimantes sibi cavere solis, ac salutem dumtaxat propriam pacisci eos qui cum Imperatore tractarent: cæteros omnes iræ hostium expositos relinqui. Eò valuit hujus periculi merus, ut multi quotidiè ad eos qui tractabãt se aggregarẽt. Erant tamen qui mortem in bello minùs acerbam ducerent malis supplicijsque, quibus se subijciendos expectabant, si aut ultrò cederent, aut aliorum dolo prodetentur. quare obfirmabant se in sententiâ resistendi bellandique, quoad vincerent aut caderent.

A γινομένῃ δὲ τῇ κινδυνώδει. ἦσαν δὲ καὶ τινες ὧν πολὺ κρείττονα ἐν τῷ πολέμῳ ἠγωνίσατο γοῦν τῶν ὄπισθεν διαφυγόντες, ἃ καζυφῆντο, καὶ ὀπισθόπυρσοι, καὶ ἀντίχειρ λεγόμενα ἐξέτασιν ἤτουν.

CA-

CAPVT XIII.

Allegata Montanorum inter sese pro eo quem ut Ioannem exceptum apud se habebant.

Επλεονέκτουν δὲ μᾶλλον οἱ ἐκ τῶν ὑπ' A τοῦ πυρκαΐσης τοσούτου κακοῦ περιβαλλόμενοι. καὶ τί γὰρ ἔλεγον δίκαιον ἡμῖν πεποιηκέναι τῷ ἀλλοδαπῷ τῷδε, εἰ κακὸς ἔστιν, εἰ ἄλλου, ἐπειδὴ δεξάμενοι ἐπήλθομεν ὑπὲρ αὐτοῦ ταῖς ψυχαῖς, γυναῖκας καὶ αὐτὰ τὰ γνήσια περιβαλλόμενοι. ἐς δὲ σωθέντα ὁ ἀς χάρας ἡμετέρας καταφυγὼν, τοῖς μεταβαλοῦσι καταπροήμεθα; τί δ' ἡμῖν ἐς ἀπολογίαν παρὸς τοὺς μεμφομένους ἐσται παρόν, ὅτι παρόν- B τωνε μὴ ἥλωτας; ἀλλ' ἡμῖν γλιχομένοις ὑπὲρ δεσπότου πάρεστιν ἐπέχειν. ἀλλ' ὅτι τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν παραρχῇ κατέστηκεν; ἀλλ' ἡμῖν γε προθυμηθεῖσι μᾶλλον, ἢ τύχῃ μέμφεται τὸ. ἀλλ' ὅτι ὑπεκρίθη Βασιλέα καὶ παρεσκεύασε; καὶ παρὸν ἡμῖν, τίς οἶδεν εἰ ἀληθῆ ταῦτα. ἔφεν ἀπαῖς ἄλλον ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς ἐμφανίζειν καὶ ἀπαντᾶν τὰ δεδιττόμενα, ἢ τοῦτον ἄλλον ὄντα ἐκεῖνον ὑποκρινόμενον. ἔπα C ἔχω καὶ τοῦτο. πολλοῦ παῖσι μὲν ἡ τοῦ σκότου ἔφεσις, καὶ ἀγαπητὸν μὲν αὐτὸν ἔκλεισεν ὄντα σπουδαζομένου, τοῦ καλοῦ τυγχάνῃ, εἰδ' οὖν, ἀλλὰ καὶ ὃ δοκοῦντα μεγαλύνεσθαι, μοῖραν τοῦ τοῦ τυχεῖν φιλοτιμίας ἔχει. τί οὖν ἑαυτοῖς ἀφέλιμοι μέμφεσθαι, συμπροπαθήσαντες καὶ κύδυνον ἐπαιρομένοις, μᾶλλον ἐκείνῳ προσρίζομεν, ἐ αὐτὰ τοῦ σώζειν, μείζονι κινδύνῳ περιβάλλομεν ἄλλως τε, εἰ καὶ οἱ τὰ παγχάλεπα πεπραγμένοι, ὃ γὰρ χρῆμα τῆς ἱκετείας, ἐκανὸν καὶ καλεῖσθαι σώζειν. ὃ δὲ γαρ αὖ τὰ παθεῖν ἀνάγκη, ἀλλὰ τὰ ποιεῖν ἄξιον ἡμᾶς προσαιτεῖν. τοῦτα πολὺ λεγόντων, ἐδόκει ὧδε ἀδοξεῖν τὰ μεγάλα, εἰ καταπροΐοιτο ἱκέτιν. καὶ ὃ μὲν δίκαιος πολεμεῖν (ἐ γὰρ αὖ ἀνάγκη τοῦτ' εἶ) μὰ προδεδομένους τοῦ πάντων, τοῦτο δ' ἰὼν ἀδυνατον) ὡς κινδυνώδης καὶ ἄλλως ἐν ἀφρεπὲς ἀπέλεγον. ὃ δ' αὖθις καταπροεμένους ξένον σπουδεσθαι, ἐπίμομον ἔχειν, καὶ ἀδικον πάντη προς ἥκοντα, εἰ τοιούσδε ἐκείνος σφάζοιτο. τῷ δὲ καὶ τοῦ μέσου χωρεῖν, αὐτὸν μὲν, ἀπόπτον μὴ προδιδόναι, αὐτὸς δὲ σπουδεσθαι ὅπως εἰ βέλοιτο. εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ δεῖ τέλος μάχεσθαι συνεπήνεσε. ἐν τοιούτῳ οὖν τῷ καρ-

MAxima horum pars erat miserantium cæcum quem apud se habebant: & factu indignum contendentium, illum, quicumque esset, prodere. quo enim, aiebant, jure alienum hunc, sive Ioannes est Lascaris, sive non est; hostibus ejus ad cruciatus & necem acerbam dederemus? postquam enim pro illius ad nos confugientis salure, capita nostra, uxores, ac carissima quæque in discrimen misimus, si hunc modò, mutatâ repente sententiâ, de- B stituimus; quid nobis ad defensionem faciemus reliqui, quominus ab omnibus proditionis perfidiosissimæ damnemur? An dicemus nos ab ipso noleares impulsos coactosque? At nobis jam antea paratis & gestientibus pro Domino injusta passo vindicando pugnare, supervênit. An illnd causabimur, ejus gratiâ perturbatas res nostras esse? atqui nostræ verius præcipiti ad novandum andaciæ, quàm huic, culpa istius tamultûs imputabitur. An quod se Imperatorem esse, C simulavit; & ut tali sibi succurreremus oravit? Primùm quis scit simulasse illum, & non esse verum qualem se nominat Ioannem? & cui certò poterit constare illum alium, quem ostendere nobis se paratos ajunt, custoditum apud ipsos cæcum Adolescentulum, revera Ioannem esse Lascarim? Deinde, esto Ita sit: Tamen isti culpæ, ne à nobis tam atrociter vindicanda videatur, magnam partem detrahit invidiæ innata omnibus & latè cõmunis cupiditas augendi fortunam suam, D præsertim ingerente se crescendi occasione, & studijs hominum ultrò ad majora vocantibus; quo tempore quis nõ veniâ dignã existimet ambitionem ejus, qui regnum à volentibus delatum non recusaverit? quid igitur attinet nobis culpâ solutis, illi crimen impingere: quem utique absentem desideratum, occurrentem evectum, ac si quid in eo deliquit, peccare à nobis coactum, tueri potiùs & servare deberemus, quàm, quod sine justâ vituperatione nequimus facere, gravis- E simo illum periculo exponere; sitiennissimis cruoris ejus ipsum hostibus condonando. Atqui vel atrocissimi compertũ convictumque flagitij pessimumque palàm caput habitus supplicis, fas ac verecundia cõfugientis in fidem atque asylum protectionis nostræ, præstare intactum immunemque, communi humanitatis officio, deberet: neque enim tunc tam spectare oporteret quid eum pati justum esset, quàm quid nos facere de-

ceret

eeret. Talia quidam differentes persuadebant aliquibus, non posse sine summâ suæ Gentis infamiâ prodi ab ipsis, dedique hostibus supplicem. Ijdem tamen anxij secum inquirebant: quid igitur agendum? utrum pugnandum semper? id quippe necessariò consequi ex proposito perseverandi ad extremum in defensione Pueri. nisi, quod sperari non poterat, una ipsi nec magna Gens universum in se conjuratum Imperium vincerent; ac ne si quidem posset succedere, tamen tentari conveniret. Hic verò eum ad unicam oblatam componendæ pacis rationem referebant animum, ad deditionem nempe Pueri hospitis, abhorrebant, atque aversabantur; potiusque propendebant in anceps damnosumque consilium bellandi ad extremum, periculo quocunque. Inter hos multorum æstus, cum longâ perplexarum deliberationum morâ certi cõsilij nihil expediretur, Cæcus Advena, causa tantorũ motuum dimissus, ad Persas fugit. qui porrò ex Montanis paciſci cum nostris & arcanò tractare dudum ceperant, ij fœdus jam palàm icerunt, receptique in gratiam, cum essent, ut dixi, & multi & præcipui Montanorum, reliquos infirmiores illius Gentis iræ Ministrorum Imperatoris objecerunt; qui eos acerbè crudeliterque vexarunt, spoliantes intolerabiliter miseros, & mulctæ nomine summas ab ijs pecuniæ majores extorquentes quam quas, ne venditis quidem quæ habebant universis, possent conficere. Nec ulla Imperatorios misericordia tenuit ab ijs exterminandis & exturbandis sede patriâ in ultionem rebellionis: sed ab eo consilio illa eos cura revocavit, quòd providebant fore, ut his inde pulsis, nemo jam esset qui luga illa, propugnacula Romani Limitis, à Persarum assiduè illis partibus insidiantium, crebroque irrumpentium, incursionibus tuta præstaret. His circa Tricoccios & Montanos gestis, Romanæ copiæ domum reverterunt.

A

B

CAPVT XIV.

Vt affectus fuerit Patriarcha auditâ excæcatione Ioannis; & ut Imperatorem excommunicaverit.

C Cæterùm quod Puero Ioanni evenerat, maius utique atque atrocius quàm ut taceri posset, ad aures Patriarchæ quoque perlatum est. Is porrò acerbo consternatus nuncio æstuabat animo, quid ageret incertus; nec teneri poterat, quin se in cuncta palàm luctuosissimi doloris indicia effunderet. Deinde ratus haud securum esse sibi super tali facinore silere, nec justæ id animadversionis ulcisci vindictâ, cõvocatis qui ad manum erant Præsulibus, graviter conquerens, primùm se delusum irrisumque, tum fœdè contemptas Dei leges nefariâ violatione iuramentorum, indignitatem horrendi flagitij exaggeravit: ac denique deliberandum proposuit, quid tali occasione se facere deceret, ne mendax perfidia de conculcatâ veritate impunè gloriaretur; neve grassator iniquissimus opimo, quod immanissimè rapuerit spolio gauderet, connivente Justitiâ Divinâ; quæ si suis, ut plerumque solet, incompertis humano in-

D

νον ἐκπόνως καὶ ἀπαύγαστα πᾶ πεφαγμένα. Ὃ δὲ τῶν ἐπ' ἐκείνῳ κείσθαι δικαιολόγουν. ὡς γ' αὐτῶν ἕνεκεν, εἴ τι αὖ ἐκείνων καὶ δέξοι. ὁ δὲ ὄρκῳ ἐκείνων καταστάξας, καὶ μηδεὶς ὅπως ἐμποδὼν ᾖ ἐς ἄλλοι, μὴ οἷοί τε παρέσθαι τὰ ὁμαιμοσμένα, ἀυτὸς Ὃ ἐς ἐκείνῳ ἧκε ποιεῖν αὐτὸς ἐδέχετο μόνῳ. πολλὰ δ' σωματικῶς σφάττειν ἠρέτο. δ' ὃ γὰ ἄξιον ὅσον δ' ἦκε χῆ ψυχικὰ παρέσθαι, σὺκ ἐρέθυμα. Ὃ δ' ἰῶ πάντας, ὅπερ δεῖ τῆς μαχαίρας τῆ Ῥηθήματος ἧς, ὃ ὄτι ῥῆμα Θεοῦ, ὡς διαιρῶν ἄξιον, καὶ ἀπάξιον, καὶ μὰ ἐλλογῶν, δ' ἐκπεπαφὼν τῆς ὁλομελείας τῆ σώματος τῆ Χριστῆ. τῶπα σήσας καθ' ἑαυτὸν, τῆ ἄλλων, τῷ μὲ δικαίῳ δυσωπυμένων, τῷ δὲ φοβερῷ συστελλομένων, μὴ ἐς ἀνίδεστερον ἀπεργάσαιτο, πεμφας ἐκεῖνος, ἅμά τε ἐλέγχει ἀσεβήσαντα, καὶ ἅμ' ὑπαφεῖ τὸν τῆ πνεύματος θυμὸν ἧ ἀφορισμόν. ἐντῶθά τις καὶ μέμφαιτο τοῖς γεγονόσι, ὡς ἂ χῆ ἧττον γεγονόσι, καὶ ὑβριοπολοήσαιτο τῆ παράξαντον πάλιν. ὡς σὺκ ἄλλως ποιεῖν ἰσχόντων. καὶ ἡ μὲ μέμψις, ὅτι θεὸς ἧ δεσμὸν, ὑφῆκε τοῖς τῆ Κλήρῳ φάλλειν ἐκείνῳ χάριν. ὥσε καὶ κοινωνῆ ἐκείνῳ δεῖ τῆ ἱερῶν πλετοῦ, ἀυτός τε τὰς ἱερὰς ἐπὶ μυσταγωγίας, ἐφ' αἷς ἰῶ ἀριδήλως ἧ δεσμοῖς ἀνιλυμπικοῖς κατεχόμενον, μνημονδέαζ. ἡ δ' ἔτι τότοις ἀπολογία, ὅτι ἀυτάρκως ἔχε τοιοῦτῳ παρασκεύῳ τὰ τῆς ἐπιτιμήσεως. ὡς εἰ καὶ παρεστήκει καλέω, κινδυνεύειν ἀγχεχδαζ τὰ αὐτὰ χῆ ἧ ἐμπεδόκλειον σφᾶς. καὶ ἡ καὶ πᾶσαλογον παρβλῶν τῆ Βασιλέως ἀπαυθαδίσατο. εἰ γὰ δυχερὲς μέγαν οἰκεῖον μικρὰν δυσχέραν δέχεσθαι, ὥσπερ καὶ μικρὸν μεγάλου, ἀλλ' οὖν, Ὃ τὸν μεγάλου δυσχέραν τῷ μείζῳ οἴκῳ σπασπασθῆναι μὴ χῆ Ὃ οἰκὸς ἐκκοινωνιχθῆναι καθυφιέναι τῆς ἀπωλείας, σὺκ ὀλίγα βλαφθεῖσι αὖ. Οἰδίποδες τῶπα καὶ θοίνας Θυέστου, καὶ πλάτεις Ὀδυσσέως μαρτυρήσουσιν. ὕπω μὲ οὖν τῆ Παζιάρχῃ μεταθύτου Ὃ τῆ Βασιλέως πλύσμα, ἑκὰν μὴ θέλων, δέχεσθαι τὸν ἐπιτίμησιν ὁ Κερατὸς, καὶ πάσον διδόντος τῷ δικαίῳ θυμῷ, ἠσχαζεν, ὕπα μεμφόμενον, δ' γὰ οἱ ἄξιον, καὶ τὰ τῆς παράξεως ὡς ἔχεν ἀπελογεῖτο. ὅμως ἐν ἀφύκτοις σὺκ ἀγνοεῖ κατεχόμενον, ῥῆμα διέφερε τὸν ὀργὸν, καὶ καιρὸν μετανοίας ἐζήτει, ἐφ' ᾧ τὸν ἀγχιέρησιν δέξασθαι. ἤλπιζε γὰρ ὡς εἰ μικρὸν ἠσχάσας, εἶτα μεταγνῶναι δόξας τὸν λύσιν ζητοῖ, ἕψεται οἱ τὰ ἔμπαλιν καὶ ἡ ἀγχιέρησις.

D ὁ περσικὸν ἐξ) διωμολογήτο. ὅμως γοῦν ὁ καὶ παλαιὸν ἀρχαῖον ἔχων Ἐκκλησιαστικὸν Γερμανὸς τὸ μακαρίτης, πολλὰ τοῦ τῆς πάλαι ἐκκλησίας καθίσα παρὼν ὁ ἀρχαιόφ⟨Ⓜ⟩ παρηκμάκει καὶ χρόνῳ, καὶ ἀμελείᾳ.

CA-

CAPVT XIV.

Vt Holobolum Patriarcha Germanus translatum in Dei Ecclesiam Officio Rhetoris honorauerit, & Magistrum constituerit.

Τὸ δὲ μᾶζον, ὅτι καὶ φιλολόγῳ ὢν τὰ μάλιστα, τῷ Ὁλοβόλῳ ἀφωρίζε ἑαυτὸν ἐκ παιδὸς λόγων καὶ θεσπεσίᾳ, ὡς ἐπὶ τοῦ χρόνου καὶ ὁ παρὼν ἡγούμενος, τοῦτο μὲν εἰς τὴν ὁλκὴν ἱκανὸς ὠφελεῖν, παιδοτρόφος οἷα πεπονθὼς, τοῦτο δὲ καὶ ὅτι τῇ Ἐκκλησιαστικῶν ἀγωνίων εἰς παίδευσιν λογικὴν, ὃ ὀλίγοι ὧν τῆς τῇ Περιβλέπτου μονῆς ἐξελθὼν, καὶ παρασκεύαζε τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἔργον πάσης ἀσχολίας ἐπέκεινα πίπτει), τὸν ἐφ' ὑπερτέρᾳ πρεσβεύσαντα τῷ Βασιλεῖ, καὶ τὸ τῆς πρεσβείας ἐπαγωγὸν παραβαλέσθαι. ὡς ἤδη μὲν ὁ Ἀκροπολίτης καὶ μέγας Λογοθέτης Γεώργιος ἐφ' ἱκανὸν ὅσον παρασχεῖν Βασιλεῖ, ὑπηρέτας παιδεύσας τοὺς μαθήματα, ἤδη καὶ ἀποκεκλικὼς, καὶ χρεία ἦν ἄλλης ἀνείσθαι. ἐκ τῶν ἄλλων δὲ οὐ τῆς Ἐκκλησίας, παρ' ὅσον καὶ ἀνάγκη παραβαίνειν τοῦτο τῷ λόγῳ τοῖς Ἐκκλησιαστικῆς χρείας ὡς μάλιστα χρησιμεύσαντας· καταπέμψαι τοίνυν ἡμῖν ἀξιοῖ ὡς ἐφ' τὴν Ἐκκλησίας πρεσβεύσοντα, καὶ ἀθυμεῖν τῷ Ὁλοβόλῳ, ἐκ δεχόμενον τοῦτον, ἐκ ἂν τὸ εἰκὸς ποιῆσαι, καὶ ὡς Διδάσκαλον καταστῆσαι τοῖς παρὰ φοιτῶσι τὴν λογικὴν παίδευσιν, καὶ τούτῳ μὲν Ῥητορικῶν ὄντως, καὶ ἀποδοῦναι Βασιλεῖ, καὶ τὴν ἐξουσίαν καθυποκλίναι. ὧν δὲ τοῖς ἀληθείας κάλλιστα πρὸς τὰ παλαιὰ τῆς Κωνσταντίνου παιδευτήρια, ὡς καθῆσαι μὲν Κλήρους, ἵνα μὲν ἔνι τῷ ἐξεταστικῷ τῆς Ἁγιοπόλεως ναῷ, ἵνα δὲ ἔνι τῷ τῆς Βλαχερνῶν, καὶ ὑμνοπόλους ἐξ ἑῴας τάξαι τοῖς Κλήροις ἐν τῇ πόλεως ἱερεῖς· συνησαι δὲ καὶ τῷ μεγάλου Παύλου γεῶν ἐν τοῖς ἀρχαίοις ὀρφανοτροφείοις γραμματικευομένων χορῶν, καὶ ἑῴας ἐπιτρέψαι τοῦτε Διδάσκαλον ἐκ ἐν παίδας, ὡς ἐφιζάνῃ ἑνὶ τῇ σχολῇ, καὶ ἑπομένῳ ἕκαστος, καὶ ὅπη λόγων παρακαλοῖ, ἔστ' ἂν ἐκ τὰ εἰκότα φιλοτιμεῖσθαι, εἰ δ' ὅλως ἀλλ' ἄνεσιν τοῖς παροῦσι διδόναι τῆς ἀσχολίας καὶ τὰ πάντων ζώντες. τότε δ' ὅλως ὑποκλιθέντα τοῖς τῷ Γεροντικῷ αἰτήσεσι, καὶ παραδῆναι τὰ αὐτίκα τὸ παιδικὸν καὶ ἐξελθεῖν κελεύσαι, ἐν δὲ καρδίᾳ δεξάμενον, πολλοῖς ὧν ἀγαλ-

IN his palmare fuit quod suo ingenti, de quo dixi, & cognoscendarum & promovendarum doctrinarum obsequens studio, complexus est favore ac patrocinio Holobólum ingenij præstantis hominem & literarum plenum: de quo cum judicaret, idoneum ac sufficiens, si præficeretur studijs, instrumentum eum fore provehendæ ad celebritatem Literaturæ, ac reponendæ in florem pristinum, sua sanè illum opinio non fefellit. Quamquam ad hunc ornandum non solâ utilitatis publicæ ratione motus est, sed misericordiâ præterea infesti casûs, quo ille infeliciter afflictus fuerat; curâque debitâ consolandi ejus in tam acerbâ calamitate. Moliendum ergò sibi putavit, ut cum bonâ gratiâ Imperatoris, illum è Monasterio Præcursoris eductum Ecclesiæ applicaret, ibique Scholæ Ecclesiasticæ præficeret, erudiendos ipsi committens Iuvenes Clericos: Idque negotium cunctis prævertendum ratus, confestim adijt Imperatorem, cum eoque, nihil non adhibens quod valere ad impetrandum arbitraretur posse, hunc fermè in modum egit: *Acropolita & Magnus Logotheta Georgius tuo dudum, Auguste, iussu versatus in tradendis disciplinis, postquam multis iam annis insudavit ei operæ, fractis demũ viribus fatiscit, & ut ei emerito alij succedant opus omninò est. Id cum universim Iuventutis gratiâ me suggerere, tum curare dignum est, tum præsertim mihi convenit Ecclesiasticis in eo genere adolescentibus prospicere, quos ita educare ut quàm aptissimi evadant ad omnes functiones Ordinis nostri quarum pleraque literis & exquisitâ doctrinâ indigent, ad nostram in primis providentiam pertinet. Annue igitur orantibus nobis, & universa Ecclesia nomine petentibus, veniam gratiamque ergà Holobólum tuam: permitteus, ut transferam illum accipiamque in Collegium Cleri nostri & cum debito honore Magistrum præficiam nostræ Iuventuti, disciplinis liberalibus in ludo literario operam datura.* Hæc locuto Patriarchæ concessit statim prolixè, quod volebat Imperator: Erat enim & ipse proprio genio non parùm inclinatus, ad revocandum in omni gloriæ parte antiquum splendorem Vrbis; quam ad rem duo Cleri corpora constituerat, unum collocans in celebri Apostolorum Templo, alterum in Templo Blachernarum: Cantoresque annuis stipendijs utrique addiderat, ex Sacerdotibus Vrbis. Præterea apud Sacram Ædem Magni

Pauli

Pauli in antiquis Orphanotrophijs Grammaticæ Scholam instituerat, & pensionibus annuis, tum Magistri, tum Puerorum sustentationi providerat; adeoque rem curabat, ut non dedignaretur invisere per se interdum ludum illum, & coram probando cognoscere quantum Auditorum quisque proficeret: datis etiam, ubi res poscceret, præmijs ingenio ac profectui merentium: necnon & more patrio serias Pueris indulgens. Tunc igitur inflexus Patriarchæ precibus, remisit subitò pœnam olim damnato, & ut Monasterio educeretur præcepit. Porrò hunc Patriarcha paterno sinu exceptum quamplurimis potuit amoris significationibus donisque recreavit, Rhetoremque diplomate ritè sigillato declaravit; ac ludum omnibus aperuit, ubi ab hoc Præceptore disciplinæ traderentur.

A λεν τοῖς ἀγαθοῖς, παρεπισφραγίσας καὶ ἐπαρχα, καὶ ὑπ' αὐτῷ διδάσκοντι παισὶ ξενοίαν ὃ τῶν μαθημάτων Διδασκαλεῖον.

CAPVT XV.

Vt accusati Palatinorum quidam læsæ Maiestatis Patriarcham Arsenium in eandem secum criminationem involuerint.

ILlo porrò anno crimen læsæ Sacræ Majestatis impactum est Phrangopulo cuidam, quo Imperator intimè familiari utebatur, & alijs ipsi consciis numero duodecim. Conspirasse dicebantur in Imperatorem, quem etiam interficere quamprimùm decreverant, si quam invenire rationem commodam possent rei conficiendæ. Vocatus à conjuratis in partem & consilij & facti fuerat Carolus quidam, à quo ttueidatum Protovestiarium Muzalonem superiùs docuimus, verùm is non sustinens malefacere Imperatori, cooperando cædi eius, totam perniciem avertit in capita Machinatorum tanti sceleris, à quibus erat in ejus communionem adscitus. eos enim detulit, insidiasque patefecit: unde subitò comprehensi omnes sunt, tum dirâ quæstione torti ut consocios proderent. & nominatim de Patriarchâ interrogati, alium quidem nominarunt neminem, Patriarcham autem, seu ex vero, seu vi tormentorum mentiri eogente, participasse ipsis in meditati facinoris conscientiâ declaratunt. Ac illi quidem meritis subjecti supplicijs sunt, unoquoque ipsorum pro modo culpæ congruâ pœnâ multato. Sed nec de Patriarchâ neglectum indicium est. quin arripuit crimen Imperator vehementi erumpens impetu in prosecutionem ultionis: causamque ardenter ad Synodum detulit, pro rei atrocitate conquerens; & præseferens, neutiquam aequieturum se, quoad tantum scelus, prout par erat, vindicaretur. *Enimverò*, ajebat, *indigna nimium, & minimè ferenda iniquitas esset, Episcopos quidem cum ipsis Nos videmur in Ecclesiasticum aliquod incurrisse crimen, statim pœnam imponere: Me verò in horrendo scelere contra vitam ac caput Imperatoris deprehenso, tamen pro modestiâ indicium tanti mei doloris ac periculi per me attingere*

Τοῦ ἔτους ἐκείνου, καὶ καθεσθέντος ἐγκλημα τοῖς περὶ Φραγγόπουλον, οἰκείῳ Βασιλέως ὄντι, κακούργοις ἀριθμηθέντες εἰς δώδεκα παρεστήσατο, ὧν δὴ καὶ τοῦ Βασιλέως μελετησάντων εἰς ἐπιουσίαν ἐκδοῦναι αὐτόκα, Καρόλεός τις, ᾧ δὴ καὶ τὴν πρωτοβεστιαρίαν Μυζάλωνος σφαγὴν ἐλέγομεν ξεγαδιάσαν ἐδάκνετο πάλαι, εἰς κεφαλὴν εἰς κοινωνίαν τῆς τε βουλῆς, καὶ τῆς πράξεως παρελθεῖς. ὁ δὲ μὴ αἰσθέσθαι ἐφιεὶς τῷ κρατοῦντι κακὸν ἐκ παρόξεως, ἐκ παρασκευῆς ἐφαίνο κακὸς τοῖς καλέσασι. καὶ ἄλλοι παρεστήσαν καὶ ἐλέγοντο οἱ δὴ καὶ ἐπαζόμενοι ταῖς βασάνοις ἐφ' ᾧπερ εἶχον συνδόξας εἶπον, καὶ μᾶλλον οἱ καὶ ὁ Παρεισάκτης συνῆν παρεστῶτες, οἱ δὲ ἄλλως μὲν οὐκ ἐχθρὸν ὁμολογοῦν, ὃ δέ γε Ῥαβδιάρχου καὶ ἀληθῶς καὶ ἐκ βίας τῆς ἐκ βασάνων, τῇ εἰδίσῃ ἔλεγον συνεχόμενον ἀυτὸν παρεσκευακέναι. κἀκείνους μὲν ἀπολύσας αἱ δίκαι ἔρριψαν ποινὰς ἀμφοτέρους καὶ τῶν ἁμαρτημάτων λόγον ἐπάγουσαι. ἀλλ' ὁ δ' ὁ Ῥαβδιάρχης αὐτὸ τὸ παρεστὸς ἔγκλημα· ἀλλ' ἐπέχων καὶ μᾶλλον ἐπεμβαίνων κινδύνῳ εἰ, οἷς Βασιλεὺς ἐπεσκάλη ὃ ἔγκλημα πρὸς τὴν Σύνοδον, καὶ δίκαι ἐποίει εἰ μὴ ἐνδικεῖν μὴ ἀνεχόμενον. ἀυτὸν μὲν γὰρ ἐπ' ἐγκλήμασιν Ἐκκλησιαστικοῖς τὴν δίκην ἐπαγαγὼν, ἀυτὸν δὲ εἰ μὴ καὶ δεῖ τῷ περὶ Βασιλέα ἐγκλήματι ὑποδοχαὶ ἑτέρᾳ δίκῃ τὴν φρέσιν ὁ παρόδικος κατηγορήσθη μὴ ἀσκεπῶς ὃ Συνόδων ἔχειν, καὶ ὅτι πεπόηκε παρόφθ. μὴ ὃ γὰρ εἰ καλὸν μὴ ὃ δίκαιον τὴν τοῦ Βασιλέως παλυωρῆν ὀφείλοντα, τοῖς ἐχθροῖς Βασιλέως κα-

πα-

ταπεινότης· ὡς γοῦν σκοπουμένου τὸ καθ' ἑαυτὸν δίκαιον καλὸν ἀποστέλλειν καὶ ἐρωτᾶν, κἂν εἰ ὁμολογοίη, ἢ καὶ μὴ ὁμολογῶν ἁλίσκοιτο, ὑποφέρειν τὴν δίκην· εἰ δ' οὕτω καὶ ἐς αὖθις ἀνέπεσεν· ὁ Βασιλεὺς ἀπόδοσε τὴν χειροτονηθεῖσαν τῆς Σιωόδου ἀφορισμόν. καὶ ὅπως ἀπελθόντας οὓς αὐτὸς καὶ πλείστους ἐρεσθαι, καὶ εἰ ὁμολογοίη ἐπιτιμήσεσθαι ὃ πεποίηκεν, δίκαιον ἐν τῷ Βασιλέως, τῷ καὶ Βασιλέως τοῖς ὑποτεταγμένοις συμπαθεῖν· εἰ δ' οὕτω, καὶ μὴ ὁμολογοῦντα, καὶ δεσμὸν κεῖσθαι, καὶ ἐπαναστῆσαι οἱ, ὡς ὑπὸ τῆς συνόδου τοῦτον τὸν τρόπον ἐνέχεσθαι μὴ, εἰ τύχοι ἁλίσκοιτο κακούργων· εἰ δ' οὕτω ἐλεύθερον εἶναι τῆς βλάβης ὡς ἀδίκως ἀφαλλόμενον. ταῦτα τῷ Βασιλεῖ πρεσβευταὶ καὶ τῷ Ἀρχιερέων πλήθει ἀνακοινοῦνται.

A verentem, sed obnoxiè cõfugientem ad Tribunal Ecclesiasticum, pati repulsam aut frustrationibus eludi. Multa quidem se hactenus gravia tulisse: tamen huic injuriæ tolerandæ imparem ultrò fateri suam esse patientiã: & quidquid antea dissimulaverit, in posterum profectò neutiquam passurum, adeò nihili pendi Majestatem Imperatoriam, ut vitam & sanguinem capitis Reipublicæ nefarijs perdnellibus prodere impunè liceat ei ipsi, cui ex officio potissimùm incumbebat salutí ejus invigilare. His tam acerbis expostulationibus Imperatoris coacti Patres negotium capessere, concordibus suffragijs decreverunt, mittendos qui Reum interrogarent, & sive fateretur crimen, sive, quantumvis inficians, idoneis tamen indicijs teneri facti conscientiâ convinceretur; continnò afficeretur condignis pœnis: si verò nec propriâ confessione, nec sufficientibus ad plenam probationem argumentis reus sceleris delati peragi posset, deliberaturam iterùm de causâ Synodum. Hoc satis Imperatori non est visum. sed petije: jam nunc absolutè excommunicationis sententiam in Arsenium à Synodo ritè ferri Reo coràm intimandam à mittendis ad ipsum: ac si quidem ille fateretur scelus, supplicium ei statim inferretur, quod pati æquum est qui Sicarijs parricidis eædem Imperatoris machinari ausis assenserit cõscius: sin Is negaret, tamen ut ex delatione de ipso à cõscijs morituris clarè factâ plùs nimio suspectus, excommunicationi subjaceret, quoad aut plenè convictus, puniretur, aut, si fortè contingeret sufficienter purgari, noxâ omni liberaretur, tanquam injustè calumniam passus. Eam petitionem Imperatoris Patres Synodi plerique arbitrati æquam, ut ita fieret annuerunt.

B

CAPVT XVI.

Vt Autor huius Historiæ unà cum Episcopis ad Arsenium missus sit: & quid ijs contigerit.

Καὶ δὴ χειρίζεται μὲν ὁ τῆς δίκης γράμμα, ἐπλέγοντο δὲ τῷ τοιχίσιν ὧν μὲν σφῶν αὐτῶν δύο, ὅτε Νεοκαισαρείας Μονοκωνστάντιον φίλον ὢν καὶ μᾶλλον ἐκεῖνος, ὁ δὲ Μακεδὼν, προεδρεύων τότε τῆς Ἐκκλησίας Πρόκλος καὶ λόγον ἐπιδόσεως. ὧν δὲ καὶ τῶν Κληρικῶν, ὁ δὲ τυγχάνει ὢν τῶν σκηπτούχων Γαλλιῶν, ᾧ ἐμοὶ τέταρτος, εἰς μὲν συνταχθεὶς ὁ κελεύσας βασιλικῇ, τύχας δ' ὅτι παρ' ἐκείνου ἱκοίμιλλον, καὶ ὁ μέγας προσαποδεχόμενος. πέμπτῃ μὲν τότε καὶ ἑκοστὴ ἔσχε ὁ Ἀνθεμίου, καὶ ἡμεῖς τῆς νυκὸς ἐπιβαίνοντες, δυσὶν ἡμέραις ὕστερον προσχόντες τῇ νήσῳ τῷ Παπιδάχῃ ἐμφανιζόμεθα· ὁ δὲ ἐκεῖ τῶν προκαθημένων πρὸς ἐκεῖνον λόγου· ὁ δὲ ἡχιάρτι τε παρωτικὰ μηδὲν τῶν ἀρχαίων ἐνεγκών, καὶ τί μοι κακὸν πρὸς τοῦ Βασιλέα πέπρακται, μετ' ὀδυνῶν

D Perscriptum igitur festinatò criminationis instrumentũ est, & electi celeriter qui Reum convenirent, è Patribus quidem duo: Prior Episcopus Neocæsareæ Monoconstantinus, multùm amicus Arsenio; Alter Mocessenus, tunc Ecclesiæ Proconnesi specialis concessionis privilegio præsidens. E Clericis verò, cui tunc Secreta commissa erant, Galenus; & cum his ego quartus, vi quidem in id adactus, utique jubente Imperatore: tamen quod illum cui studebam quomodocunque revisum irem, ex parte perlibenter. quintâ & vigesimâ die Iulij mensis E navem conscendimus solventem: biduò post ad Insulam appulsi Patriareham adijmus: & quorum causâ veneramus agere cum eo cepimus. Ad primam rei mentionem ille vehementer exacerbatus ne audire quidem ulteriùs sustinuit: sed cum immenso dolore & angustiâ in has querimonias prorupit: *Quid Imperatori mali feci? Ego ipsum ex privato in Imperij Solium extuli: ille verò me cum*

Patriarcham reperisset non honestis ex causis honora prævarit. Et nunc desidero in hoc tugo deserti montis, ubi velut infamis exul, Christianorum quotidiè misericordiam expecto. Tamen benè habent qua contigerunt: pulchra hæc, inquam, per me facta: sunt ei Phatriarcha benè precatur, & cum benedictione comprobet qua ab illo fiunt. In his, græco *benedictionis* vocabulo, quod ipsum nomen erat Eulogiæ sororis Imperatoris, illa ipsa mulier designabatur, cui erat Arsenius peculiariter infensus, quòd ipsam maximè sciret fuisse Fratri autorem eorum, quæ crudelirer & impiè in Puerum Ioannem attentaverat. Vt autem explicatæ literæ sunt, velut mox ipsi legendæ, Arsenius cum alicunde præsensisset quid in ijs esset scriptum, vehementi nitu sese enntorquens ac retrahens auditionem aversatus omninò est: & cum legi nihilominus eeptum esset, celerrimè recessit ne audiret. Sed qui aderant cursu insecuti fingientem, vix tandem comprehensum (currebat enim velocius quàm ab illâ ætate gravitareque expectari potuisset) retraxerunt invitissimum ad auscultanda quę ex scripto clarâ voce proferebantur. At ille appendicibus Galeri ad aures ambas utráque manu validè appressis, sinum lectionis, frustrà pronunciatæ, non accepit. Denique gravissimum significans animi angorem, cœlum terramque voce maximâ testes adhibuit eorum quæ patererur. Et non solùm ad ea qnę ipsi denunciabantur non attendit: sed neque qui cum allnquebantur audivisse omninò ab eo quidquam de negotio proposito, quod ad Synodum referrent, nisi eum expedire se ab ipsis summoperè conantem vi majori utique tenereur; & graves intentarent à Deo minas, si persisteret in contumaciâ. Tandem summis conatibus responsum exprimere qualecunque satagentium, visus eedere: *Eu*: inquit, *ut benè Patriarchatum gessimus, necem Imperatori machinantes! cui videlicet etiam proceßi è rebus humanis in hoc extremum deserta in sula, Deum propitiari non cessamus, obsecrantes ut eius anima benè cõsulens misereatur: utcunque ille fame ac siti nos, velut morte damnatos, in hac solitudine interficiat.* Hæc & ejusmodi alia summo dolore atque amaritudine animi profatus, multa simul Imperatori, simul in Thronum intruso exprobrans, aut potiùs impreeans, dimisit ad se missus. Nos autem illo iterùm postridiè eonvento, & omni eo quod sperari pntuit effecto, è portu confestim solvimus, & valido ingruente boreâ in occidnam Insulæ oram, satiùs duximus navigare, protegentibns montibus; at vehemens coorta procella est, intumuitq; eommotum ampliùs mare. Quare navim ægrè applicuimus ad locum *Galenolimena* nuncupatum, quasi Portum Serenum dicerres. Accolæ linguâ vulgari, corrupto vetere

A πλείστης κ' Ϛωνοχὴς ἔλεγεν, εἰ αὐτὸν μὴ ἐγὼ ἰδιοτέλως ὑπὲρ τῆς Βασιλίσσης ἐπέβουλα, ἐμὲ δ' ἐκεῖνος Παζιδρχίλιν θείαν, ϗ καλαῖς αἰτίαις ἐτίμησε; καὶ νυὶ γε κἀθημαι ἐνὶ ἀκρωρείᾳ ταυτηνὶ, ὡσεί τις ἀτιμώρητος μισανάστης, τὴν τῶν Χριστιανῶν καθοσίωσιν ἐπεκδεχόμενος ἔλεος. ὅμως καλὰ τὰ συμβάντα, καλὰ ταῦτα, καὶ ὁ φατριάρχης αὐτῆ ἐλογίσατο, ϗ τὰ εὐλογία πάντα προχωρήσαντα ἐδήλου δ' ὁ λόγος, τὴν ἀναδελφὴν τῆ Βασιλίσσης, ἣ δὴ κακῶς ἔσχε ἐκεῖνος, ὡς τὰ κῆ τῆ παρ-

B δὸς Ἰωάννη συμβεβλῆσθαι τῷ Βασιλεῖ, ὡς δ' ἀποπέμπεται καὶ ὁ γράμμα ὑπαναγινωσκόμενον, ἐκεῖνος γὰς ἔκπαλαι ὁ ἐκεῖ ἐμφερόμενος, πολὺς ἦν ἀπιθανίαν, ἐ ἀπίστων μὴ ἀκοῦειν ὅλως, καὶ προσπαιτῶντα ταχέως ὑπαναγινωσκόμενα ὡς μὴ ἀκούοι. κἀκείνην ὑπακαταλαμβανόντων ἀποδιδράσκοντα, ϗ δὴ ὁ καθηκὼν κατεμβιοις καὶ ταχέσι ποσὶ, ἐπίσυρε τὰ ὦτα τοῖς παρηρτημένοις τῆς καλύπτρας

C ἑκατέρωθεν τῆ ὤτων ὠσίοις, ὡς μηδ' ἐπαΐειν ἀναγνωσκομένων τῶ γράμματος. πολὺς δυσχυμίσας ὠρυόν τε καὶ γοῶν ἐπιμαρτύρετο μεγίστη φωνῆ ὧν δὴ ἐ πάσχοι, καὶ μὴ μόνον οἷς ἄπαν οἱ κατηφέντες, ἐξίς τροσσχεῖν, ἀλλὰ ἐ αὐτόκλητον ἀν παρ' αὐτοῦ εἶπερ ἀνέφερεν ὅλως προσοχὴν ἀκοαῖς, εἰ μὴ ἐκαίχοντο ἐμβριθῶς, εἰ μὴ καὶ μεγάλως ἠπειλοῦντο κολάζεσθαι παρὰ Θεοῦ, ὑπὲρ ἐχθρῶν ὅλως. ἐ ὡς

D καλῶς ἀνέλεγεν, ἠρχιερατεύσαμεν, φόνον τῶ Βασιλέ ζωγράφοντες; ὧν δὲ καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ταύτῃ τραχέως ἐπιτιμηθέντες, Θεὸν εἰς καλὸν ἐπεκαλέσθαι τὰς ἐκείνε ψυχὰς ἱκετεύσαμεν· κἀν ἐκεῖνος λιμῶ κ' δίψει ἐσ' ἐρημίας, ὡς κατάδικος ἀπόλοιτο. ταῦτα καὶ ζωηδὸν ἔπραττεν ὑδρία ψυχῆς καὶ πικρία ἀξιοσεγκτον, τὰ μὲν, ὑπὲρ Βασιλέ, τὰ δὲ, καὶ ὅ ἐς τὸν θρόνον καταστὰν προσοχὰ δίκης, ἃ ἐ ἐπιθυκτοπάμενος μᾶλλον, ἀπέπεμπεν· ἡμᾶς δὲ καὶ αὖθις

E ἧς τὰς ἐπελεύσεις ἡμέρας προσελθόντες, καὶ ὅσον ἦν τὰ προσανακείμενα ἐκπλέοντες, ἀφορμώμεθα τῶ λιμένος ἀυτίκα, ϗ τῶ ζοφεῖ λαμπρᾶ καταβαίνοντος δὴ τῶ κῆ δίκην τῶν νήσου μερῶν, αἰσιωτέρᾳ ἠγκύμεθα πλέειν ὑπακτομένοις τοῖς ἄρσιν. ἀλλὰ μᾶλλον ὁ Κλύδων μέγας ἐπεγείρετο, κ' ὤθνεν ἡ θάλασσα πλέον, καὶ τῷ Γαληνολιμένι μόλις προσχόντες τὸν πεῖν, ὁ δὲ καὶ Γαληνολιμὴν ἰδιωτικῶς οἱ ὑπόχωροι προσφθείγγεται λέγοντες, μεγάλοις ἐκεῖσε φθορεῖς ἐνεπιτυχόμεθα· κατ' ἐσπέραν δ' ἡμᾶς ἢ μετ' ἀλογίας

ὑπο-

δοπολυήσαι τῷ Πατριάρχῃ. ὁ δὲ καὶ ἤγειρε μὲν ἕκαστος αὐὰ μέρος, ὡς ὕστερον ὡμολόγουν πρὸς ἀλλήλους μεταμελόμενοι· ὅμως δὲ τὴν ἐντεῦθεν κατηγορίαν ὑφορώμενοι, κατημέλουν. νυκτὸς γὰρ μέσης σεισμὸς ἐπισπᾶται βαρὺς καὶ ὃ ὄρος ἀφανοδὲν καὶ πεσὸν εἰς θάλασσαν, ἣν ἐλάττω τόπον κατέκλυσε, δίκην τε καὶ ὑμᾶς κατακλυσθῆναι παρέσχε κατ' ἀγκαλὸν μόνους. ἀλλὰ μόλις πολλὰ τῇ θαλάσσῃ πρεσταλαπωρήσαντες, τῆς Κωνσταντίνου ἐπιβάντες, μικρὸν ἔδεησε δεκάτῃ Ποσιδεῶνος, καὶ τῷ Πατριάρχου παρόντι πρεσβύτου, καὶ ὃ πᾶν ἀναλέλαντες, ἀπεμιμνὸν ἀξίωσιν οὗ ἤξιώμεθα παρ' ἐκείνου, πᾶν ὑπηρὸν τῆς ἀπολελείας ὑστερελέγχοις πρὸς Βασιλέα λέγοντος καὶ ἅπερ λέλεκτο). ὅπερ δ' ὠφελοῦμεν τὰ τότε πρὸς Βασιλέα, εἰς τ' ἀκέσασθαι δίκαιον μὲν τὴν ἀπολογίαν, ὅτι καὶ ἐκεῖνος ἀκέσασθαι ὑπῆρχεν ἐκείνως, μὴ θέλοντα δὲ σὺν καὶ ἡμῖν ἐμφανίζειν, σιγᾷν. Νῦν δὲ καὶ κακοπαθεῖν ἐκεῖνον ἠνίκαδαν· ὡς τ' αὐτὸς ὑπὲρ ξακοσίους ἑτησίους νομίσμασιν ἐκεῖνον τὰ ἐς τοὺς περὶ ἐκεῖνον καθικανῶν. ὑφαπολογούμενον καὶ μὴ ὅρκῳ, ὡς ἐς πρότερον ὑπὲρ ἐκείνου μὴ θέλοντα δίκαιον, τὸ μὴ διδόναι λῶ. πῶς δὲ ἐς αὖθις δεδίσθαι μὴ ὅπως δέκοιτο, πρόσκαιρα πθένει τῇ Δεσπίνῃ τὴν χορηγίαν, ἐφ' ᾧ αὐτὸν μὴ δυσκολαίνειν καὶ αὖθις φίλως ἐκείνῳ νομιζομένης κατά τινα τὴν ἀπ' αὐτῆς πρόμυθίαν τὸ καὶ ἀμαθίαν, τὴν δὲ Δέσποιναν μετ' ἐκείνου πίμπειν ὡς ἀφ' ἑαυτῆς τὰ νομίσματα. ὁ δὲ ἐς μετ' ὀλίγον πέπραγε). καὶ δυσκέλλουσι ὁ τῆς Ἐκκλησίας Γραμματοφύλαξ Γεμιστὸς, ὁ τῆς Βασιλικῆς Κλήρου Λαμπαδάριος ὁ Οἰναιώτης, καὶ τρίτος ὁ τῆς Ἱερᾶς Ἱερομόναχος Μάρκος· ἄνδρες ἐν παλαιᾷ φίλοι ἐκείνῳ τὰ μάλιστα. οἷς δὲ καὶ πρόδηλα τῆς Δεσποίνης τὰ ἐς χρέαν συναποστέλλουσι. τῷ μὲν δοῦναι Βασιλῆ, σὺν λῶ ἐς ποσὸν τὰ τῆς σπουδῆς. ἀλλὰ καὶ τὸ πλεῖον προσπεζύτατο, μᾶλλον δὲ καὶ χάριν τοῦτ' ἐκτήσατο. τὸ δ' λῶ δρᾶ ὅσον ἐν σπουδῇ ἐκείνῳ τῇ ἀνυσθλίᾳ, ποσὸν ἐν δυσκολίᾳ, τῇ πῶς ἂν ἀνυσθείη, ἐ πρόδηλον.

vocabulo *Galilolimen* appellant. Magnis ibi periculis fumus exerciti, in pœnam, opinor, non petitæ & acceptæ à Patriarchâ in digressu benedictionis. quod facere unusquisque singillatim voluerat, ne postea in mali sensu serò pœnitentes invicem fatebantur: sed verente pro se quoque ne id sibi crimini verteretur, patiter id omnes neglexerant facere. Nam nocte mediâ terræ motus incidit gravis, & abruptus mons imminens ac supernè præcipitatus in mare, illud coëgit in terram latè vicinam inundare, tanto æstu ac tumultu, ut qui stabamus in littore nos continuò demergendos crederemus. Cæterùm ærumnosissimo inde ensu transfretantes, ægrè Constantinopolim tenuimus sextadecimâ die mensis Augusti, & primùm adito Patriarchâ, ubi quæ contigerant retulimus, quam potuimus ardentissimè illum otavimus, ut pro eâ quâ valeret apud Imperatorem autoritate gratiaque, nobis adesset quæ acta erant renunciantibus; ac si quid necessariò diceremus quod Augusti animum pungeret, deliniret ipse præsens quâ valebat arte, atque ut cuncta boni consuleret, daret operam. Fecit cumulatè quod petijmus: eoque mox successu enim Imperatore egimus, ut ille placatus Arsenio, acceptâque defensione ipsius, ultrò significaret: credere se, si quid de cõjuratione in vitam suam factâ cognovisset Arsenius conaturum eum fuisse conjuratos à nefario cepto avertere; siluisseq; si quid horũ novit ab ijs indicandis, religione cohibitum quadam; quòd suâ fortè personâ decere non putaret irritare Principẽ in subditos, horũ in ipsum machinationibus illi manifestãdis. Præterea simul audivit à nobis egestatẽ miseriamq; quâ ille in exilio conflictabatur, adeò morus in misericordiam est, ut statim juberet trecẽtos ei nummos annuos ad sui suorumque victum assignari; affirmaretque in excusationem suam, juramento etiam interposito, se priùs decreturum ipsi eam summam fuisse, si speraſſet induci eum posse ad istam à se pensionem acceptandam. Sed cum superstitione ipsum quadam abhorrere à communione quacunque secum intelligeret, ingerere quod scrupulosum senem offenderet non ausum. ac ne nunc quidem velle molestiam facessere infirmæ hominis conscientiæ. ideoque meruentem ne recusaret necessarium subsidium si suo ipsi nomine offerretur, consentire se ut id Augustæ imputetur. Denique velle se mitti ad eum aliquos ex Amicis eius ad quandam calamitosi senis consolationem & recreationem, & ijs deferendos ad ipsum tradi trecentos illos nummos tanquam donatos ab Augustâ, cum certâ promissione redituræ quorannis ab eâdem manu paris summæ. Id quod non multò post ira factum est. Delegati enim ad Arsenium sunt Ecclesiæ Commentariensis Gemistus, cumque hoc Regij Cleri Lampadarius Oenæota, & tertius Monasterij Hieræ dicti Monachus Marcus, viri omnes ipsi olim carissimi: qui & memoratum ipsi ab Augustâ subsidium apportarunt. Quæ cum altiùs reputo, suspicor equidem, non hoc tantum in senem parùm sibi æquum studium ex solâ tum miseratione Imperatori natum esse, homini

utique minimè simplici, aut uoum & cuivis obvium spectare in ijs quæ ageret solito, quare puto illum plus in eo vidisse, atque hoc facto studuisse munire ac complanare sibi viam ad antiquum, quò dudum tendebat, scopum absolutionis imperrandæ: quam rem quantò vehementiùs cupiebat, tantò solertiùs cogitabat quanam optimè ratione, & à quo faciliùs honestiusque consequeretur.

CAPVT XVII.

Vt modos quæsierit Imperator suæ absolutionis impetrandæ, & à quo?

COgitationum portò ejus summa in id conferebatur, ut cutandum existimaret solvi se se ab anathematis vinculo per Patriarcham & per Synodum. De Patriarchâ verebatur ne parùm eo exorando proficeret: ipso libenter quidem assensuro; sed quoniam exigua ejus apud populum & gratia erat & autoritas, timendum videretur ne invidia autoris actum infirmarer: & talem absolutionem pro nullâ plerique irritâque haberent, tanquam latam ab homine cujus autoritati parùm fiderent; & de quo an legitimè promotus esset, propter vetitam Canonibus de Throno in Thronum translationem, ambigeretur. Autor & suggestor hujusmodi solicitudinum Augusto fuit supra memoratus Ioseph Galesij Præfectus, non tam ille quidem in hoc miseratione in Arsenium quadam motus, quàm indulgens minimè dissimulato adversùs Germanum odio, quem palàm culpabar, quasi è Sede humiliori in supremam saltu ambitioso, nec per sacras Leges concesso, transcendisset. unde cum se ipse ab ejus communione segregavit; tum istas quas dixi adversas Germano cogitationes atque formidines, Imperatoris animo subjecit, metuendum denuncians, ne non idoneam ille haberet solvendi potestatem: ac, quod erat inde consequens, si à tali absolutus fuisset Imperator, nec apud Deum nec apud homines verè liber à diro vinculo censeretur. quæ Augustus audiens ab eo quem Patris habebat loco, cui & ut conscientiæ suæ arbitro, & ut omnium quæ ad procurationem spectarent animarum consultissimo passim habito, fidei plurimùm veneration[i]sq; tribuebat, anxietate constrictus est maximâ, quam subinde magis magisque intendebat, augescens in dies Schisma multorum ob invidiam translationis Germani communionem avertantium, ipso securè nimis indormiente injuriæ suæ tantæ, nec purgare aut delinire omninò gliscentem invidiam ullâ re conante. nam tametsi omnes illi nunciarent quæ contra illum dicebantur & fiebant, nemini succensuit, nullum compescuit, nullum vel minimum, ut oportuit, nascenti & augescenti malo remedium objecit. Mutatâ igitur sententiâ Imperator, multus jam erat in disquirendo secum quâ maximè ratione posset consequi, ut è Throno Germanus amoveretur. cupiebat consilium ultrò inde recedendi per se illum capere. quod cum ei suggerere pudor suus non sineret, optabat alicunde aliquem existere liberum monitorem, qui suadere hominoi auderet, ut quod omnes desiderarent occuparet volens facere, ac vim arbi-

A Ἠθελε μὲν οὖν τιὼ τῦ δεσμῦ λύσιν γενέσθαι τῶν τε τῦ Πατριάρχε & πάσης τῆς Συνόδου, ὃ δὲ λυσαι τὰ ὑφιεμένο μὴ καὶ δόξοι ἄλυτα λύειν, ἐν τῦ παρὸν ὀκνῶ & λαὸν ὀλιγώρως ἔχειν. τῦτο μὲν ἀφ' ὅ μὴ ἐπ' ὀκείῳ πληροφορεῖ, τῦτο δὲ κ' ἀφ' τιὼ ἀμφιγνοεμένων τῦ Θρόνυ μεταθεσιν. ὁ δ' ἐννοίας τοιαύτας ὑποβάλλων τῷ Βασιλεῖ ὁ δηλωθεὶς Γαλησιώτης ὧν Ἰωσὴφ,

B ὃς ἦν πόσον ὑποπεπτωκὼς τῇ Ἀρσενίτῃ, ὅσον τῷ Γερμανῷ ἀπηχθάνετο ἀφ' τιὼ ἐν Θρόνῳ παρεσιν εἰς & ὑστέρησιν ὑπεπτόησεν. τῷ τοι, καὶ ἐχιζέσθαι μὲν ὀκείνῳ, ὑπ' ἐκεῖνα δ καὶ τῷ Βασιλεῖ δ' κάλλος ἐννοίας ὠφελεῖ ὀκείνῳ, ὡς δ' λύσοιτο, ἂν γε καὶ λύει. ὅπερ δὲ ἱκανὸν εἶ) τῦτο φάναι Θεῷ κ' ἀπαρκεῖν τῷ Βασιλεῖ. ὡς γοῦν τῶν ἔλεγεν ὡς ἐν ἀνθρώποις εἰς πάτρα πεπαιδεύσθαι, καὶ

C πολλῷ ἧσσον ὀκείνῳ ἐν τῷ παρεχρόνῳ, καὶ δ' ἄλλα μὲν παρὸς ὃ δοκεῖν ἱκανὰ, μάλιστα δὲ καὶ ὅτι ἐπ' ὀκείνῳ πεπληροφόρηται τὰ πολλὰ παρ' ἐμοὶ νομιζομένῳ, ἐν ἐννοίας ὁ Κερατσῆ ὧν, κ' μᾶλλον ὅτι καὶ πάρεχισμα πλέον ἐφέρετο ἀφ' τιὼ μεταθεσιν, καὶ ὀκείνῳ καταλειφθεῖσα τῆς εἰς ἀυτὸν ὕβρεως. καί γε οὐδὲν ἧδεν λυόμενοι, καὶ πάντες παρεσκεύαζον· μεταβαλὼν γοῦν τῆς γνώμης ὁ Βασιλεὺς, πολὺς

D ὧν ὁρμώμενος ἀφ' τούτων, ὀκείνῃ τῇ Θρόνῳ & Γερμανὸν, καὶ μὴ ὡς ἐκεῖ μαθὼν ὑποκρίνεσθαι, ἀλλ' οὖν ἄλλῳ ὑπαιτιῶσαι συμβαλέσθαι ὀκείνῳ τιὼ ὑποχώρησιν. ἔτυμῳ δ' ὧν εἰς τῦτο ὃ παραυτίκα ὁ Ἰωσὴφ πλὴν ἀνεμφάτως, & ὡς ἂν οἰκεῖόν τις ἀγνοῦντῳ τῷ Βασιλεῖ. ὀκνῶν γὰρ κ' εἰς πλῆν τιὼ ὑποψίαν ταύτην διεφυλάττετο.

arbi-

arbitrio præverteret. Commodùm adfuit in id officij paratus ipſe primus tricarum Artifex talium Ioſephus; monitus tamen, & inſtinctu pronus in idem, periculo velut proprio tentandum id ſumere, nec præ ſe ferre conſenſum in hoc ullum aut conſcientiam Auguſti; quam ille cautionem ad finem uſque negotij fideliter adhibuit, ſuſpicionem talis molitionis ab Imperatore avertens, & videri affectans proprio nomine ac judicio id agere.

CAPVT XVIII.

Vt Ioſephus Germano ſuaſerit abdicationem Patriarchatus.

Καὶ δὴ τῷ Βασιλεῖ ἐνδιδόντος, ἐν Ἀδοπρέπους ὁ Γ'ωσὴφ τῷ Γερμανῷ παρεπιὼν ἐν σχήματι συμβούλου χρηστοῦ, τὴν Πατριαρχίαν Ζωσιμᾶ ἀποθέσθαι. πολὺ γὰρ ἔτι (ὡς) παρεῖχε, καὶ οὐκ οἶόν τ' ἔσεσθαι ἐς μακρὰν αὐτοῦ ἐκεῖνα, καὶ ὅσον οὔπω τῷ Βασιλεῖ Ζωσιμᾷ. ἀπευδήσειν γὰρ ποτὲ καὶ αὐτὸν Βασιλέα μαθόντα ὃ χίσμα. ἢ οὐχ ὁρᾷς ὁπόσοι περὶ αὐτὸν (ὡς) Υἱκίνθιν, ὁπόσοι τ' αὖθις ἀμφὶ τὸν Θεοδόσιον καὶ (ὡς) αὐτάδελφον (ὡς) αὐτῆς Ἰωάννην (ὡς) τὴν Μάρθαν, καὶ τὸν ἑτεροθαλῆ ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Νοσογονίσταν Ζωσίμου; ἃ ἐλέσθαι ἂν Μοναχοὺς ἀποφοιτήσαντας τοῦ μοναδικοῦ, αἷς ἐνέδρως ἐληρήσαντες τοῖς ἀσκητικοῖς πόνοις; εἰ δ' ὅλη τῇ Εὐλογίᾳ θαρρεῖς, ἀλλ' ἴδε τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς Μάρθαν, ἴδε τὰς αὐτῆς θυγατέρας, ὅπως τῷ Ἀρσενίῳ παρεσκεύασαι, καί σου ὑπερμαχοῦσι τοῖς μηδενός. οἱ δ κοσμικοὶ ἀλλ' οὖν ἔχουσι λέγειν ὅπως τῷ Υἱκίνθῳ παρεσκεύασται, ἢ τῇ Νοσογονίστῃ Μοναχῇ, ὧν ἀδελφὸν οἶδας ὄντα Θεοδοσίας καὶ Γ'ωάννης τοῦ ἀειμνήστου. τί γὰρ σοι λοιπὸν ἐνδοπολιφθήσεται, εἰ γε καὶ Βασιλεὺς ἅπαντων ἀποπολίφοι σε; σπεῦσον μὴ τιμῆς δέελθεῖν, ὡς καιρὸν ἔχεις τοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ παρεῖναι, μή ποτε ὕστερόν σοι τοῦτο καιρὸν, καὶ οὐ δυνάμενος παρεῖναι ἀναγκασθήσῃ, καὶ γέλωτι ὄφλοις, ἀποχωρεῖν τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἄλλῃ. ταῦτα μὲν οὖν ἐνύττων ἐν ὑποθήκης ἔμφασιν παρεῖχε τοῦ δὴ τῆς Πατριαρχείας Ζωσίμου. ἀλλ' ἡ ὄρεξις παρῆκτο τοῦ ἀκούοντος, καὶ ὁ λέγων οὐκ ἔσφηλε. πολὺ γὰρ καὶ ἀπὸ τοῦ λέγων, ὡς καὶ Βασιλεὺς ὑπενόει ταῦτα, ἢ τὰ τῆς συμβουλῆς Γ'ωσὴφ ἐκπόθεν παρεσκεύαστο; ἅμα γὰρ καὶ ἔτι, ἢ ἀπεσκάσατο, Κληρικὸς τε ἢ Γερέαρχος ἀφορῶν τοὺς τὸν τοῦ Κεντοῦντος ἀνιῶντας. ὃ δ' ἀμ' ὧν χλιαίνων καὶ γέλως, καὶ ὃ ἐς ἐκεῖνον ἐλπίζων, ὅσον καὶ τῷ ἐν μνίοις θαλάσσης ἐσεῖ τὴν νεῶς ἀστοπόνου,

IGitur etiam concedente Imperatore Ioſephus arcanò Germanum adiens, ſpecie ac perſonâ benevoli conſiliarij, ſuggeſſit; optimè facturum illum ſi ultrò Patriarchatu cederet: intumeſcere quippe vulgarem offenſionem in molem invidiæ tam validam, cui mox nbi paulò plùs ſe corroboraverit, perrumpendæ par non ſit futurus. Nec faventi ſibi Auguſto nimiùm fideret. Et ipſum enim pro ſuâ ſapientiâ, ſimul invaluiſſe Schiſma viderit, niti contrà torrentem fruſtrà & pernicie certâ deſiturum. *Au enim*, addebat, *non vides quàm multi cum Hyacintho, quàm multi rurſus cum Theodoſiâ, fratreque ipſius Ioanne Marthæ filio, & ſororem horum ex alio parente Noſtongeniſiâ conſpiraverint in exautorationem tui? non ceruis Monachos turmatim ad eandem urgendam erumpentes clauſtris, quibus tuſſenuerant aſceticis infundendo laboribus? contra quæ ſi Eulogia potentiâ te ſatis munitum putas; at reputare te oportet, opes fermè pares in contrariam nõ dubiè addita factionem ſororis eius Marthæ. conſidera quippe filias huius ut ſtudeant Arſenio, ut in eius favorem vehementer incumbant, as Te pro nullo & ſuppoſititio palam ſpernant. Quid ſæculares? dicere tibi vereor quàm indrunsè adhæreant Hyacintho & Noſtongeniſſæ Monachæ, quàm Theodoſiæ ac Ioannis modò memoratorum ſorori noſtri. quid igitur tibi fiet reliqui, ſi Auguſtus, motu ſchiſmatis adigatur ad Te deferendum? Præverte, ſi mihi credis, ignominiam & feſtina cum honore inde exire, unde mox cum dedecore extrudendus es. breve reſtas tuo ſpatium arbitrio, brevis eſt occaſio voluntariè ac laudatè defungendi. ſi negligis, ſtatim tempus aderit, quo iam coactus & cum riſu Æmulorũ Eccleſiâ invitus excedere compellaris.* Hæc ille fidi ſe conſilij benevolum autorem ferens, Patriarchalem dignitatem gerenti ſuggeſſit. ſed non repetit aditum in audientis animo aviditate in guſtu præſentis boni deſixâ præoccupato qualis iſta cumque ſuggeſtio. quomodo enim id perſuaderi ſibi Germanus ſineret, ignorans quò inclinaret Imperator; ac ne ſuſpicati quidem valens talia ſibi nutu ejuſdem ac impulſu proponi? Perſtitit igitur adhuc in propoſito tuendæ poſſeſſionis Throni, ſeque in eâ firmandi, ad hoc affectans tunc cum maximè

uſum

usum ostentare labantis potestatis, quasi eam sibi multo illius exercitio magis assereret. Frequentes ergò Clericorum & Episcoporum ordinationes celebravit, fretus scilicet ostentato Principis favore, qui tamen ludibrium merum & irrisio erat: cui vanæ simulationi benevolentiæ niti eum magnoperè, simile nimirùm fuit quiddam, ac si quis navigans, spumosâ superficie undantis maris, crustâ quadam fluxâ innatantium sordium, muscosi cespitis aut ingestæ arenis algæ solliditatem mentientis, sustineri se speraret posse, atque ad extremum à demersione servari, ubi è navi excidisset. Cæterùm Imperator suas quasdam secutus rationes, ob quas vitandam putabat suspicionem aversæ à Germano voluntatis, egregiè perstitit in simulatione fovendi protegendique ipsum: non solùm vultu sermoneque in congressibus, cunctis veræ benevolentiæ indicijs monstrâdis, verùm etiam pecunijs largè donandis, quibus ille videlicet adversas sibi reconciliaret voluntates. quo in genere contigit Instante Palmarum festo, quo solemnis duci per Vrbem supplicatio precibus decantandis consuevit, ut cum missis ad Imperatorem suis Patriarcha ei confidenter indicasset: indigere se lineis hamo escâ induto instructis, quibus ad se homines traheret; intelligens ille petere ipsum nummos, quibus imminente pompâ spargendis in plebem, studia parùm sibi faventium emeretur, continnò misit magnam copiam æreæ argenteæque monetæ, quâ ille quæ vulgò vocant *Epicempia* concinnari curans, ea jactari jussit in populum toto spatio, quo pompa supplicantium processit, ad Sanctorum Quadraginta Martyrum Templum usque producta. Tali callidus Imperator astutæ dissimulationis artificio fucum faciebat nimiùm credulo Antistiti, ne subolere ipsi quidquam posset arcanæ voluntatis, quâ cupiebat amoveri eum à Sede Patriarchali.

A γαμβρὸν τὸν σὸν ζῆ. ἀλλ' ὁ Κομνηνὸς τὴν τοιαύτην ἐκκλίνων ἔνστασιν, καὶ συνεχῶς παρατιθεὶς, καὶ ὑμνῳδὸς παρεστήσατο, καὶ παρεῖχεν ἑαυτὸν πλήσαι, ἐφ' ᾧ δίδοιτο, ἐκ τῆς τῶν πολλῶν ἀξιοῦτο γνώμης. οὕτε καὶ τὰς τοῦ Βαΐων ὑφῆς ὑπασάσης, ὅτε γ' ἡ Σωφρὼ ἐξ ὄφρυος Αἰτωλικὸν πλέξασα, ἀυτὸς πέμψας πλῆσαι ἐξ ὀρύγου καὶ χαλκᾶ νομίσματα, παρὰ τοῦ Κομνηνοῦ ἐλάμβανε, ἐκ ἀρπεδόνη ἐνδήσας ὑφασκιάσας, τὰ Σωφρὼ λεγόμενα Ἐπικόμπια καὶ αὐτὸς, μέχρι καὶ τοῦ παραφέροντα μαρτύρων τὸν λεπτὸν καταπέταν, ξυνῆλθε τῷ λαῷ. ἐκ τοιοῦτ' ἦν τὰ παρὰ ἐκείνῳ τοῦ Βασιλέως ὑπακαλύμματα, ἐφ' ᾧ μὴ γνωσθείη μηδ' ἀμηχάνητον τὸν ἐκείνου θέλεον ἐξέλθοιεν.

B

CAPVT XIX.

De Hyacintho quis & unde esset, ac de ipsi adharentibus.

NOn intempestivum, opinor, fuerit quædam hic dicere de Hyacintho, deque ipsâ Theodosiâ & Ioanne sororeque horum ex patre Nostongonissâ. Hyacinthus Monachus fuit ex Occidente, qui Nicæam profectus, in quodam Sancti Cœlestis militiæ Principis Templo, vicino Palatio Patriarchali quod in eâ Vrbe est, degens, homo peregrinus & plerisque ignotus, pueros in contubernium congregavit, quibus non tantùm literarum elementa & Liberales Artes per se traderet, sed etiam alimenta suppeditaret. Id dum agit delatus ad Patriarcham, quasi contra ordinem disciplinæ quam profiteretur, Monachus pueros doceret: ideoque citatus ab eo & præsens interrogatus, gnavus industriusq; vir est visus; prætereaq; intrepidus, & ad quod opus esset liberè agendum & loquendum expeditus. quare cum is præterea se Sacerdotio initiatum diceret, assumpsit ad se illum, & in familiarium numero habuit. Deinde cum incidissent ea Patriarchæ tempora de quibus

C

Ὅτ' οὖν δὲ λέγω καὶ τὰ περὶ Τ' ακίνθου, ἐ αὐτῆς δὴ Θεοδοσίας καὶ Ἰωάννε, ἐ τῆς αὐτοῦ ἐφροδαλοῦς τῆς Νεσογονίσσης. ὁ μὲν οὖν Τ'άκινθος Μοναχὸς ἦν ἐκ δύσεως. καὶ γε Νικαίᾳ γεγονὼς, ἔν τινι τῶ Ἀρχιστρατήγου ναῷ, ἐγγὺς τῶ ἐκεῖσε Πατριαρχείῳ παροικοδόμησε, ξένος τε ἐ ἀγνὼς τὰ πολλὰ, παιδάς τε ὑποσωμένη, καὶ τούτους ἀναλόγων τὰ εἰς παιδείαν, ἐπορίζετο τὰς ἔφοδος. ἀλλὰ τῷ Πατριάρχῃ παροικοδομήσας, ὡς δῆθεν ἀπαιτοῦν Μοναχὸς παῖδας ἐκδιδάσκων· καὶ ὃς παρακαλῶ καὶ αἰτιώμενος, ἐ ἀπεῖδε δεξιὸν ἄνδρα καὶ ἄλλως ἀδεᾶ τε ἐς παῤῥησίαν ἕτοιμον, ὧν δ' ὡς ἔλαχε ἐ τὰ ἱερεμόνια, παρεσκευάζη τε πᾶσιν, καὶ ὡς οἰκείῳ ἐχρῆτο. ὅτε συμβαίνων καὶ Πατριάρχῃ, ἐκεῖ ἐ αὐτὸς δόκιμον ἐφαίνετ' ἐκεῖ τῶ ἐκείνε ζήλῳ, ὅτι μᾶλλον τε ἐς φιλίαν ἐκείνῳ ξυνάπτετο. καὶ ἐκεῖ ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει

D

τῶν

πάλιν ὁ Πατριάρχης ἀνήγετο, Συμεὼν ὁμοίως A
πατρικῶς τὴν οἰκίαν, Συνάμα καὶ Ἰγνατίῳ
Ῥοδίῳ, ἀνδρὶ ἐν ἁπᾶ ἀρετολαβείας πλήρει καὶ
μοναχικῆς κατασκόσεως. Συνῆσαν οὖν ἄμφω
τῷ Πατριάρχῃ, κοινωνοὶ ἐν τῇ θλίψεων καὶ
τῇ ἐναβολῇ τῶν, ἐν μᾶλλον ἐδεκνύετον ζη-
λοῦντε γὰρ ὧν καὶ ὁ Πατριάρχης ζηλωτὴν ἐγα-
πίζετο. ἐπεὶ δ' ὁμῶς ἐξεβάλοντο τῆς Πα-
τριαρχίας, κατὰ τὰς ἐκ παρασδυσεις
γενιαν ἀφανείας, ἐ γὰρ ἐωρῶ τῷ Πατριάρχῃ B
Συμεὼν, τὰ τῆς ἀνάγκης ἀλγήσας μὲ, ἀλλ'
ἀναγκαίως διέφερε. καὶ ὁ μὲν, φθάνει ἐν
βίῳ ὢν τῷ πλησίον ὑπεξελθών. Τὰ δὲ τοῦ
δὲ συὶ τοῖς ἀμφ' ὁμῶν ἐν βασιλικὸν ὑφο-
ρώμενον φόβον, ἐπεὶ γὰρ τὸν ἀδελφὸν ὁμῶν
Μαρθαν εἶχε τῷ Πατριάρχῃ παρεμύ-
νειν τὰ μάλιστα, ὁπόθεν δὴ πορσφοιτᾷ, καὶ
που παρεισδύς, τὰ ἐς ἔφιλον ὁμῶν ἔχε-
μηδὲν τῷ Βασιλέως ἀδότον. ὧν οὖν τὴ Μο-
ναχῇ Μάρθᾳ, καὶ ὁ Γεωάννης υἱός. ἡσαν γὰρ C
αὐτῇ τῇ ἀρρένων ἄπαν, ὁ μὲ Μιχαήλ τε καὶ
Ἀνδρόνικος Συμεὼν τῷ Βασιλῇ, ἐ μετ' ὀ-
λὺ τοῦτον, ὁ μὲ ὁ τῆ μεγάλου Πριμμικη-
ρίου ἀξίωμα ὁ Μιχαὴλ, ὕστερον δὲ ὢν τῷ Ἀ-
νδρονίκῳ, ὧδε τῷ Κρατῆτι ἐλάμβανε.
ἄπερ ὃ ὁ Ἀνδρόνικος μέγας Κονοσαύλος
προεχειρίζετο. ταὐτὸ δὲ αἰτίαν καὶ ὅτι ταῖς
τιμαῖς ζηλωτὴν τῷ σφῶτε, πλέα ξυμ-
βεβώκει, ὡς καὶ τόπον ἱκανὸς ἐρῶμεν. καὶ ὁ D
μὲν δύο ὕπω Συμεὼν τῷ Βασιλεῖ, μηδὲν
πολυπραγμονοῦντες. ὁ δ' Γεωάννης ὕστερον
ὢν, τοῦς μὲ πρὸς τῷ θεὸς ἐ Δεσπότης Γεωάν-
νου, ὁμόνῳ καθυπηρέτουμεν ἐπαρδάνετο, τὸν ὃ
μητέρα προσκυνοῦμεν βλέπων τῷ Πατριάρχῃ
ἐ ἀυτὸς ὁμοπόνως ἐζήλου, μὴ ἄλλῃ, μὴ ἄλλος,
μέχρι ἐ τῆ ὑπερβαίνων ὑποφωνῶν, καὶ
λιτανεύομεν. Συμεὼν ὁμόνῳ δὲ καὶ ἡ ἀδελ- E
φὴ Θεοδοσία τοῖς αὐτοῖς προσέχουσα, ἤδη κε-
χηρευμένη τῷ ἀνδρὸς Βαλανειδίτου, καὶ πρὸς
ὃ Μοναχικὸν ἀποκλίνουσα. Συμεὼν δὲ τύπτοις,
τὰ αὐτὰ φρονοῦσα ἡ Νοσυγόνισσα μοναχὴ, ὧν
ἐφοβαλῆ ὁ λόγος ἐδένειν. ἔτι ὁμ προπέρας
γυναικὸς τῷ Ταρχανειώτῃ κεχύντο. ἦσαν
οὖν ἅπαντες τῷ Γαχάνῳ Συμεὼνες, καὶ
ζηλωτὴν ὁμόπνοι γὰρ τῷ Πατριάρχῃ, καὶ
καλῶς, ὡ νόμοι θεοὶ καὶ δίκη. κορυφαιότατος. ἀλ-
λὰ ταῦτα μὲ εἰς τοσοῦτον.

diximus, eum in ijs Hyacinthus fidem constantem & studium Patrono ardens probasset, arctioti ei amicitiæ necessitudine junctus est. Ac ubi Constantinopoli rursùs Patriarcha repositus in Thronum est, adfuit illi familiarium intimus, & cui plurimùm fideret, unà cum Ignatio Rhodio, viro & ipso pietatis, & Monachum decentis gravitatis, pleno. His maximè duobus in illis angustijs rerum suarum participibus malorum, & consiliorum auroribus usus est: quorum extabant amborum studia sensibus affectibusque Patriarchæ consentientia per omnia. Illo demùm ejecto è Patriarchali Sede, abdiderunt hi sese, amoveruntque à conspectu, non enim est ijs permissum exulatum eunti se comites addere, clademque illam ac calamitatem tam propriam, in luctu ac dolore malum inconsolabile ferebant. Non diù post hæc Ignatius vitam eum morte commutavit. Hyacinthus autem cum suis & defuncti superstitibus Amicis irâ Imperatoris metuens, præsidium adversùs eam sibi quærendum apud Martham putavit ejus Sororem, quam commodùm perspexerat favere plurimùm & condolere expulso Parriarchæ. Ergò ad eam ventitans adeò se insinuavit in ejus gratiam, ut etiam victum inde haberet, horum ignaro funditùs Principe. Etat porrò Marthæ Monachæ Ioannes filius. tres enim illa cum Mares genuisset, eorum Michaël & Andronicus apud Imperatorem erant, quos etiam ille non multò post hæc honoribus ornavit. Nam Michaël minor Andronico Magni Primicerij dignitatem ab Augusto accepit, Andronicus Magnus Conostaulus declaratus est. per quam ambitionem honorum, æmulante primo alterum, multa inter fratres contigerunt à nobis memoranda quantum erit opus suo loco. In hunc modum hi quidem duo in Imperatoris comitatu versabantur, nihil his se immiscentes. At Ioannes ambobus minor natu, hactenùs in familiâ & obsequio aulico Avunculi Despotæ Ioannis educabatur. Hic Matrem observans benevolè affectam Patriarchæ, in hanc se partem, vehementer etiam incumbens, æmulansque supra modum, addiderat. adeò ut nemo eo frequentiùs, nemo pugnaciùs tritam illam fotmulam aversantium communionem adversæ, tanquam prophanæ, factionis verbis factisque usurparet, ad omnem occursum partes tuentium Germani, *save centuriæ* inclamans, superstitione usque ad minimi quoque ac levissimi usûs, fastidiosissimam declinationem abundante. Cum eo in his erat Theodosia soror ijsdem prædita studijs, quæ vidua relicta morte Balanidiotæ conjugis, ad Monasticam se vitam receperat. His adhærebat concordi sententiâ Nostongonissa etiam Monacha, quam horum ex patre forotem supra memoravi, quoniam ex priori conjuge à Tarchaniotâ genita fuerat. Horum erat omnium arcta consuetudinis

dinis & consiliorum cum Hyacintho necessitudo: ardenti pariter affectu condolentibus cunctis misero Arsenio, injustè, O Ius fasque! O Divinæ Leges! è Sede Patriarchali in exilium ejecto. Sed hæc hactenus.

CAPVT XX.

Vt per Sardensem Chalazam iterùm Imperator Germanum Patriarcham tentaverit.

AT Imperator Patriarchæ novam alteram tentationem adornavit. Cum enim Sardium Episcopus Chalaza sat diù Constantinopoli moratus, differre non posset sinum in propriam Ecclesiam reditum, atque adeò in procinctu ejus profectionis esset, egit clam cum eo Imperator, ut aut verbo coram antequam abiret, aut scriptis Chalcedone in digressu versùs Orientem, Literis eadem Patriarchæ suggereret, quæ frustrà Iosephus suaserat. Callidè id excogitatum, utpote ad spem successûs non parùm accommodatum, consilium fuit. Nam & autoritatis habitura plurimùm suasio videbatur ab eminentis Throni Antistite profecta, & maximè purgatam ab omni suspicione partium futuram eandem erat consentaneum, idcircò quòd cum Arsenius Sardensis ordinationem admittere pro legitimâ renuisset, palàm hic ab Arseniana factione alienissimus putabatur. quin hâc ipsâ ex causâ insinuabatur commendaturque Germano velut syncerum, & ex vero studio profectum consilium ralis autoris, cui privatim utile apparerer perstare in Patriarchatu Germanum, à quo utique pro vero Episcopo agnoscereiur. quare ut is tamen ipse contra proprias utilitates secessum inde consuleret prona erat conjectura occultioribus eum quibusdam & diversis ab ijs, quæ vulgò allegarentur, rationibus moveri. Nam quod ab alijs excipi soleret contra Germanum de translatione Sedis, apud Sardensem momentum habere nullum, manifestum erat; cum hunc constaret ab eo Patriarchâ suam ipsius, quam pro legitimâ tuebatur, ordinationem accepisse, quem omnes scirent ab Ephesinâ Sede in Constantinopolitanam fuisse translatum. qnomodo enim is ex istâ translarionis ex Adrianopolitano Throno causâ, Germani promotionem posset irritam ducere videri, qui Nicephori transitum ex Ephesinâ in Patriarchalem Vrbis Sedem, nõ solùm pro Canonico agnoverat, sed etiam à tali acceptâ suâ ipsius inauguratione in Sardensem Sedem, cujus se verum justumq; profiteretur possessorem, rejicere nequiret quin se ipse damnaret. Quare aliud quidpiam idemque magnum par erat existimari

Ὁ δ' γε Βασιλεὺς καὶ ἄλλῳ πάσῃ Πατριαρχῶν ἀρτίᾳ τὸ δὲ Χαλαζᾶ Σαρδέων ἐφ' ἱκανὸν τῇ Κωνσταντινουπόλει προσδιατρίψαντι, ἐπεὶ εἶδε τοὺς πρὸς τὸν λαχεῖν ἐκκλησίαν ἀποδημῆσαι, εἰς τὸ ἀναπαλαιόμενον, ὑποθήκας ἐμπεσὼν ἢ δι' ἀποῤῥήτων ὁ Βασιλεὺς, ἐφ' ᾧ ἡ ἀποστασία πως ἐπηχὴν τῷ Πατριάρχῃ, ἢ τὰ αὐτὰ τῷ Γεωσὴφ αὖθις πρὸς ἐκεῖνον, ἢ καὶ χάλαζαν ἢ ὑπὲρ χάλαζαν μᾶλλον ὁπλίσασθαι κατὰ Χαλκηδόνος ἔρριψε πρὸς τὸν Ἀνατολὴν. καὶ ὁ σπέρμα ὡς ἔλαθε καὶ ἀνωφελὲς. τότε γὰρ ὑφίστρον ἀνδρὸς ἄλλως λέγειν πρὸς ἐκεῖνον τὰ αὐτὰ ἐδίδου, καὶ ὁ χλευάσας ὄντα Σαρδέων ὡς ὁ Ἀρσένιος ἔδοκει, τοιαῦτα τῷ Πατριάρχῃ παραινῶν, δέον παρ' αὐτοῦ δεχθεὶς ἀγαπᾶν, Νικηφόρου ἂν ἦν, ὡς ἄλλοτε βασιλεύοντος, τοιαῦτα λέγοι τις, καὶ συμβουλεύοι ἀφέντα θρόνον. εἰ μή τι ἄλλο, γὰρ ἀλλ' οὖν ὅ τῆς μεταθέσεως αὖ ἐκ παρ' ἄλλοις ὡς ἔγκλημα τῷ μεταπεμφθέντι ἰσχυρὸν ἐδόκει, ὥστε ἐκκλησιᾶν ἀναγκάζεσθαι· ἀλλ' οὖν ἐκείνῳ γε ταῦτά τοιαῦτα τῷ ἀπ' Ἐφέσου Νικηφόρου τοῦ Ἀρχιερατικοῦ λαβόντι, προσοίσειν αὐτὰ μεγάλα, εἰς ὃ μᾶλλον ἐκείνου καταδικάζειν ἢ ἑαυτόν, τοιαῦτα λέγοντι· ἃ δὲ καὶ Πατριάρχου τότε λαβόντα παρ' ἐκείνου γράμματα, ἐναντία θρακικοῦ ἐκείνου περαιωθεὶς βόσπορον, ἅμ' ἐπίβασιν τῆς νεὼς, ἅμα τοιαῦτα κινητικὰ πρὸς παραίτησιν ἔγραφεν, εἰς οὐκ ἀγαθὰς ὑποτοπίας ἐκεῖνον, καὶ ὡς οὐκ αὖ ἐκείνου πολιοῦχα τοιαῦτα γράφοι, ἐπὶ πολὺν καθυβρίζων, εἰ μή γ' ἄλλοθεν ἔσχε ὅ ἐγκωμιάζων. τέως δὲ, παρὰ ὃ παράγμα δίδοις, παραυτὰ πρὸς Βασιλέα πέμπειν εἰς εἶχεν ἔγνω ὅ γράμμα, μαρτύριον ὅ ἐκείθεν ἐκβυσόμενον τῷ παρόντι ῥήματος ἀφελέσθαι, εἰς εἰ μὴ ἐπαλγήσοι τοῖς γράφουσιν ὁ Βασιλεὺς, κἂν δυοῖν ῥηθῇ ὅ παράγμα, ὥστε καὶ ἀποστέλλειν καὶ ὑποσχέσεων καταναγ-

ναγκάζῃ Ⓜ γράψαι ἐφ' ᾧπερ κρίθειη πα- A
ῶτα παρὰ Ⓜ παρόντι ἀκριβῶς, δῆλον ἦν
ὡς οὐκ ἀδίκως τῷ Βασιλέως παρέβη πατρί,
καὶ ἀσφαλῶς ἔχειν ἐνεδύετο ἦν τῆς κατη-
στως. εἰ δὲ μαθὼν παρ' ἄλλου ἢ αὐτὸς τὰ γεγραμ-
μένα, ἀλλὰ παρφάσεσιν ὑπηύνει, καὶ ἀναρ-
τᾶ ὡς χρὴ κρίνειν ἅπαντα, ἢ καὶ ἄλλως
πως ὑπεξαίνεται, ὡς δῆθεν καταπαύων ἐ ἡμε-
ρῶν, τὸν πάθος μὴ ἦν πλέον ἐς ὃ μαθὼν, ὡς
ὁ Βασιλεὺς ἀεὶ αὐτὸν ἠμύνετο, καὶ βυλῇ B
τούτου τὰ τίνα πράττεται. Ταῦτ' ἐν τῷ
ξένῳ παρελθὼν ἐν μυυμάτων ἢ ἀλλήλοις,
ὡς λυπᾶτο τὰ πλάτα, ἀπέπεμψε Ⓜ ὃ
γράμμα ἀγανακτήσοντα. ὁ δὲ λαβών τε καὶ
ἀναγνούς, οὐχ ὅπως τοῖς γεγραμμένοις ἐπέλ-
γεται, ἀλλ' οἷ ἑαυτὸν ἐπαλαπήσας ἀ ὑπὸ τοῖς
τῆς κοινῆς σφαγῆς συσφιγξάμενον, καὶ ἀεὶ
τῷ Πατριάρχᾳ φροντίζειν ἐπαναγκάζοντο, ἀυ-
τίκα μηδὲν μηνύσας, μᾶλλον, ὡς ἐν χερσὶν
ἀυτὸς ἔχοις Ⓜ ἄνδρα, ἔπω τῆς Καισαρ διδόν-
των, ἢ οἱ ἀεί σε, πολλοὶ τῆς τοιούτων κρατᾶ, C
καὶ σοι τὰ ἀεὶ τούτων ζητῆν ἐφιμῶσι, πόσ
ὡς βύλει, Βασιλεῦ γὰρ ἐ μετὸν τύπου, ἀλλὰ
πραγμάτων καὶ θορύβου τῆς κατ' ἀυτὸν
πολλῶν ὄντων καὶ τούτων, καὶ ἀναγκαίων.
τούτ' ἀκηκοὼν ἀκόντας ὁ Πατριάρχης, ἔγνω
τελῶ σκῆψιν, καὶ ἀπιλέγειν ὅλως οὐκ ἔχων,
μὴ δὲ γὰρ ἐρισὶ τὰ πρὸς Βασιλέα ἦν ὁμοίως,
ᾠήσασθαι τῷ Πατριάρχῃ παρεσκευάζετο.

vidisse Sardensem, quo ad tàm inopinatam suggestionem impelleretur. Talis ergò epistolam sententiæ quæ abdicationem Patriarchatûs consuleret, scriptam ad se trajecto Bosphoro à navem ad discessum concidente Sardensi, Germanus accipiens, in perplexam ingressus suspicionem est: meritò reputans, nunquam fuisse futurum, ut ille auderet ista scribere, ac primum se autorem ferre consilij contumelioſi Patriarchæ, quem palàm probaret Imperator, nisi huic haud ingratum id esse perspexisset. Ergò experimentum dubiæ rei capere certum volens, Epistolam eam statim ad Imperatorem mittit, testimonium ex eventu veracissimum omnium, quæ tunc haberi possent, eliciturum sese ratus, quo clarè intelligeret, quid arcanæ his de rebus sententiæ Imperatoris animo subesset. si enim visis literis dolorem significaret, & displicere sibi factum ostenderet, mitteretque post Epistolæ autorem, qui eum ex itinere retractum Constantinopoli sisterent, repetendum utique tationem in judicio legitimo irreverentis ausi, quo ad Principem Sacrorum tale scriptum suo nomine non dubitasset dare; tunc sanè fore manifestum, ignaro Imperatore contigisse ista, & securum sibi statum eâ ex parte esse. Si autem re cognitâ totum illud scripterarum temerè literarum crimen videretur nihili ducere, sed prætextus ei excusando quæreret; aut judicium suspenderet, tanquam videlicet in tempore de facto inquisiturus: vel si etiam non ignoto ipsi artificio rescriberet humaniter, quasi demulcendi, ac mitigandi officio, tum sanè non fore sibi expectandum indicium certius ad planè intelligendum: Imperatoris satietate jam sui capti consilio & voluntare talia fuisse scripta. Hoc animo consilioque Germanus acceptam à Sardensi, adjuncta aliâ à se scriptâ, quâ significaret vehementer eâ se re offensum, in suo gravissimo dolore ad notum expertumque Imperatoriæ gratiæ præsidium confugere, per fidum hominem ad Imperatorem mittit. Ille autem acceptis lectisque literis, adeò non indoluit, Amici causâ, ut suâ potiùs ægrè ferens quereretur: iniquè secum agi, cui cutis Reipublicæ gravissimis oppresso, etiam alienarum de Patriarchâ solicitudinum nullâ misericordiâ oous injiceretur: hisque indignanter dictis statim conversus ad nuncium, responsum ei quod referret Patriarchæ in hanc sententiam reddidit. Habere ipsum hominem in manu, » potestati utique juxtà præscriptum sactorum Canonum subjectum suæ. adesse ipsi Anti- » stites multos, legitimos talium Judices: iret; quæstionem institueret, ageret quod vel- » let. Imperatorem enim in ejusmodi negotia non se ingerere, satis habentem alibi » quod curet, plurimisque tàm tumultuosis quàm necessarijs publicæ administrationis offi- » cijs districtum. His renunciatis Patriarcha agnovit tandem quid Princeps, quantumlibet dissimulans, cuperet. ac certus non reluctari, vanam enim & stultam contra intellectam Imperatoris voluntatem contentionem fore, ad cedendum Patriarchatu se accinxit.

CAPVT XXI.

Vt Germanus Patriarchatu cesserit.

MEnsis inierat September; & agebatur venerandæ Crucis festum, quod Exaltationem appellamus. In eâ lætis ultimùm vestibus indutus, sicque celebratâ Crucis Exaltatione, sacrâque diei ejus Liturgiâ ritè functus, vespere sub crepusculum recedit, & in suas, quas sibi ad mare in Manganis extruxerat, cellulas sese recipiens, quietè illic deinceps vivere constituit. At diluculo posteræ diei auditâ re Imperator statim adfuit, unà cum Senatu, & Episcopis, universoque Cleri corpore, ac dolere se simulans, orat ut revertatur; & coacturum se minatur, nisi precibus annuat: denique nihil ad omnem veri studij, voluntatisque significationem sibi facit reliqui, quò minùs ex animo cupere procurareque velle putaretur teditum ejus ad Thronum. Ad ea Germanus cum Cretensi, ut dicitur, Cretizans, & in simulatione ignorandi mentem intimam Ptinçipis gnavirer persistens, plurimas se benignitati ejus rantæ & agere jam, & deinceps semper habiturum, referreque haud cunctaturum, ubi posset, gratias, respondit: Cæterùm senio se & infirmitate fractum, Indeque imparem oneri rantæ administrationis, ad libentissimè dandam ritè conceptam cessionem Constantinopolitanæ Sedis promptum paratumque esse, eamque ut acciperent rogare Imperatorem & præsentes Episcopos; simul ea dicens scriptam cessionis formulam porrexit, graviter edicens, ne sperarent aequieturum se omninò, aut, quidquid conringeret, remissurum de propolito, aut iterùm admissurum Patriarchalis Ecclesiæ regimen, vel si Augustus sese ad id adigere conaretur. Tunc Imperaror habens jam in manibus quod votis tacitis optarat, partes tamen semel susceptas agere perseveravit, contendens, citrà tamen Imperiũ ac vim, ne in recusandi consilio perstaret; cunctisq; gestibus ac modis personam ægrè ferentis exprimens: ac cum diù nihil proficeret, quasi victus, ad propositum certè profitẽdum verissimum descendens, sempet ejus eximiè impenseque honorandi. Quod exequi cepit ante omnia benevolentissimè rogandâ Germani sententiâ circa electionem successoris ejus: planè præseferendo (& eo videlicet ipso delinire saragendo, si qua ei supereſſet in ipsum offensio, penetratâ forsitan Augusti arcanâ voluntate, cuius esset respectu ad abdicationem coactus) planè, inquam, declarando, se omninò velle ple-

Μὴν μὲν ἐφεστήκει τότε Γαμηλιών, ἦκτο δὲ ἡ τῶν τιμίων Σταυρῶν ἑορτὴ λῶ καὶ ὕψωσιν ὀνομάζομεν. Ἐν ταύτῃ γοῦν τὰ ὕστατα τελισάμενος, ἐκ πλόους ἅμα μὲ τὸν ὕψωσιν τῶ Σταυρῶ, ἅμα δὲ καὶ τὸν θείαν ἱερουργίαν, τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὀψίας δηλῆς ἀποχωρεῖ, ἐκ τοῦς ἐν τοῖς Μαγγάνοις αὐτῷ κελλία τὰ τοῦς θαλάσσαν, φοδομημένα ἐλθών, ἡσύχως ἤδη ἐκεῖ διάγειν ἤρετο. ἀλλ' ἅμα Ἕῳ φαινόσης, ἐκ ὁ Βασιλεὺς ἀκούσας, ὀδυρόμενος ἐφοίτα, ἅμα μὲν Συγκλήτῳ, ἅμα δ' Ἀρχιερεῦσι καὶ παντὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι, καὶ μετὰ λιτανείων τοῦς προσπόντας, καὶ αἰτιώμενος, καὶ ἀπειλῶν τοῦς προσβιάζεσθαι, εἰ μή γε ἀκούοι, καὶ ὅδεν ἐλλείπει τοῦς θυμοῦς τὸ δηλούμενος τῶ μὴ ἀναγκάζειν καὶ πάλιν αὐτὸν, τοῦς κρότοι δ' ἐκπηδῶ πάντας πανταχόθεν ἅμα καὶ βοῶντας, μετὰ μὴ ἀγούσης τοῦς προπόντος, καὶ χάριν τῆς ἀμφιβίας λέγειν, καὶ ὡς ὁ ἐξὸς εἰδὼς οὐκ ὤκνει, αὐτὸν δ' ἔτι γήρᾳ καταργασμένον καὶ ἀδυναμίᾳ, καὶ τοῦς ὁ δίδοται καὶ παραίτησιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνε, καὶ λίαν ἀσθενῆς ἔχοντα, λῶ καὶ δέχεσθαι αὐτεξὲ τὴν Βασιλέα, ἐ σὺν παροῦσι Ἀρχιερεῦσι, ἅμα ὀλκαλῶν ἐ δηλῶν ὁ γράμμα, μηδὲ γὸ ἂν τῶ λοιπῶ κἂν ὅτι συμβαίη τῶν πρεσβείων λαμβάνειν, κἂν αὐτὸς ἀναγκάζοι ὁ Βασιλεὺς. τότε πιγαρὴν ἐ Κρᾶς ἔχων ἐν χερὶ φανερὸς ὁ ἐν ἀδήλῳ ἐβυλεῦ, τῶ μὲ αὐτὸν καὶ πάλιν προσαναγκάζῃ ἅπτε, χῶμα δηλῶν ἀπαιτῶν, ὃ δ' ἀγαλλῃ ἄλλως καὶ τιμᾶν ἤρετο. ἐ τὰ προῖα μὲ τὰ δοκιμώτατα ἐκ τοῦ Πατριάρχε ὀνόμων ἤρῶτα, τῷ αἰμβυλον ἀξιῶσθαι ἐπ' ἄλλῳ προσπομένῳ, δέξομεναν τὰ τῆς αὐτῶ παραιτήσεως. ἔτα καὶ ὅ, πατέρα ἔχῃ αὐτὸν ἐ χάριν προσφιλοτιμεῖτο, ὃν ὀνόμων, ὡς λέγει, προῖτο τῶν ἄλλων υἱὸν Κωνσταντῖνον προσεταθῆμεν. τί δὲ μεῖζον ἔτι τῶ εἰς πατέρα πεπιχθαι τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ καὶ Βασιλεῖ. τὰ γὸ τοῦ πάντου πλατικῶς εἰπῶν, ἔπαξε μὲ Γερμανὸς προῖτο τῷ Βασιλεῖ χαριζόμενος, οὗ ὀνόμων τῶν τοῦς σὺν ἀρχοντας ἀγαπᾶν. Ὑπεδέξατο δὲ καὶ Βασιλεὺς, ὡς ἐκ ἁπλοῦς συμ-

συμβαίνῃ, ἀλλ' ὅτι ποτὲ παιδὸς Κωνσταντίνου τοῦ Πατέρων, ὡς ἔλεγον ἦκεν. ὁ δὲ Μανουὴλ λέγεται· ὁ καὶ ἀληθεύσας μοι δοκῶ· Σὺ δὲ παρ' ἐμοῦ τεκμήριον ἰσαρίθμους τὰ μέτρα τὰ τοῦ ζῆν, τοὺς χιλιοστοὺς τοῦ φημι, καὶ τεσσαράκοντα. ὁ δὲ καί τινας ἔσφαλε ἐξ ὧν πάντας ἐπὶ χρόνους ἐς δεκαεπτά, τὸ δὲ Παλαιολόγου Μιχαὴλ συνεπὲς ἰζ φέρει. τοσοῦτον δὲ τὸ Μανουὴλ εἰκοσιπέντε τῆς Βασιλείας χρόνοις ἐδήλωσεν αὔξησις. τότε γὰρ καὶ τῆς κατ' ἐμπόνου τοσοῦτον προκοπῆς, καί γε οὐκ ὀλίγα τοσοῦτον προσπαίζεσθαι, ὅ τε Θεὸς εἰς ὃ παιδαγωγεῖ αὐτὸν ἦν. τοῖς δὲ, καὶ Συμπλέκεται οἱ τῶν ἐμῶν μερισμοῖς. ὃ δ' ἐς παῖδα παίζειν τῷ Βασιλεῖ, μέγα μὲν καὶ ἄλλως σημεῖον, πλεῖον δὲ ὁ Θεὸς ἐς ὑποθεσίαν τοσοῦτον ἐπέβαλε, τὸ ἐκ παίδων κεκλῆσθαι τοῦτο, εἰ μὴ ὄν ἐνδον μὲν μόνον ἄξιον ἐς τὸ ὅλης ἐφικέσθαι κρίνειν. ὃ μέντοι γε μὴ τῷ ἀναγκαίων προμηθεύσασθαί τι ἐς τοσοῦτον, πλεῖον ἄλλως καὶ οὐκ ἀναγκαῖον τοῖς καὶ οὗτοι τοιούτοις τῶν κατὰ μέρος ἔφοντα ἔχειν. πλεῖον ἀλλὰ καὶ ἡ ἐμὴ Ἐκκλησία, ἐδήλου δὲ τὸ Ἀδριανουπόλιν, καὶ ἐμὸν Ἀρχιερέα πλατεῖαν, ἔχει ἔφαν καὶ ἄμφω Συνάμα καὶ Θεῷ χορηγοῦντα. πάντα μὲν δὴ τότε ὁ Γερμανὸς ὅτι πᾶσι τοῖς προσελθοῦσι παραβύμως ἔλεγεν. ἐπὶ δ' ὧν ἔλεγεν ἑαυτῷ τῇ Ἀδριανοπόλει ὑπερεχθέντα μετ' ἀυτὸν παρ' αὐτὸ, ὁ ἀνεψιὸς ἐκείνου Βαρλαὰμ, ἐπ' ὀνόματι Βασίλειος, ὃς τοῖς μὲν τὰ εἰς πολιτικὸν προσήκοντα ἐς λίαν ἀμελὴς ἔσχε.

num ei arbitrium servari circa delectum novi Patriarchæ. Addidit quinetiam se Patris deinceps loco ipsum habere decrevisse: celebravitque istum honorem scriptis ei ambitiosè literis tali titulo, quem splendidiorem faciebat attributum, ut ferebatur, à Germano primo omnium, Imperatori glorioſum cognomen *Novi Constantini*. quid enim majus videri poterat quàm in patris affectum & autoritatem à Novo Constantino susci pi. Nec omittam qualicunque occasione de istâ nomenclatione explicare aliquid distinctiùs. Ejus inventor quidem & primus artifex Germanus fuit, suâ quadam in id excogitandum provectus innatâ indole obsequiosissimè gratificandi regnantibus. Excepit autem Imperator, non ut Elogium temerè delatum; sed ut id in quo perspici gauderet quàm sibi non vanum omen fuisset domestici veteris cujusdam augurij, quo se, ut ajebat, recordabatur Constantinum à Parentibus vocitari puerulum solitum. Sunt tamen qui non Constantinum, sed Manuëlem appellatū in infantiâ Michaëlem Palæologum prodiderint. Id quod equidem puto veriùs, quòd sic eventu perpetratum appareat auspicium, è numero literarum ejus nominis ductum ad prædestinatum ipsius Imperio temporis spatium indicandum. Nam is numerus tunc tantùm cum numero annorum quibus imperavit convenit, cum non sola veri eius ominis, sed præterea cognominis istius elementa in unam conflata summam fuerint. Nam inde deceptos quosdam novimus, qui regoaturum hunc Principem annis dumtaxat septemdecim autumaverant; eo quòd nomen hoc *Michael Palæologus* totidem constet literis: non animadvertentes adjungendum huic fuisse cognomentum *Manuelis*, cujus elementis ad priora septemdecim additis, numerus absolvetur quatuor & viginti 1 quot annis fuisse illum imperaturum eventa demonstrarunt. Tunc igitur cum præterea Imperator effunderetur in omnem significationem liberalis benevolentiæ, ultrò pollicendo census annuos proventusque copiosos, ad ea simul omnia Germanus respondit in hunc modum. *Quod primùm defert, ut Successor eo meum nominem, minimè id opus est: providebit Ecclesia sua Deus idoneum Pastorem, & ei propitius adiator autorque aderit in sacris eius arduæ functionis curis. Eligi deinde assumique me in Patrem Imperatoris magnam equidem rem & summa dignationis honorem esse iudico: verùm eius quem Deus adoptare in filium est dignatus, quit homo se talem ferat ut rectè vocari Pater possit, nisi quem ipse Deus, & quidem solus, nec humani præventùs prærogativa suffragij, dignum indicaverit cui gubernandam committat Ecclesiam. Quod iam attinet ad oblatam mihi necessarij provisionem vitæ, minùs eam duco necessariam; Eum utique nutritium habentibus qui pascit pullos corvorum, Cæterùm & mea Ecclesia* (Adrianopolitanam designabat) *illi quem ei domesticâ mihi necessitudine obnoxium Antistitem præfeci, eas copias suppeditat, quæ ad nos aquè ambos alendos abundè sint.* Talis tunc Germani fuit oratio, quæ ipsi obtulerat Imperator geoerosè recusantis. Fuit autem is, quem dixit à se sui loco præpositum Ecclesiæ Adriano politanæ, ipsius ex fratre vel sorore nepos Barlaam, alio nomine Basilius dictus, eorum quæ ad religionem & sacram disciplinam pertinebant, admodùm negligens.

CAPVT XXII.

De Episcopo Adrianopoleos Basilio sive Barlaam.

CÆterùm decori cultûs studiosus equis A
nrebatur, interdum & armis. in quo etiam ambitiosè generositatem ostentare amabar, cominùs congrediens cum hostibus. Et hæc quidem jam tum Patruo vivente, parvipendens ejus utcunque contrarium, vel judicium, vel exemplum, palàm actitare cum cerneretur, impunè tulit; veniam juvenili levitati, gravis & gratiosi senis conciliante verecundiâ. Postea tamen, cum aliorum quoque impactorum ipsi criminum invidiosis accusationibus pre- B meretur, sene jam defuncto, citatus ad dicendam causam, multis diebus simulatâ insaniâ, & per eam securâ ignorantiâ molitionum quæ in ipsum struebantur, judicium eludere conatus nequidquam est, Synodo nihilominus depositionem ejus ritè decernente; quæ res illi simulationem excussit. Nam ille priùs scilicet impos mentis, nec aut sciens quid in se pararetur, aut quid ageret quidve pateretur, ut videri volebat, pensi habens, cepit repentè sapere: & Im- C peratorem adiens oravit, sineret se obsequi naturæ propriâ ipsius indole in rem bellicam trahenti; antoraret ergò sese aliquâ militari præfecturâ, quâ ipsi prædito, ut dudum optaverat, liceret lacessere manu hostes, & de ijs fusis cæsisque crebra statuere trophæa. Id quod Imperatori audienti gravem, & ad extremum supplicanti exitiosam suspicionem movit. Nam repentans Augustus hæc loquentem facilè quæ minabatur acturum: utique cui nec flos ætatis, nec ro- D bur lacertorum, nec, quod caput erat, usus jam aliquis auforum istiusmodi deesset; in eam ex suspicione fixam opinionem transijt: Timendum omninò, ne si ei quod vellet agendi liberum otium daretur, aut transfugiens ad hostes, aut in factionem aliquam Reipublicæ infensam sese addens, istum inquietum animum & gladiatorias vires ad Patriæ perniciem conferret, machinaretur- que & attentaret periculosè multa contra quietem publicam, constringendum præci- E pitis ingenij hominem putavit; & illo carceri mandando, prævertendum, ut ajebat, ne nostro damno perficeret, quod in hostium exitium sese dixisset meditari. Postea verò defungi semel cupiens ancipiti curâ in turo detinendi Ranm difficilis custodiæ, Tzyeandylæ cuidam, impigro & talibus obsequijs idoneo ministro mandavit: ut hunc simul cum Tzuilâ Bulgaro, & ipso transfugij suspecto, Nicæam abductum, ambos priusquam illic in Castrum conderet, oculis privaret. Id quod postea est factum.

Ἄλλως δὲ, φιλόκοσμος ὢν, ἵπποις
ἐχρῆτο, ἔστ' ὀπτὴ καὶ ὅπλοις, καὶ
περιφιλοτιμεῖτο ὁμοῦ τοῖς πολεμίοις χωρῶν. τοῦτ' ἄρα ἐζήτουν μὴν τῷ θείῳ ἐν καταγνώσει τοῦτο περὶ ἐμοῦ Συμεωνίσκου. ὕστερον δὲ καὶ ἄλλων περιβάντων αὐτῷ κατηγορημάτων, τῷ γέροντι μεταλλάξαντι, ἐναῖς εἰς κρίσιν καλοῦσιν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ἐπιλειπόντος, ὡς περιττὸν μηδὲν τῷ καθ' αὑτὸν εἰδέναι· πάλιν ὑφίσταται τὸν ἀπὸ τῆς Σωϊδοῦ καθαίρεσιν. καὶ δὴ μὴν ἡμέραις ὁ ὑπατὸς δύσε, ἔμφρων, καὶ ὁ μηδὲν αὐτὸν εἰδὼς ὅτι ποιοῖ καὶ ὅτι παίζοι, εἰς ὃν ὑπάτῳ λόγον ἤδεις, διετέτατο, καὶ Βασιλέα λιποσαρῆ ἤξιον, ἐφῆναί οἱ χρῆσθαι τῇ ἕξει καὶ στρατηγεῖν, ὡς οἴοιτ' ἂν ἡμῖν τοῖς ἐχθροῖς εἶναι, καὶ συχνὰ τὰ ὑπάτου ἰσχὺν ἔχοντα. Ὁ δ' ἀεὶ ὧν τῷ Βασιλεῖ ἀκέραιος, εἰς ὑποψίαν ὑπάτῳ κατέστη, εἶτα καὶ κίνδυνον. Συμεωνίας γὰρ ὁ Κρητῶν ὡς ὁ τοῦτο λέγων δυνατὸς ἐσοῦσθαι ἐς τοὐμφανές. ἦν γὰρ ἡλικίᾳ, καὶ τῷ σώματι ἰσχυρός, ἐς ἔτος ἢ ὧδε τοῦτο πέρα, τοῦ ἦν ἄρξαι τὴν ὑποψίαν ἐδήλουτό γ' ὑπὲρ μυρίους ἀνεστῶτας ἔχ γὰρ ἡμῶν μᾶλλον κατ' ὑπάτου, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν μετ' ὑπάτου τῷ δεσποτείᾳ καὶ μελετήσοι ἴσως καὶ ἀφαιρήσεσθαι, ἐν φυλακαῖς δεσμῶν κατασχὼν ἐτέρῳ, μὴ ἢ φθάσας φησὶ καὶ ἡμᾶς ὑπολάβοις, ἃ κεῖ τῶν ἐχθρῶν ἐπηρέατο. εἶτα τῆς ὧδε ὑπάτου φρενοῦς ἀπόδυσ γίλιον, προσαίρει τῷ Τζυκανδύλῃ ὑπηρέτῃ τε ὄντι τοῦς τὰ τοιαῦτα παραγόντι τοῦς Νίκαιαν ἀυτὸν τε καὶ Σιὼ αὐτῷ Βλάχῳ, καὶ αὐτὸν ὅτι ἐν ὑποψίᾳ τῷ δεσπότῃ, Τζυΐλαν, τοῦ τῷ εἰς Ὃ κάστρον εἰσαγαγεῖν, ἄμφω τυφλῶσαι τῶν ὀφθαλμῶν, ὃ δὴ καὶ λόγου μὴ ἔλαττον.

CA-

CAPVT XXIII.

Vt suffragijs Episcoporum in Patriarcham electus fuerit Iosephus.

Ὁ μὴν Βασιλεὺς Γερμανὸν ἀποκαθίδρυσεν, τὸν Πατριάρχην συναισθανόμενος τῆς Γερμανοῦ. ὡς μηδὲν εἰδὼς δῆθεν, νοῦν δ' ἔτερον ἔχων ὑπὲρ ἐν καρδίᾳ παρεκαβάλετο. οἷς γοῦν ἔστι ἐν ὑποψίαις τὰ τοιαῦτα, τοῦτοις ὑποπλαίοις λογιζομένοις, ἔνθεν μὲν τοῦτον, ἔνθεν δ' ἐκεῖνον οἱ πρὸς καρδίας ὑπατέγραφον λογισμοί. ὅσοι δὲ κατ' ἀγνοιαν τοῦ Κρατοῦντος τὸ κατευόχουν τῇ ἐνοικούσῃ, ἐκείνους ἐᾶς γ' μόνον ἐδόκει ὁ εἰς τὸν παρόντα ὑποπτεύων ὁ γ' ἡμῖν τῷ Βασιλεῖ. κοινοὶ γοῦν συμβουλεύομοι, καὶ Γαλησίῳ ἐψηφίζοντο, ἄνδρα πνευματικὸν τε ἐκ ἀγαθὸν, ἁπλοϊκὸν καὶ ἀνίδη εὖν ἔχοντα, φέροντα δὲ τινα ἐκ τῆς αὐλικῆς (ἐπεὶ γυναῖκα συζυγα, τὴν τῆς μακαρίτιδος δεσποίνης Εἰρήνης συνοικέτιδα Κλάρον, καὶ κατ' Ἀναγνώστας ὑπηρέτιν) γ' ἀλληγορίας ἕνεκα δόγματα. ἠγάπα δὲ ἐκ ὅ τῆς αἰς χάρας πεσόντων μεταδιδόναι τοῖς ἄλλοις, ὅσα καὶ ἀσφαλῶς ὑποφαίνεσθαι, ὡς ἄλλοι δὲ οἱ καθ' ὑμᾶς ὅ γλυκχάζεσθαι. ὅ δὲ ξένον, ὅτι καὶ τῇ μοναχικῇ πολιτείᾳ ἐνασκημένος ἐν Ψαλμῳδίαις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις, ἐν ὑδροποσίαις ὅτ' ἔδει, ἐν πραότητι γ' δικαιοσύνῃ, γ' ὑπὲρ χρεῶν, γ' ἁπλότητι, ἐ συνόντες ἀκαταγνώστῳ ἀφαγωγῇ, ὑ δὲ τῶν κατ' αὐθρωπον ἀρετῶν ἠμέλει. τῷ ἐ παρεσκευχὼν τινι καὶ παρασπένδεσθαι, καὶ τὰ φιλικὰ συλλαλῆσαι, καὶ μεθύσαι καὶ ἀφχεθῶσι παρὰ γέλωτα, ἅ που ἐλέχθη παρὰ ἰνὸς κατ' αὖσιν, ἢ καὶ ἐπαρέχθη εὐχαριτικὰ ὑπερβολὴν ἄρχοι δωμεμένοις, καὶ ζητῶν ὑπὲρ ἄλλων καὶ ἐβραῖς ξυπίζας αὐ ἀφοῦσις ὕπνος τι γ' ζημίαν εἶν πολλὰς ἐστὶν, καὶ μᾶλλον ὅσοις ὁ βίος ἄπορ καὶ ἀπάλαμνος γ' τῆς κατ' αὐτὸν ἀναδοχῆς ἔχρηζε. τῷ γοῦν πιστὸν καταδεξαμένῳ τὸν ψῆφον, ὁ Βασιλεὺς εἰς Πατριάρχην τοῦτον παρεβάλλετ), μιμοῖς Σωφρονίου καὶ εἰκοστῇ ὀγδόῃ τῆς δεκάτης ὑπερμήσεως τοῦ ς ϕ ὁ ἔτους, ἐκαθεμβαλὼν δὲ νομικὰς χλευσηθοὺς, εἰς Ἀχμείας πέμπειν. τὸν δὲ γε τὸν χλευσηνίαν, καὶ τινῶν τι γένεται.

HOc porrò tempore Imperator, amoto è Sede Germano, idoneum qui Patriarchali Throno imponeretur inquirebat unà eum Episcopis, egregiè dissimulans quid in votis haberet, nec ullâ significatione prodens, paratum sibi designatumque unum menti obversari, quem prælatum omnibus impensè cuperet. quotquot ergò Antistitum simplicioribus arcanus erat sensus Principis ignotus, ab ijs sanè, utpotè rem æstimantibus è superficie; & quam relinqueret ipsis integram evehendi quem mallent libertatem, verè se habere arbitrantibus, alius aliusque, pro cujusque animo, tacitis cogitationibus ad eum honorem designabatur. at perspicacioribus alijs, quos nō laterent Imperatoris intimi affectus, unus & solus ad istam præfecturam aptus scilicet videbatur, quem prærogativa gratiæ Principis tacitorumque in id votorum, commendaret. Consilio igitur inter se habito concordibus calculis Iosephum Galesij Præfectum elegerunt, virum spiritualem & bonum, simplicem naturâ, facilemque moribus, nonnihil in usu vitæ è palatinâ elegantiâ trahentem. Nam uxorem habens in familiâ Principis fœminæ vixerat, adscriptus olim Clero domestico Dominæ Irenes piæ memoriæ, ibi ministrans in ordine Lectorum: unde Liberalis fiduciæ, qualis esse in aulis educatorum solet, multa in ejus sermone ac convetsandi formâ vestigia extabant. Communicare quinetiam largiendo alijs ex ijs quæ manus incidentibus, quæcunq; securè ostenderentur, sic amabat, ut ferè alij, quos novimus, talia recondunt, & sibi avarè servant. His ejus moribus inopinatum admiscebatur quiddam: quòd videlicet homo ex animo amplecti præferens Sanctimoniam Monasticam in Psalmodijs, in Vigilijs, in Iejunijs frequenter, in potu abstemio, quando erat opus, in mansuetudine, in justitiâ, in benigno animo, & simplicitate, uno verbo in irreprehensibili conversatione; non tamen negligebat humanitatem consuetudinis urbanæ; frontem lætam exhibens occursibus, obvios complectens, blando sermone detinens, non renidens modò, sed & in risum se effundens, si quid facetè à quoquam fortè diceretur, aut lepidè fieret ad gratiam. Idem non ignorare artem insinuandi se ad Principes, ab bis pro alijs petendi, non refugere ad delicatas mensas, cū vinis varij gèneris & bellarijs, multos etiam vulgaris sortis adhibere, præsertim quibus ratio victûs in actō esset, nec per se habentibus, nec parare alinnde gnaris, ideoque indigentibus

tibus hoſpitali benignitate Amicorum. Iiunc talem juſto ſuffragiorum comprobatum numero ad Patriarcharum Imperator evexit, menſis Decembris die octavâ ſuprà vigeſimam, Indictionis decimæ, Anni 6775. mox Kalendis Ianuarijs Ordinationem idem Epiſcopalem ritè accepit; circa quam ceremoniam tale quiddam contigit.

CAPVT XXIV.

Vt poſthabito Heracleotâ Pinacâ, quòd is ordinatus fuiſſet à Germano, Mitylenenſis Gregorius Ioſephum ordinaverit.

PInacas Monachus qui ordinationem à Germano acceperat, Heracleæ Thraciæ Archiepiſcopus erat. & ei ut rali competebat ex antiquo jus eõſecrandi Conſtantinopolitani Patriarchæ, inde ductâ ratione priviſegij quòd Vrbs Byzantina primis Eccleſiæ temporibus Sedi Heracleenſi fuiſſet ſubdita. Nolebat autem Ioſephus impoſitionem manuum ab iſto accipere. Hujus expediendi nodi rationem opportunam excogitavit Imperator. Pinacam videlicet in ædes Imperatorias accitum Palatinis ſacris præfecit, Miſſæ illic ſacrificium ſolemni ritu peracturum, quem ille honorem quæſtu ingenti conjunctum, propter diriſſima ſtipendia ejuſmodi fungenti officio decreta, dum libenter accipiens ibi celebrat, Mitylenenſis Gregorius, adversùs cujus ordinationem, utpote antiquam, nulla erat exceptio, eligitur ad ordinandum Patriarcham. Torum porrò reliquum Ianuarium menſem Imperator, cui nihil erat magis optatum quàm ſolutionem anarhemaris, cui ſubjacebat, ritè ac modo nulli calumniæ obnoxio conſequi, conceſſit novo Patriarchæ, ut per otium cum cæteris Epiſcopis conſideraret, quânam illa poſſet ratione oprimâ confici. Interim, quod ad ſe attinetet, nullâ die omittens, ſtudioſiſſimè cuncta exequi, quæ vel neceſſaria, vel opportuna, præparando negotio ſuggeteret Patriarcha. cujus preces omnes ac ſigna voluntaris promptiſſimâ quidvis largiēdi facilitate ſtarim explebat. adeò libenter illum, quidquid ad ſe referret, audiens, continuòque indulgens, ut etiam miſſis quoquoverſum edictis, per omnes Imperij terras ſanxerit, ut literæ Patriarchæ perſcriptæque voluntates quocunque miſſæ, à cunctis locorum Magiſtratibus ſic exciperentur, & executioni mandarentur, tanquam ſi quæ ijs indicabantur, qualiacunque forent, ipſe Imperator juſſiſſet; minis etiam pœnarum gravium adſcriptis in eos qui ſecùs feciſſent. Aperuit quinetiam cuſtodias publicas, & multos illic detentorum vinculis ſolvit; damnatis quoque gratiam indulſit ſupplicij decreti, exules revocavit, & quibus erat iratus condonavit offenſas, intercedente Patriarchâ.

Ὁ γὰρ Πινακᾶς Μοναχὸς ὢν ἀπὸ Γερμανοῦ τοῦ χειροτονίαν δεξάμενος, Ἡρακλείας τῆς ἐν Θρᾴκῃ μὲν Ἀρχιεπίσκοπος ἦν, ᾧ δὴ καὶ τοιοῦτόν ἐστιν ἐκ παλαιᾶς διηρημένῳ ἐκ Βυζαντίου, εἰς ἀνάπαυσιν πολιτῶν ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους, τὴν Παπιαρχίαν χλευαζόντων· ἀπεκρούσατο μὲν οὖν τοῦ ἀπ' ἐκείνης χλευάζειν ὁ Ἰωσήφ. ὁ δὲ Κρατῶν σοφόν τι ποιῶν ἐκείνῳ πόπτε τοιαῦτα) τοὺς τὰ ἀνάκτορα, ἐν τῷ κατ' ἐκεῖνο ναῷ λειτουργήσοντα, καὶ δὴ ἐκεῖνον μὲν ὑπὸ πολλῷ μισθῷ τοῦ λειτουργίαν ἐπιτελεῖν, ὁ δὲ γε Μιτυληναῖος Γρηγόριος ἐκ παλαιᾶ φέρων τοῦ χειροτονίαν, χειροτονεῖν τὸν Βασιλέα). ὅλου γοῦν τοῦ μηνὸς ἐκείνου ὁ Βασιλεὺς, ἅτε δὴ καὶ ἐκείνῳ τῆς τοῦ Ἀφορισμοῦ λύσεως ἀρξάμενος, ἐδίδου τῷ Παπιδρόχῃ ἡμέραν σὺν τοῖς Ἀρχιερεῦσι σκέψεως, πῶς ἂν καὶ καθ' ἕτερον μὴ πάθοι, παραλαμβάνων αὐτὸς ἑκάστης δὴ τοῦ παντὸς ἐπιπλοκῆς ῥᾳδίως καὶ ὅσον ὁ Παπιαρχης ἐκεῖνος ἠξίου, εὕρετο ποιῶν τὰ τῆς λύσεως. ἐς τοσοῦτον γὰρ ἤδειν αὐτοῦ λόγου ἦκεν, ὥστε δὴ ὁρισμοῦ πεμπομένου ἑκασταχοῦ τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας, παρεσκεύαζον, αὐτὰς δὲ πὰς τοῦ Ῥαδιδρόχῃ γλαφυρὰς αὐτοῦ παρεσταγμάτων ἰδίων δεχεσθαι σὺν ἐπιζήσας, παρεσκευασμένων καὶ κολάσεων τοῖς μὴ καὶ τὰ ὑπεστραγμένα, ὑπὲρ ὅσου αὖ ἐν γεάφοι, πελέσουσιν. ἰωὺξε μὴν καὶ φυλακὰς, καὶ πολλοὺς τοῦ ἐγκεκλεισμένων ἐξεῖλετο τοῦ δεσμοῦ, καταδίκας συμπαθείας ἠξίωσεν, ἐξωρισμένους ἀνεκαλέσατο, καὶ οἷς ἀπεχθῶς εἶχε καλῶς ἐξιλεώσατο, τοῦ Παπιαρχᾶ μεσιτεύοντος.

CA-

CAPVT XXV.

Vt solutus Anathemate Imperator fuerit à Ioſepho.

Ἐπέστη γοῦν ἡ μὲν Λευταλὼν δεύτερα, καθ' ἣν καὶ ἡ Ἐκκλησία ἄγει τὴν τῶν Ὑπαπαντῶν ἑορτήν· καὶ ὁ Πατριάρχης Σωσάμα πάσῃ Ἀγχιρίδῃ ὑπὸ πολλῷ τῷ τῶν λαμπάδων φωτὶ καὶ ὕμνοις τὴν ἑορτὴν ἐπέτρυνεν, ἔπι δὲ καὶ τὰς ὑπὲρ Βασιλέως τοῦ Θεοῦ ἱκετείας, ὡς ἔθος καὶ τοῖς φιλοτίμοις παννύχοις, τὴν ἱερὰν λειτουργίαν ἐπετέλει. καὶ ἤδη ὡς λύσεως πάσης, τοῦ Βασιλέως ἐν βασιλικῇ ἐσθῆτι δορυφορίας Σωσάμα Συγκλήτῳ πάσῃ καὶ πολιτείᾳ, τοῖς Ἁγίοις παρεκέλευε χωρίοις, τοῦ Ἀρχιερέως ἔνδον τοῦ βήματος ἑστῶτος. ἀποθέμενος οὖν τὸν ὄγκον τῆς κεφαλῆς καλύπτρας, ἀκαλύφῳ τῇ κεφαλῇ παρίστατο Θεῷ, καὶ ποσὶ παρεπιπτόντως τοῦ Πατριάρχου, καὶ μὴ ὅπη θέμις τοῖς παρθένοις, τὸν συγχώρησιν ἐξαιτῶν, ὁμολογῶν μεγαλοφώνως τὸ πλημμέλημα. καὶ δὴ ἐπ' ἐξόχως καιρίᾳ τοῦ Βασιλέως, ὁ Πατριάρχης χάρτην ἔχων, ὥπερ ἡ συγχώρησις ἐνεγέγραπτο, διέξιων καὶ φράζων τὸ πλημμέλημα λέγων τὸ ὑπὸ τῷ τοῦ Βασιλέως παιδὶ, δηλαδὴ Γωάννῃ, Σωσυχώρησον ἐμοὶ τῷ σώματι, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἄλλος, καὶ μετ' ἄλλον ἕτερος, καθεξῆς οἱ πάντες, ᾧ ἐφ' ἑκάστῳ παρεπιπτόντως καὶ τοῦ συγχώρησον ἀποδιδόντες, ὀκτὼ καθ' ἕνα χάρτου ἔχοντες ἀνὰ χεῖρας, αὐτὸν τῷ Πατριάρχῃ συσυχώρησον ζητοῦντες, πολλῶν χειμάρρων δακρύων, ἐμπλησθέντος τοῦ ἐν Συγκλήτου τοῦ ἐλεεινοῦ. καὶ πλοῦς ἀπαὶς, ἐξῆλθε ἱερὸν μεταλαχών, ἐς οἶκον παρασκευασθέντα καὶ Σωσαξάμου, ἐχέφρων τὰ ἀνάκτορα. ἐπέταξε δὲ καὶ τῷ ἐγκλεισμῷ τοῦ Νικηφόρου τῆς Δακιβύζης φρουρῷ Γωάννῃ, ὡς προφὴς οἰκονομίαν καὶ ἐνδυμάτων, τὰ ἱκανὰ, πολυωρῶν ἐκάστου συχνάκις, ἐς τὰς ἀναγκαίας καθ' ἑκάστην χρείας φιλοφρονούμενος. ἐντεῦθεν ἐς τὸν διεξαγωγὴν τῆς κοινῆς σπουδῆς ἐξέπεσε.

A

B

C

D

ADfuit tandem decreta Imperatoris absolutioni dies, secunda mensis Februarij, quâ Ecclesia celebrat festum Hypapantes: & Patriarcha cum omnibus Episcopis ad multam lampadum lucem hymnis decântandis solemnitati cõsentaneis; Imperatore quoque suas Deo preces supplicitèr offerente, splendidè, ut ritus & mos legitimus poscebat, nocte pervigilatâ, sacram Liturgiam celebravit. Quâ ut peracta tota est, Imperator qui eatenus ieorsùm steterat, stipante regio satellitio, unà cum universo Senatu, & Civium corpore, procedens admovit se sacris valvis, Episcopis intrà septum Altaris stantibus. Ibi ille abjecto capitis tegmine, nudo vertice, coràm Deo procidens, ad pedes ante omnia se abjicit Patriarchæ, & quàm ardentissimâ supplicatione veniam poscit, confitens magnâ voce scelus suum. tunc Patriarcha, humi sic prostrato Imperatore, chartam quam in manibus habebat, & in eâ scriptam formulam Absolutionis legens, & distinctè pronuncians facinus iniquum in filium Imperatoris, videlicet Ioannem, attentatum, illud Imperatori clarâ voce condonavit. Post hunc, eandem parirer formulam recitavit alius Episcopus, inde alius, & sic ordine universi legentes è scripto, coràm unoquoque ipsorum vicissim se prosternente Augusto, & veniam enixè postulante: cunctis, sicut Patriarcha fecerat, condonantibus: multis inter hæc lacrymantibus, præsertim è Senatu, ac Dei pacem exorantibus. Tandem surgens Princeps sacro impertitus epulo est, sub quod debitâ ritè adoratione perfunctus, salutato denique cœtu, in Palatium recessit. Decrevit autem incluso apud Nicetiatas in Arce Dacibyzæ Ioanni pensiones in victum vestitumque copiosas, solicitè deinceps eum curare: multis subinde, qui eum necessarijs largè suppeditandis consolarentur, & sibi carum esse verbis rebusque quàm officiosissimè testarentur, missitatis. Hinc jam solutiorem animum ad Reipublicæ procurationem studiosiùs vertit.

CA-

CAPVT XXVI.

De nuptiali fœdere inter Tarchaniotam Andronicum filium ſororis Imperatoris Marthæ, & filiam Ioannis in Occidente dominantis.

TVmêre deinde rursùs, & tumultum A minari Occidui tractûs res ceperunt, Deſpotâ Michaële mortuo. Is Principatum quidem ſuum legitimo tranſmiſit ſucceſſori Nicephoro filio. Fratri autem ejus notho Ioanni non parvam regionem propriam excepit, quâ is ſibi peculiari frueretur. Ac Nicephorus quidem contentus ſuâ ſorte, quietè agebat. Ioannes verò inquieti vir ingenij, æſtuans intra limites anguſtos, & erumpere geſtiens, fratris tamen ditione abſtinebat; noſtras ſibi finitimas incurſabat terras, agens ferenſque quidquid occurreret. Eâ injuriâ Imperator cognitâ, bello tamen adoriendum non puravit juvenem præfervidum, & novitate Principatûs projectum ad audendum quidvis; rutius arbitrarus, inſinuare ſe ipſi pacatis artibus, & affinitatis eum neceſſitudine conciliare ſibi. quare ferocem ejus animum legatione blandè ſupplici deliniens, hominem ad pacem invitavit nuptiali fœdere firmandam, filiâ, quam is habebat nubilem, cuidam ex Imperatoris conſanguineis jungendâ. Erat hic Ioannes indole ſtrenuus, mann promptus, ingenio præceps, & quocunque incumberet, vehemens. ad hæc uſu prædirus rei miliraris tanto, ur ne fratrem quidem ſuum tot ſucceſſibus bellicis clarum Deſpotam Ioannem turò cum eo committi poſſe Imperator duceret, metuens Martem communem ancipiteſque prælıorum caſus; nec ſaris fidens, ſi bellarent invicem, nunquam eventurum, ur aut vi apertâ ſuperarus, aut fraude circumventus Deſpota, præteritarum decora palmarum pudendâ clade corrumperet. Hæc pro ſuâ prudentiâ Imperator reputans, provido ſecuroque conſilio præoccupare ac devincire ſibi periculoſum adverſarium decrevit; & conſecutus quod optarat videbatur, filiâ Ioannis iſtius, de quâ dixi, ſplendido à ſe miſſo comitatu è paternâ domo Conſtantinopolim deductâ, collocandâ Tarchaniotæ Andronico Augnſti nepoti è ſorore Marthâ. quando generum pariter ſocerumque novis ampliſſimis Imperatoriæ Aulæ dignitatibus honeſtavit: Neporem quidem ſuum Magnum Conoſtaulum, Ioannem autem Sebaſtocratorem creans. In hunc modum pax cum Ioanne conſtituta: & quies ab hac quidem parte, ſecuritaſque non exigua firmata Romanis eſt exercitibus. Sed nec

Καὶ ἐπεὶ πάλιν ἀνοιδήσειν ὥρμουν τὰ δυτικὰ, τῷ Δεσπότῃ Μιχαὴλ δὲ ἀνδρῶπων γεγονότι, καὶ τὸν μὲν Νικηφόρον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ ἀρχῇ καθιδρῦσαι· τῷ δὲ νόθῳ Ἰωάννῃ χώραν οὐκ ὀλίγην ἀφορισμένου ἰδίαν. καὶ ὁ μὲν Νικηφόρος τὰ μάλιστα κατεῖχεν τὰ ἑαυτοῦ, ὁ δὲ Ἰωάννης καὶ ἐπὶ τὰ ἐκαμμένα πεδία ἐφέρετο. καὶ τῶν τοῦ ἀδελφοῦ ὁποχωμάτων, τῶν ὑμετέρων κρατούντων, σκυθρωπὸν προσεῖχε· πολέμιος μὲν οὖν ὁ Βασιλεὺς μετέπιπτε, οὐκ ἀδικαίως, ἀπρονόητόν τινα καὶ νέον ἀρχῆς ἀφάμενον, δι' εἰρήνης δ' ὑπελήφθη, ἐς χεῖρα δὲ οὐκ ἐπιόντα, πολλῷ κρείττων ἡγεῖτο τοῦ πολεμεῖν. ὅθεν καὶ πρεσβείας μὲν ὁ πανσοφὸς ἐπέστειλε μαλακὰς καὶ αὐθαδεῖς. ἐπεὶ δ' οὖν καὶ ἐρᾶσθαι γάμου ἔπρεσβυ θυγατρὸς, ἐβούλετο μᾶλλον κηδεύσασθαι τῷ Εἰρηνίῳ. διὰ γὰρ καὶ ἄλλως ὁ Ἰωάννης δραστήριος, ὡς καὶ τῇ τοῦ ὑπερθύμου παχύτητι, ζωῇ τε ἐπὶ πᾶς μάχας ζωηρὸς, καὶ λίαν αἱρετὸς ἐργάτης, καὶ εἰς δὲ τὸν Δεσπότην πολλάκις ἐπῆλθε, μή πως καὶ ὧν ὑπερθύμου ὠδύνησε, καὶ τῇ τῆς νίκης ἀδοξίᾳ τὸν βαλεῖν δυνηθείη. διὰ ταῦτα καὶ σπεύσας ὁ Βασιλεὺς, λίαν σοφὸς τι καὶ ἀσφαλῶς τὸν ἐπέρᾳ πειρασόμενον ἔδοσαν, καὶ τὴν θυγατέρα τῷ Ἰωάννῃ τῷ Ἀνδρονίκῳ, πέμψας καὶ ζωὴν οὐκ ὀλίγῃ πομπῇ ἀναγῶν, εἰς γάμους εἰδίδου, ὀνομάζων δὲ ἀξιωμάτων καὶ γαμβρὸν μέγαν Κονοσταῦλον, καὶ δὲ πενθερὸν Ἰωάννου Σεβαστοκράτορα. καὶ τῷ μὲν Ἰωάννῃ ἐσπένδετο διὰ ταῦτα, καὶ ἔστι τὸ μέρος ἐπέρᾳ ἀκμαιότατα καὶ τὰς μικρὰς ἔχων τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα. καὶ μὴν δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ὑποπεφρόντικε. ἀλλὰ πολὺς λύ, ἔνθεν μὲν ὑπὸ γαλάσσης τῷ ναυτικῷ χρώμενος· ἐνθεν δὲ καὶ γλῶ, Τριβαλλοῖς τε καὶ Ἰλλυριοῖς παρεσπέρχων. καὶ ὁ ναυτικὸς ὕλαγμὸς ἦν ὁ Φιλανθρωπηνὸς, Ῥωσοστράτης μὲν ἀξίας· τῶν δὲ μεγάλων Δουκῶν Ἀλεξίου ζώντος ἔστω, ὧν καὶ μὴ οἷός τε πολέμοις ἐναχολᾶσθαι ἐς μάχας, ὃ χῆρας ἐποίχων καὶ

ἡ

καὶ τὴν ἐπάνω τάξιν ἀναπληρῶν. καὶ ὁ μὲν Φιλανθρωπηνὸς ἐπεφέρετο τὰ ναυτικὰ, καὶ τὰς ὅλους ἐπεσκόπει. ὁ δ' ὑπ' ἐπάνω πολλοί τε ὄντες καὶ μέγιστοι εἰς λοχαγοὺς ἐκ ταγματάρχας, καὶ Κόμητας, καὶ Ναυάρχους ἐπάγοντο. ὁ δὲ στόλος πολὺς καὶ πολλαῖς ναυσὶν ἔξηρτύετο. τὰς μὲν γὰρ ναῦς ἄνδρες ἐπλήρουν νεανικοὶ, τὰς ὁρμὰς, ἐκ τὰς παρασκευὰς λαμπρότατοι, καὶ ἀνὰ πᾶν πλῆθος (ἐς αὐ ὁ Ῥωμαῖος δηλοῦν ἔστι) ἐκ Ῥωμαίων γυναικῶν γεγονότες τοῖς Ἰταλοῖς. ἄλλοι τε πλεῖστοι ἐκ τῶν Λακώνων, ἐς καὶ Τζάκωνας παραφθείροντες ἔλεγον, ἐς ἔκτε Μορέως καὶ τῆς δυσικῆς μερῶν, ἅμα μὲν πολλοὺς, ἅμα δὲ καὶ μαχίμους, ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἐς Κωνσταντινούπολιν μετῴκιζεν ὁ Κομνηνός. ἦσαν δ' αὐτοῖς καὶ ἐς ὑπηρεσίαν τάξιν ὁ παντοχόθεν συλλεγόντες, ἐς ἂν ἔστι ναῦν ἐς ὁ παρὸν ἐλάσῃ, ἐς παντοχῆ τῆς κατ' Αἰγιαλοὺς χωρῶν, καλοὺς τε καὶ πλείστους ἀπὶ πάσης ὁ Κομνηνὸς. ἐν ᾧ δὲ ὧδε ἀσφαλῶς κατῆχε τὴν πόλιν ἐκ Ῥωμαίους, ἐς ἀνὴρ ἔλεγε, μὴ ὃ πᾶν θαλασσοκρατοῦντας.

reliqua curare Imperator negligebat: hinc quidem in mari strenuè Classe rem gerens, inde in continente non segniùs terrestribus copijs Triballos Illyriosque observans, & admoto mali metu in officio cõtinens. Classi præerat Philanthropenus vir fortis, dignitate interim Protostrator, cæterùm Magni Ducis Lascaris ævo jam effœti, nec per ætatem ferè decrepitam ampliùs apti curis laboribusque bellicis, in illo maximi honoris titulo successionem expectans, intereaque locum ejus ac vices obiens. Ac Philanthropenus quidem suprema erat potestate cunctis navalibus copijs Præfectus: sub se autem habebat multos & maximos titulis Præfecturarum inferioribus insignes; Tribunos, ordinum Ductores, Comites, Navarchos. Classis quippe magna erat, ingenti constans numero navium plenarum flore pugnacis, & avidæ prædarum juventutis. Pars hujus ex Vrbe Gasinuli, quos Romanus *Digenes*, hoc est, duplici mixtos genere diceret, è Romanis mulieribus & viris Italis natos. Alij plerique ex Laconibus (bos vulgus corruptè *Tzaconas* vocat) quos uti ex Morea, sic alios ex Occidnis partibus, multos bellicosos: cum uxoribus & liberis Cõstantinopolim ad Vrbem frequentandam Imperator eranstulerat. Aderant bis abundè, qui servirent ministerijs nauticis undecunque coacti, quos *Proselentas* vulgò vocant, quasi diceres navium in anteriora propulsores, valentissimi remiges, quos è cunctâ circùm orâ maritimâ robustissimos & plurimos congregari curaverat Augustus; intelligeos, quod & dicere solebat: nunquam in Vrbe securos Romanos fore, nisi toro latè mari Classe invictâ dominarentur.

CAPVT XXVII.

Vt Romanis maximis Copijs Duce Despotâ Ioanne, crebrò in Occiduos tractus aversis, Orientales perierint.

Τῶν δὲ κατὰ τὴν Δεσπότης Ἰωάννης ἄξιν γνώμης, πολλῶν καὶ μεγάλων ἦρχεν ὑφ' αὐτῷ στρατιῶν. ὃ δὲ στρατιωτικὸν ἐκ ἀλλαχόθεν, ἐς ἀυτοὶ φᾶσιν αὖ ἐκ ἔστι τῶν παγκάτων κοινολογούμενοι, πλείοσις ξυνίσαντο. ὧν μὲν ὁ Παφλαγονικὸν πολύ τε καὶ μέγιστον, ὧν δ' ἐς Ἀλιζώνιον πλῆθον καὶ τὸ ἐς πόλεμον ἀγαθὸν, ἐς καὶ Μεσοθινίτας ὁ κοινὸς ἔστι λόγος. ἦσαν ἔνθεν μὲν Θρᾷκες, ἐκεῖθεν δὲ Φρύγες. ἔνθεν μὲν Μακεδόνες, ἐκεῖθεν δὲ Μυσοί, καὶ Κᾶρες ἄλλοι καὶ πολλοί, ὃ ἐκ Μακεδῶν καὶ γε ὁ Σκυθικὸν παρασύρων, ἐ ὁ ξενικὸν Ἰταλικὸν, πλεῖστον ἄλλο, ἐ ἁπλῶς φᾶναι ὃ ὅλον ἐκ ἀνυποστάτῳ δυνάμει συνακροῦτο, ἐς χαλᾷ ὁ Δεσπότης, φοβερὸς ὢν ὅπερ ὄντως ἦν, καὶ μᾶλλον τοῖς δυσικοῖς. παρὰ ὧν αἰτίαν ἐ τὰ

NAm terrâ in tuto res videbantur; Ioanne ibi Despotâ multis maximisque sub se Ducibus numerosis & bonas copias regente. Constabatur hic exercitus ex differentibus Corporibus, & velut Collegijs, Militum quæ Allagia solent appellare qui militarium vocabula Ordinum linguâ efferunt vulgari. unum erat Paphlagonicum, numerosum & maximum, aliud, cum & ipsum multitudine, tum vi & arte præstans bellicâ ex Halizonibus, quos Mesothinitas vulgare dicat Idioma. erant item hinc quidem Thraces, inde autem Phryges, illinc Macedones, isthinc Mysi, aliunde, Cares, & hi numerosi. tum qui ex Magedone venerant. Super bis Scythicæ Copiæ & exteræ Italicæ, plurimæque aliæ, ex quibus membris unum, verè dicam, valentissimum & ineluctabilis potentiæ coalescebat Corpus: cujus quasi animus Despota, dum

illud movet, & quocunque circumfert, terribilis ubique apparebat præsertim in Occiduis Tractibus, ubi frequentiùs militabat: quæ causa fuit cur limes Orientalis debilitaretur: Persis absentiâ Præsidiorum, ejus vexandi fiduciam sumeotibus, incursantibus ac latrocinio vastantibus miseras illas regiones, nullo planè prohibente. Itaque Mæander, domo, ut sic dicam, cedere coactus, planè desolatus est; non alijs solùm incolis plurimarum illarum amplissimarumque regionum, sed ipsis etiam inde passim migrantibus Monachis. Alia siquidem Palæstina terra illa undecunque Mæandro amni prætenta videri ac dici potuit: quippe non solùm læta pascuis & gregum armentorumq; opima genitrix altrixque; non solùm hominum quoque multorum & egregiorum ferax; sed præterea Monachorum, hoc est Cœli civium in terris peregrinantium, condendis & concursu lectissimorum conventuque frequentandis aptissima Colonijs; tantò in cæteris Palæstinâ superior, quantò in uno ei, eodemque maximo, sine controversiâ cedit, quòd hæc nimirùm vitâ & conversatione Domini mei & Dei Christi honorata præ cunctis fuerit. Talem ob causam Mæander, ut dixi, paulatim desertus & insolitudinem redactus est, recedentibus in interiora, qui priùs illic habitaverant propter incursiones barbararum gentium. Universum autem Iugum illud arcibus nuper conditis antea infessum, Abula quoque, & adsitæ Caystro regiones, & Magedon, & inclyta Caria, impunè hostium grassationibus conculcabantur. Mitro dicere Tracheâ & Stadia, Strobilum & sitas è regione Rhodi terras, quæ loca paulò antea Romanorum subjecta ditioni, exiguo tempore latronum receptacula, Barbarorumque stativa facta sunt. Obvertæ autem ex parte alterâ marinariones, ut nihil de medijs dicam; ac quantum in Maryandenis, io Mosynibus, in magnanimis Enetis, Gentium locorumq; censebatur, cuncta Romano subjecta Imperio; simulque his interiora usque ad amnem Sangarim, ita universa vastata destructaq; sunt, ut Maryandenum lugubris cantûs artificem adhibere debeat, qui hæc volet pro dignitate deplorare. Nam Copijs Romanis quæ multæ mirificæque erant, morantibus iu occiduo tractu; & ijs paucis quæ relictæ Orientalium præsidio fuerant, sensim absumptis; in tantum infestantis itinera latrocinij periculum increvit, ut ne Heracleam quidem usque Ponticam vià terrestri liceret ex Vrbe proficisci, finibus illinc Imperij Sangari circumscriptis, ulterioribusque planè cunctis in prædam non Mysorum, sed Persarum, condonatis. matitimæ tantùm arces retentæ utcunq; sunt circa Cromnam, & Amastrin, & Trum, & Heracleã, sola locorũ nomina servã-

A τῆς Ἀνατολῆς ἐκπεδήσεως, τῶν Περσῶν ὑπολαμβανόντων, καὶ ἀσβαλόντων τὰς χώρας ἀδεῶς πᾶσιν τοῖς κωλύσουσιν ἐρημίαν. ὅθεν καὶ Μαιανδρικὸν μὲν ἔξωκεῖτο, ὅτι ἀνδρῶν μόνον τῶν ἐν πλείοσι τὴ μείοσιν χώραις, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν μοναχῶν. ἀλλὰ τὸ Παλαιστινὸν ὁ χῶρος ὁ τῶν Μαιανδρικῶν λίαν, ὑποκυμάτων τε μόνων αὐξῆσαι ἀγαθὸς καὶ πόαν, ὑ δ' ἀνδρῶν φορὰ ἐνεγκεῖν ἀγαθός, ἀλλὰ καὶ Μοναχῶν Οὐρανοπολιτῶν ὑπηγείων αὐξῆσαι πλήθυας ἀρίστος. ὅθεν πολὺν ἐπ' ἄλλοις τὸ πανσεπτὸν φέρειν τοὺς Παλαιστίνους, παρόσον ἐστὶ καὶ μείζοσι ἡδέσθαι τοῖς ἀμφιβίοις ἐκδοσι θεοῦ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ. καὶ ὅπου μὲν κατ' ὀλίγους Μαιανδρικῶν ἐρημοῦτο, ἀσχμαλωτίσαντων ἐνδεπέρους τῶν ἐκδοσι ἀφ' οὗ τοῦ ἐθνους ὑπάρξεσι. ἅπας δὲ ζυγὸς ἑκατὸν τῶν Νεοκαίσαρι, Ἀβαλά τε καὶ Καυσσοὶ χῶραι, καὶ Μαγεδὼν, καὶ ὁ πρόπυλος Καρία πᾶσα, τοῖς ὀχθοῖς καταπεέχοντο. ἐκ λόγου Τραχεῖαι καὶ Σταδία, Στρόβιλόν τε καὶ τὰ ἀντίπεραν Ῥόδου, ἃ χθὲς καὶ πρώην ὑπὸ Ῥωμαίοις πλουτοῦσα, ἐχθρῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐγένοντο ἐρημητήρια. τὰ δὲ πρὸς θαλάσσῃ θαλάσσης φύλα, ἵνα μὴ τὰ μέσα λέγω, ὅσα τε ἐν Μαρυανδυνοῖς τε καὶ Μόσυσι, καὶ ὅσα ἐν τοῖς μεγαλόψυχοις Ἐνετοῖς ὅπα τῇ Ῥωμαίων ὑπακοῇ, ζυγὸν ὑπὸ καὶ ἐπὶ τὰ ἔνδον μέχρι Σαγγαρίου, ὅλα ποσσὸν ὠφάνισο, ὥστε καὶ Μαρυανδυνῶν θρηνητῆρος χρήζειν ἀξίως πάσῃ θρηνήσεως. τῶν γὰρ δυναμέων, πολλῶν τε καὶ θαυμαστῶν ὑπὸν συγκαπηγεβομβίων τοῖς δυσκοίοις, καὶ κατ' ὀλίγους δαπανωμένων, τοῖς κατ' Ἀνατολὴν ποσσὸν ὁ κίνδυνος ἐλείπη, ὥστε μηδ' εἰς ἀντλὸν Ἡρακλέαν τὸν τῆς Πόντου βαδίζειν εἴ) πεζῇ, οὐδ' ὁρμιεμβόλοις ἐκ πόλεως, τῶν ὀκέοις ἐρίων τῷ Σαγγάριος ἐκπλαταθέντων, καὶ τῶν πέραν πάντων λείαν γεγονότων, ὑ Μυσῶν, ἀλλὰ τὰ Περσῶν. μόνα δὲ τὰ πρὸς θαλάσσαν φρούρια καπελείφθησαν, τὰ ἐκ τε Κρώμνας καὶ Ἀμάστρεως, καὶ Τίου, καὶ Ἡρακλείας, τύπων ὀνόματα μόνα σώζοντα. ἃ δὲ εἰ μὴ τῇ θαλάσσῃ πρόσοχρόνως τε τοῦτο, τῶν χωρῶν καταχομένων τοῖς Πέρσαις, πάλαι ἂν τοῖς χώραις καὶ αὐτὰ ξυναπώλοντο. ἐν ᾧ δὲ ξυναπόλεσαν τῇ τούτων ἀπωλείᾳ, καὶ τῶν ἄλλων μέγιστον, ὡς αὐτὸς ὁ Βασιλεὺς ὕστερον ἔλεγεν, ὅτι μικρὸν πρὸς θανάτου πταῖσμα ἦν τόπον εἴρξαι ξὺν ὀλίγῳ καὶ τούτῳ φρουρῷ, καὶ τὰ πλεῖστα καταφθείρεσθαι ὑ τῶν πεπομφότων ἐκλεκτοὺς πρωτοστάτας χιλιοστύας τε καὶ φαλαγγίας,

καὶ

καὶ ἡ ὅτι τῷ λαμβάνειν σπουδὴ, ἡ δόσεως A
ζημίᾳ μέτρῳ καὶ κόρῳ, ἐν ᾗ ἐκάθιζον τοὺς
Ρωμαίους Κρατερὰ φιλοδοξία, μηδὲν ἐκφατάσ-
σεσθαι, ὡς ἐλάχιστόν τι ἀπώλετο, ὡς ὅτι μικροῖς
ἥδημμα, ὡς ὃ πᾶν ὅτι κεφαλαίοις ἴσασθαι, καὶ
ὃ ἀφαιρεῖν σπουδῆς ὀλίγης ἀναλαβεῖν, ἐν
τ' ἄλλα οἷς συνεχέσι πατίμοις μᾶλ τῷ φαν-
λοτάτῳ, ἀλμυρῖς δὲ τῇ ἀληθείᾳ, τὰς Βασι-
λικὰς ἀκοὰς ἐβιάσθησαν, καὶ χαίροντες τ
ἐν ἀβεμελησήτοις. ὃ δὲ τὰς ἐκκλησίας ἀπτό-
μενος καὶ τῶτο αὐτὸς ὁ Βασιλεὺς ὁμολογῶ, ὃ B
συρράξαι χάσμα τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ὃ πολ-
λὰ τῶν ἀνυποπτάκτων ἐμπεσεῖν τι καὶ σαν-
κοφόρων πλῆθος, ἐν ὁ πολὺς ἐκείνων φορυ-
τὸς τῶν ἐκ αὐτῶν κατηγορημάτων, καὶ ὁ περὶ
ταῦτα τῷ Βασιλέως ἀλλὰ, τλὺ δοτοσαῖον
ὑποπτεύοντος. ἡ ἦδ' ἰῶ ἐπαχάζῃ αὐτῶν,
ἀλλ' ἐσδυομένους τὰς τῶν ἀνθρώπων οὐσίας C
σφίσιν ἰῶν ὁπ περιχεῖρα ζωνύειν τὰ πολλὰ
κῦ Βασιλέως, ὡς τοῦ κληρονόμου ἀδικουμένου,
ὡς ἀγελάστῳ τῷ Θεοῦ τοῦ Ραχιφίλου· ἀλλ'
οὐχοι, ἀλλ' αἱ ζωνῦσαι, ἀλλὰ ὅ, καὶ ὃ,
εἷς ὁπλίσαι μὴ περιζέσθαι ἐχοῦν, πλέιστα τῶν
ἀκινήτων δοτολαμβάνοντας. ἐμὲ δὲ φασιν οἱ
φόβοι καὶ αἱ δηλίαι πλείστας, μὴ καὶ τὰ τῶν
ἀβουλήτων περιφυθείη. ἐξ ὧν ζωνίβαινον
ὑποψίαι, ἃς ἀνάγκη φυλαττόμενον δοτοκε-
πλέας καὶ ἡρεμεῖν, ὃ καὶ αὐτὸν πολυκρῦπτα, D
καὶ τὰ τῶν παρεγμάτων τοῖς τυχοῦσι
ὑπορέποντα. ταῦτ' ἔλεγε μὲν, ὕστερον ὁ Κρα-
τερὸς τοῖς Ἀλεξανδρείας Ἀθανασίοις, οἷς
αὐτὸς ἡμῖν ἀπήγγελεν, ὅτε ζωνὼν καίκαι
ὅτι τὰς ἐκστρατείας κῦ φόβους τῷ Βασι-
λεῖ, εἰσεφ. μὲν τὰς τῶν χωρῶν πέρας τῶν Σαν-
γαρέως ἐρημίους κατίκας ὑπὸ τῶν Γότθων ἐποι-
ῆσθαι τὸ Κρατεροῦ ἐρημίσεσιν. ἀλλὰ τοῦ-
τό μὲν καὶ ἡμεῖς κῦ πόθεν ἐφόβησαν πλανῶν.

tes: quæ nisi prompto maris ad auxilia op-
portunè accipienda commercio uterentur,
dudùm utique fortunam eandem Vrbium ac
locorum, quibus adjacent, experirentur,
cumque istis ditioni Persicæ adjectis Roma-
no Imperio perijssent. Quod autem in exi-
tium harum Provinciarum cooperatum vel
maximè est, hoc fuit, prout ipse serò agno-
scens confessus Imperator est, quando pau-
lò ante mortem ea loca cum exercitu non
modico perambulans, oculis omnia fideli-
bus subjecit; & clarè perspecta miseratus
plurimùm est, Præfectorum qui illuc mitte-
bantur tenacitas & avara parsimonia, cum
ardenti, immensâ, inexplebili undique
capiendi ac congerendi aviditate conjuncta.
quibus accedebat indidem nata circumven-
tio Principis mendacissimis decepti relatio-
nibus vaferrimorum hominum, qui privatis
suis rationibus pernicie publicâ non dubi-
tantes consulere, Imperatorem ab Expedi-
tione in eas partes, ut erat necessè, suscipi-
endâ, deprehendi si res coràm paterent, &
mulctari metuentes, avertebant, elevando
fallacissimè jacturas factas, & ut quæque ar-
ces aut Vrbes captæ à Persis erât, minimum
id quiddam & momenti nullius esse dicêdo:
Capita enim ipsa rerum & quasi claves limi-
tis adhuc teneri: minuta ista nunc ablata
quoties volemus exiguo conatu recuperâda.
Ejusmodi vanissimis commentis tum scripto
procul missis, tum voce coràm inculcatis,
lactatum Imperantis animum indormire ma-
lis facilè initio curabilibus cogebant; nihil
pensi habêtes, dum res agerent suas, insidiari
credulis Principum auribus, & eis infunde-
re, quasi plenis poculis, exitialia quidem
venena, sed arte assentandi sic illuta con-
ditaque, ut virus eorum non sentiretur.
Porrò istam, de quâ dixi, seram perditis re-
bus in ista loca expeditionem Imperatoris,
ipse fatebatur à se metu erumpentis jam in
apertam perniciem Ecclesiæ Schismatis sus-
ceptam. cum enim timeret ne tanta collu-
vies claustris egressorum excusso jugo disci-
plinæ, vagantiumque quoquoversum pan-
nosorum quorundam, & saccis cilicinis horrentium, insinuantium se obvijs, domuum inti-
ma penetrantium, cuncta implentium murmurationibus in Principem, passimque invidio-
sissimè eriminantium: ab illo Tutore circumscriptum oppressumque nefariè pupillum, ab
eodem avitam patriamque hereditatem Imperij legitimo successori & possessori Augusti
filio Interversam iniquissimè. His additam ejectionem in exilium deturbati de Throno Pa-
triarchæ: cunctaque ista perjurio perfidiaque cumulata, ab eo qui nullo jurisjurandi quo se
obstrinxisset, fœderum quæ sanxisset respectu, hæc & illa (plurima singillatim exaggera-
bant) attentasset. Atque his vulgò plausibilibus populariter buccinandis emungentium
pecuniâ credulam plebem, & largas corradentium prædas; quò minùs illos abstituros tam
utili privatim cepto erat verisimile: Cum, inquam, hæc intelligens Augustus formidaret,
ne tam vehementibus seditionum flabris apertæ rebellionis & belli civilis incendium, ægerri-
mè postea restinguendum, inflammaretur, ad necessariam præcautionem mali tanti, atque
ad explorandam inspectione præsenti eorum fidem, quibus non satis sibi perspectis Arces &
Provincias commiserat, istam se profectionem susceptisse, deinde declaravit ipsemet fami-
liari sermone Athanasio Alexandrino Patriarchæ, illius tum ipsi viæ comiti; confidenter
viro tali suas animi ægritudines, & non vanos metus suspicionesque aperiens, quas ille au-

diens non omittebat quâ poterat consolatione delinire. Porrò ex isto ipso nos hæc eadem Athanasio, audita tum sibi, postea referente cognovimus. Addebatque istâ occasione se oculis usurpasse miserrimum planè, ac meritissimò præsenti Imperatori deploratum statum regionum ultrà Sangarim, extremâ vastitate desolatarum. Verùm ista nos quoque fusiùs exequemur suo loco.

CAPVT XXVIII.

De Ecclesia Schismate, & Pantepoptenis Monachis.

HOc porrò tempore in quo enarrando versamur, minimè jam dubijs ijsdemq; magnis incremẽtis Schisma Ecclesiæ augescens quotidiè glisccbat: utique jam in domuum intima receptum funestis conjunctissimorum dissidijs. Fervere ibi jurgijs cuncta, patre cum filio, filiâ cum matre, nuru cum socru commissis, declaratis in partes contrarias, pertinacique contentione propugnatis judicijs & studijs. Valentissima erat Hyacinthi factio, ingenti promota numero vagotũ quorumdam & hinc, inde, rursùs illinc, huc, inquietissimè cursantium Monachorum. His intoleranda declamabatur Arsenij Patriarchæ injusta in exilium ejectio, omnibusque modis ejusdem procuranda restitutio pro unico videbatur proposita scopo. Exurgebant aliunde prodibantque, alia quædam vociferantes emendanda, famâ virtutis inclyti Sodales Galesij Cœnobij, necnon quorumdam aliorum: uti qui eâ tempestate in Monasterio, Pantepoptæ dicto, morabantur, à suo singuli avulsi grege & viritim consulentes, dux antorque sibi quisque. Commune his cunctis Iosephi recentis Patriarchæ planè cõmunionem aversari, nec cum ritè promotum agnoscere: tum quòd & ipse invasisset scilicet alienũ Thronum, supplantato indeque detruso Germano: tum ob inconstantiam quâ miserari antea solitus Arsenij fortunam, & eum restituẽdum Patriarchatui dicere; ex eoq; aversari communionem cum Germano, & alijs aversandam suadere, adeò jam contraria prioribus illis dictis actisque facta ostenderet, in partem se inferens agnitæ sibi quoque damnatæque palàm injuriæ, & locum insidens unde iniquè depulsum questus esset viventem adhuc Patriarcham legitimum. Verùm hoc cum esset illi commune cum alio crimen, alia erat peculiaris quæ illum vehementer gravabat invidia. Vt enim Germanus suprà injuriam exclusi Arsenij propriâ laborabat infamiâ mutatæ contra Canones Sedis, & Constantinopolitani ex Adrianopolitano transcensi Thronĩ: sic & offendebat in Iosepho probrum illi uni conveniens, idemq; latè diffamatum: quòd illum ajebant in excommunicationem incurrisse, sub cujus interminatione vetitum ei

Τότε δὲ καὶ τῆς ἐλευθερίας ὁ χάσμα τῆς Ἐκκλησίας ἠνοίγετο, ὡς καὶ κατ' οἰκείαν ἕξιν ὀντὼς διηρῆσθαι, καὶ ἄλλως μὲν πατέρα ἀφ' υἱοῦ, ἄλλως δ' υἱὸν, καὶ μητέρα, καὶ θυγατέρα, καὶ νύμφιον, καὶ πενθερὰν. Ἦσαν δὲ ταῖς καὶ ⓦ τοῦ Ὑάκινθον Μοναχοὶ, ἄστατοί τινες καὶ εἰς πόπους ὀπ τόπων πλανώμενοι, ὑφ' ᾧ τῷ Πατριάρχῃ ζηλωταὶ θορυβοῦντο. ἄλλοι δὲ γε καὶ εἰς ἀρτίως ἀφαβαβουμένοι ἔκπε τῷ Γαλεσίῳ καὶ ἑτέροις μενοῦν, οἷς οἱ τότε τῇ τοῦ Παντεπόπτης μονῇ παρακαθήμενοι, ἀποῤῥαγέντες τῆς πάλαι ἕκαστος τῆς ἰδίας, καθ' ἑαυτὸν διέζων, μὴ δ' ὅπως πωῦ ⓦ Ἰωσὴφ εἰς κοινωνίαν δεχόμενοι· τοῦτο μὲν ὡς ἐκ αὐτοῦ ὑπεβαίνοντος δίθεν τῷ Θρόνῳ, ὅτι τῷ περιόντι ⓦ Γερμανῷ· τοῦτο δὲ καὶ ὡς αὐτοῦ ὃ παρόν ὑφ' ᾧ τοῦ Πατριάρχου ζηλωτοῦντος, χ' τιὼ τοῦ Γερμανοῦ κοινωνίαν ἀποτρεπομένης, καὶ τοῖς ἄλλοις παραινοῦντος. ἔγκλημα δ' εἶχε καὶ ὧν ἴδιον ⓜ μᾶλλον ⓦ τοῦ παραλαβόντος. ὁπλοῦν μὲ γὰρ τῇ μαζαθίου παρεσκεύαστο, ὁ δ' Ἰωσὴφ τῷ ἀπὸ τοῦ Πατριάρχου ἀφορισμῷ, ὃν ἀφορίζῃ, ὅτι τῷ μὲν ⓦ Βασιλέα εἰς πολυμαχίαν ὑφίστασθαι δέχεσθαι. ⓐ δ' ὅτι τῆς τοῦ Παντεπόπτου μονῆς Μοναχοὶ χ' ἀπεθαῤῥέουν ἐκ παῤῥησιαστικῶν ⓜ ὅπαλλον, ἅμα ἐκ εἰς ὑπόνοιαν, ἅμα δὲ καὶ εἰς ἀφορισμὸν τῷ πατριάρχου ἐπέχοντες. ἐντεῦθεν γὰρ ἐκ μέγα τι ζωπυρίζοντο, ὅ, χ' λύαν ἄλυπα, χ' μᾶλλον ⓜ εἰς κρῖμα, ἐκ εἰς ὑπόπτους, ὑχ ὅπως ἀμετόχους, ἀλλὰ ἐκ τοῖς αὐτοῖς ἐνεχόμενοι ⓜ λύονται. πολλοῦ δὲ χ' τιὼ ὀν λοιπὸν ὑπόφορον παλαιότητα. ἅμα μὲ τῷ τῆς παρούσης σφῶν στερήσεως, ἅμα δὲ καὶ τῷ συζηλωτῶν ὀλιγίστους ὑφ' ᾧ τοῦ Πατριάρχου ⓦ Ἰωσὴφ, ὧν καὶ ὡς ὑστάτου μεταπεσόντος, ὅτι τῷ Πατριαρχικῷ Θρόνῳ ἥκιστα ἀφιζάνοντα. τότες δὲ πλείστου ποιούμενος, ἢ σπήλη, ἢ ποιῶν ὀκπόδων (ὀξέως γὰρ ἀκίδες χ' ψυχῶν ἀδυνήδητζε οἱ ἔλεγχοι) ἀποφοιτῶντος χρῆζει τῷ Βασιλεῖ,

καὶ

καὶ ἐσφδὴ ὃ πάθη σὺν ἐῶ. πῶ γὰρ ἄνδρας ἀμαλίκτους τὸν ἔνθεον; κολάζειν ἠξίουν. ἀναπηδᾷ πύνυ τὸ πρὸ τῶν τῷ Ἀκροπολίτῃ Γεωργίῳ ἐς λογοθέτας μεγάλῳ καὶ σοφῷ τὰ μάλιστα. πλὴν κατημελημένως τοῦ εἰς σωφδὸν ἔχοντι. καὶ δὴ ἔτι οἰκίας ἐπαγωγὸν χαλεπῶς ἠνίζετο, δείσαν, κρεμαννύσαν, μαστίζων· εἰ δέ γε κρείττους ὀκνοῖεν ἐς ἀπιμβῆ, τῷ δὲ ἀγορᾶς θραμβοῦντι ἀτίμως ἐπ' αἰσχραῖς καὶ πεπλασμέναις, ἀνδρας πολὺ ὄ Β ἐξιστορεπὲς ἔχοντας ὀν τῷ βίῳ, καὶ τῆς σφαλερᾶς καταστάσεως, ἧς ἐς μὴ ὃ πλεῖστος ὡς οἷόν τε μετελθὼν, ἐξορίαις ἐδίδου, εἰ καθαίρεσις τῆς γῆς καὶ τοῦ γένους ἐξαρισμένης. καὶ τοῦτο πρᾶττε, πολλοῖς ἐπίκλαστος τὸν σωφδὸν ὁ Ἰωσὴφ, ἐς τὴν τότων ἀδελφὸν ὁ παρελαβὼν ὃ κρείττων ἐφέρετο, ὡς μηδὲν μηδενὶ ἐνοχλοῦντας καθεστῶς καὶ λέγοντι. ᾧ δὴ ἐς ὁ Κομνηνὸς ἐς αὖθις ἐχρᾶτο, ἐς πατρὸς ἐνόμιζε, ἐς ἐς βυλὴν ἄν- C χε, καὶ ἐς πολλὰ ἐχρῆτο συλλήπτορι, καὶ ἥδιστα ἔσχε μεσιτεύοντα. ἐῶ γὰρ ὁ αὐθρωπος καὶ τῷ κόσμῳ ζωὴ ἔφθορε, καὶ δίνος ὑπελθὼν ἔσχυσε, καὶ πάσης ὅπη καιρὸς, καὶ ἡμῶν μαλάξας καὶ ἀγριάνας. ἔσχε δὲ ζωὴ τῇ γνώμῃ καὶ τῷ σώματος ἰσχυρὸς, ὡς πολλάκις τὸ μιλιὸς, ἢ καὶ τῆς ἑβδομάδος ἐνίοτε παρῆν πατρὸς Βασιλέα· τοῦτό μὲ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ. τοῦτο δὲ ἐ καλόμενος.

olim à Patriarchâ fuisset habere deinceps Imperatorem loco spiritualis filij; & illius confessiones, ut antea consueverat, in posterum accipere, quod facere tamen perrexisset. Atque hoc utroque nomine tum invasoris in veri Antistitis viventis locum, contra fas intrusi, tum excommunicati propter conscitam culpam, cujus prohibitioni fuerat anathematis ipso facto incurrendi denunciatio annexa, Pantepopreni præsertim Monachi libertimè audacissimeque omnium Iosephum exagitabant; alteram in primis criminationem vehementer exaggerantes, ejusque indigniratem argumentis è jure ac disciplinâ Ecclesiasticâ speciosè collectis demonstrantes; quòd non tantùm absolvere absolutionis incapacem, privatus ipse nominatim talis jurisdictionis potestate, attentasset: Sed præterquam expers autoritatis solvendi alterius, etiam ligatus ipse quoque, & contracti conscitique anathematis vinculo constrictus, istud ipsum præsumpsisset. In quo non oratione tantùm, loco utique vecti plausibili, ad persuadendum valebant, verùm etiam autoritate propter speciem Sanctimoniæ, personæque ac oris commendabilem reverentiamque vulgò gravitatem, persuadere semper quidvis idoneam, tum autem efficaciâ ineluctabili trahentem, quando, ut tunc usveniebat, eodem impellebant quò studia sponte plerorumque incurrebant, jam per se incredibiliter infensorum Iosepho, ut subsessori Arsenij, proque illo solo vero legitimoque, cujus oppressam innocentiam vindicare optabant, Patriarchâ momentaneâ conversione, velut temerario regulæ lapsu, repentè supposito subintrusoque Pseudoantistiti. Quæ Iosephus initia tumultûs animadvertens, & minimè contemnenda rectè censens, talem eorum sopiendorum rationem inijt, quæ multò vehementiorem in ipsum invidiæ flammam accenderet. cum enim adhibito in consilium dolore contumeliæ propriæ, cujus acerrimi sunt stimuli erga sibi rectè conscias mentes, omninò sibi faciendum statuisset, ut autores injuriæ quâ conflictabatur, aut de sententiâ deduceret, aut de medio tolleret; primo non succedente (quomodo enim homines capto communiter imperu irrevocabiliter ruentes, blandè ac tranquillè dedocendo placaret ac sisteret) potentiâ Imperatoris, pro gratiâ quâ apud illum præcipuâ valebat, ad alterum efficiendum vi sævâ incubuit. Demandavit autem negotium Georgio Acropolitæ inter Logothetas magno, & in primis erudito callidoque, sed conscientiæ parùm teneræ; minimumque pensi habere in rebus gerendis credito, quid fas & officium moneret. Ille igitur domos obiens Patriarchæ obtrectatores prehensos abducebat, vexans, cædens, proscindens, suspendens, flagellans; qui verò inter illos eminerent dignitate, probris dehonestans, ac per fora ignominiosè traducens, prætentis veræ, quam celabat, causæ odiosissimis ijsque confictis criminibus, intolerabili utique tyrannide viris ante conspicuis, & inoffenso cursu honoris eatenus in vitâ usis. quos etiam postquam tali acerbitate deformasset, exilio mulctabat, nihil sanctam reveritus professionem religiosorum, qui semel abdicato mundo, exules se terræ ad cœlestem ultrò conversationem transtulissent. Fructum consilij talis hunc Iosephus tulit, ut multorum qui ei hactenus studuerant hâc violentiâ conscientias offenderet, abs seque alienaret voluntates. Apparuitque inde quantò saniori consilio decessor ejus Germanus in incommodo simili fuisset usus; contumeliam dissimulans, & nemini molestiam eo nomine facessens quòd in se quidvis aliter quàm vellet comperisset dictum. Ergò hic etiam post casum, & redactus in ordinem, existimatione gratiâque floruit, gratus ipsi Principi, Pater ab eo vocatus, in consilium adhibitus, procuratione demandatâ negotiorum honoratus, & libenter, ac effectu impetrationis sequente, auditus cum pro amicis intercederet. Erat enim homo innutritus mundo, multo

usu

usu vitæ civilis, insinuare se Principibus sciens, persuadereque quæ opus esset; tum eosdem placare, concitareque prout res poscerent. Accedebant his animi bonis & corporis robur palatinæ militiæ laboribus par. nec enim huic, ut multis alijs, obstabat valetudo, quominus sæpiùs in mense, interdum plùs semel in hebdomade, adiret Imperatorem, partim ultrò, partim accersitus.

CAPVT XXIX.

Vt missus in Pannoniam cum Magno Duce Lascari Expatriarcha Germanus inde Sponsam Imperatoris filio duxerint: utque novi Sponsi coronati sint.

QVoniam verò jam in virum adoleverat filius Imperatoris Andronicus, quem is ut primogenitum sibi Principatûs successorē destinabat: eiq; propterea idoneam jam nunc cōjugem expediebat jungere: circumspiciebat Augustus ubi ad id, aptam inveniret. Ac ne talem in Italiâ quæreret prohibebat præsēs ibi status rerum. Regnabat in Apuliâ, hoc est in parte Italiæ Orientali obversâ Imperio, Carolus, palàm & irrevocabiliter Constantinopolitanis infensus, ob ereptam Latinis Vrbem, ejectumque inde Balduinum, quicum ipsi affinitatis arcta necessitudo intercedebat, Liberis amborum connubio fœderatis. quare manifestum erat Legatis Romanis, si fortè in ulteriorem mitterentur Italiam, filiæ cuiusdam illic imperitantium Augusti filio poscendæ, per irreconciliabiliter infestos Romano nomini terrarum mariumque tractus, iter, ut necessarium, ita minimè tutum fore. Iam enim Manfredo æmulo perculso abjectoq; victor Carolus, frater Regis Franciæ ex Conto sive Comite, qualis priùs vocabatur, regium magnificè nomen assumpserat; amplâ eâ mercede ab Ecclesiâ remuneratus ob navatam ei fidelem & felicem operam in Manfredi defectione ulciscendâ, ipsoque rebelli profligando. Hæc reputans Imperator animum & spes vertit in Pannoniam eoque Legatos decrevit mittere. Rex ibi dominabatur partem Romani generis ex matre trahens scnioris Lascaris filiâ. Huic enim apud nos Imperantis tres tantummodò filiæ fuerunt, quarum una Regi nupta Pannoniæ, ipsius Filij nunc regnantis genitrix extitit. altera Ioanni viro Imperium à socero transmissum secum attulit; Tertia denique Eudoeia Magno apud Vrbem Domino elocata est. Exprimâ ortus qui nunc regnabat in Pannoniâ, Filius & heres Regis Patris, uxorem è Comanis captivam olim, sed insignis, ut aiunt, formæ meritò è servitute in Regnum evectam habuit: ex eaque genuit filiam, quam ut Romano Lascaricæ gentis prænobilem sanguine, dignam Im-

A

B

C

D

Ἐπεὶ δὲ ἡμὶ ὁ υἱὸς τῷ Βασιλεῖ ἐνήλικος, Ἀνδρόνικος, ὃν ἐκ τῆς Βασιλείας ἐξέδοχο ὡς ἡμὶ τὴν ἄλλων πρόγονο πρωτόγονον, καὶ ἔδει συναρμόσαι αὐτὸν τῇ πρεπούσῃ συζύγῳ, ὃ μὴ πρὸς οὖν Ἰταλούς προσβλέπειν δόδος ἐκ ἔχε, τῇ Καρόλῳ μεταξὺ καιρῶν καὶ τὴν Ῥώμαν, ὃν ἡμὶ ἐχθρὸν ἀκήρυκτον αὐτῷ ἡμὶ Ῥωμαίων ἐνίωσας ἀφ᾽ τὴν πολιν, ἐ ὃ μὴ τῷ Βαλδουΐνῳ ὅθεν πῆς παρὸν αὐτῷ κῦρο. ἔδει γὸ Μαφρὲ καβαλύσας, ἐμεγαλώνετο Ῥῆξ, ὁ πρόγονο Κόντο, ὡς τῷ Ῥηγὸς Φραγγίας ἀνεψιάδελφο τῷ γαρ, ἡμὶ συμπεφυκόμενο μισθὸς ὧν ἀφ᾽ τῆς Ἐκκλησίας τῆς ὅλη τῷ Μαφρὲ ὑποσκῆψαι ὁρμῆς, ἐ ὑφ᾽ οἷς πλέο νικῶν. ἐπεὶ τοῦτα ἔγνω πρὸς Ῥωμαίους τὴν πρεσβείαν στεῖλαι. ὁ γὸ Ῥῆξ ἐκείνων υἱὸς ὧν Ῥωμυλῆς ἐκ μητρὸς τῷ Ῥηγὶ γνησίας, τῆς τῷ παλαιοῦ Λασκαρι ζυγάρες. τρεῖς γὸ ἐκείνῳ βασιλεύσαι τὴν ἀκαδὲ ζυγατέρες ἦσαν, αὕτη μία, ἡμὶ θυμασὴ Εἰρήνη ὀνόμασε, ὧν ὁ Ἰωάννης ἔχων ἐβασίλευσε, ἐ πεὶ θεῖον ἀφαδεξάμενο, ἡμὶ ξύτη ἡ τῷ μεγάλῳ Κυρίῳ καὶ τὴν πόλιν ἐκδοθεῖσα Εὐδοκία. ἐξ ἐκείνης γοῦν τῆς πρώτης ἡ τῆς Ραγουΐας Ῥῆξ τῷ Ῥηγὶ καὶ παντὶ γνησίως γυναῖκα πάνυ ὡραίαν ἐκ Κομανίων ἐ αἰχμάλωτον, ὡς λέγουσι, ἔσπε ἀφ᾽ ὃ κάλλο ἐθαυμάσθη, ζυγατέρα γνησίαν, τωὐτὸν ὡς ἀληθῶ ἐ ὀνόματι Λασκαρίναν καταγομένην, ἐβούλετο τῷ υἱῷ, ἐ δὴ εἰς πρεσβείαν ἐκλέξασθαι τοῦτον, ὃν ὑπὸ Πατριάρχων τῶν Γερμανὸν, ἐ ὃν μέγαν Δοῦκα Λάσκαριν, ἐξωρο ἤδη ὄντα, ἀφ᾽ ὃ πρὸς ἐκεῖνο αὐτοῦ ἀνεψιὸς. τῷ γὸ πάππου τόπον τῷ Ῥηγὶ ἐπλήρει, ὢν καὶ ἀδελφὸς τῷ Λάσκαρι Βασιλέως. οἱ δὴ καὶ ἀπελθόντες πεζῇ, τὰ τῆς πρεσβείας ἐπλήρουν, ἐ τὸν τῷ Ῥηγὸς ζυγατέρα τῷ υἱῷ τῷ

Ba-

Βασιλέως ἐ Βασιλεῖ, νύμφιον φέρειν, ἢ δὲ
καὶ Ἄνναν ἔτομα τίθεσι ὁ Κρατυλῖ, ἐ ἀδε-
φανεῖς οὖν χαίμας πολὲ ἀυτῇ τε καὶ τῷ υἱῷ
δὴ τῷ βεῖ ἐ μεγάλου παιδίας τῆς τῦ Θεοῦ
Λόγυ Σοφίας, τῦ Πατριάρχυ Γ'ωσὴφ ἀλλο-
γήσαι. καὶ αὖθις τῦ ὑπατ ἔτυς μιὼς
Μαιϊχιῶν ὑγδόῃ Βασιλικὸς ἀυτὸς ζωὴ τῷ
πατριαρχεῖτι ὁ Βαβαλὲς καὶ πατὴρ ζωῆς, καὶ
οἱ ὡς Βασιλεῖ τὰ τῆς θεραπείας παρὰ ὃ με-
γαλοδώρ δοτοπάθη. πάλιν ἓ τότῳ καὶ πρία
τῷ ὀφφικίων ἰδίως ὡς ἀναγκαῖα, καὶ ἐν μὲν
Λιβαδίᾳ, Πηγαίγλων δοτοκαθίσαι· ἐν δὲ
Βρυέννῳ δὴ τὴς πραπίζης πμᾷ, ἐ ἔξ-
ζεν ἐν Χριστῦ πόλεως Τζαμπλάκωνα
Τατᾶν τῆς αὐλῆς ἀυτῦ ἐγκαθίσαι. ἀπέπεμ-
μδήσι τότῳ καὶ βακτηρία βασιλικὴ χρυσῆ ὑπό-
ξυλο, ἐς ὃ κρατεῖν ταύτλω δὴ τῷ θείων ὕμ-
νων, ὡς ἔθο. ζωὴ τῷ παῖδι (ἐ ἐπεχάχθη ἐ
τόδε, ἄπαξ ἢ καὶ δὶς ἐν), ἢ καὶ πλέον, ἡμῖν
ἰδίοις) Κρατῆται. ὕστερα δόξαν τῷ Βασιλεῖ,
μίαν μὲν εἶ τλὺ ἀρχλύ, βακτηρία δὲ τῆς ἀρ-
χῆς σύμβολον, χρῆναι δὲ καὶ ταύτλω μίαν εἶ-
ναι τὰ ταῦτα, ἠθέτησε τῦτο. ἐδόθη δὲ καὶ παρα-
σῆσαι καὶ ὑπογράφειν βασιλικὸς, πλὴν ἐ
μιλιολογεῖν ὡς ἔθο τοῖς βασιλεῦσι, ἀλλὰ
χρῆσθαι δ' ἐρυθρᾷ σικείᾳ χλαί, Ἀνδρόνικο
Χριστῦ χάριτι Βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃ μὲν
Πατὴρ οἱ ὅρκοι ἐ Βασιλέα μὲν τ ἀρθόδοξον
καὶ τλὺ Ἐκκλησίαν ἀσφάλειαν ἀσφαλῆ ὡς μὴ
ἐπιβυλεύσι, ἀλλ' ὑπατεύσοντα, ἐ λαὸν ἀσ-
φαλῶς παρέξαν. ἐφ' οἷς ὃ τῦ λαῦ παρὰ
ἀυτῶν ὅρκοι, καὶ οἱ τῆς Ἐκκλησίας ἐγένοντο.
ἐπιγράφουσι δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, ὑπ' ἀφο-
ρισμῶν ποιησάντες, ὃ, ὃς καὶ ἐπαναγαίη τῷ
Βασιλῆ. ἔχε γὰρ ὡς ὑπόψιον ἐν ἀδελφὸς
ἄτι, καὶ μᾶλλο. ὃ Δεσπότλω Γ'ωάννλω,
πολὺ ὃ θερμὸν παρ' ἐκείνῳ ἐλέσθαι ὡς μά-
χας, καὶ τλὺ παρὰ ἐκλύ πολλὰ ἁπάντων
ἀξιῶ ὃ ἐκρεπτικὸν καὶ παρὰ τὰς δόσις παρ-
χίᾳ τοῖς αὐτῦσι, ἀγαθοῖλαν. ἴδεν γὰρ
ὅτω δυδοῖ τὰς ψυχὰς τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἡ
μὴ χαίρει ὑποῖα. καὶ ὠφέλειο ὃ ἐκρεπτικὸν
τῷ ἀρχόντων, ἐκείνοις ἐκείνως ἀλαλά-
ζοντα πύμπασι, ἃ κτίσιν ἔχυσιν ἐν τῷ μᾶλ-
λον εἶ) κρινᾶ, ὅτω καὶ λόγο παρ' ἀρχύσι
ἀπαιτεῖ, κρείττω ὃν ὃ δυνάμω ὃ
πιεῖν παρῆξιν ἔχει ὃ λόγο ἢ λέγοντος μόνο
ἢ ἄρχοντα φιλόθεος. καὶ μαρτύριον ἀφιλόθεος,
αἱ ὠφελοῦσαι ζοπάσαι, καὶ τῷ βίῳ τῷ εὐσεβείᾳ
χρήσιμοι. αἱ δὲ σκολαὶ τὸ ὠφελοῦν
παρέχον). εἰ δέ τινας μακρολόγους ἢ ὃ χει-

rator duxit quam filio, & designato successori desponderet suo. Legatos igitur ad illam postulandam illuc destinans, idoneos ad tale negotium putavit, Expatriarcham Germanum, simulque Magnum Ducem Lascarim, emeritæ jam licet ac parùm aptæ gerendis rebus ætatis virum: sed illum eximiè ad hanc quidem tractationem commendavit nomen & consanguinitas, quæ in Regem Virginis poscendæ Patrem autoritatem ei quasi Avi tribuebat; utpotè Germano Augusti Lascaris Genitoris ejus Matris. A
Hi terrestri itinere quò destinabantur perlati, negotio è sententiâ confecto, brevi reduces filiam memorati Regis Sponsam adducunt filio Imperatoris; jam & ipsi Impetij Participi. Virgini Augustus Senior Annæ nomen imposuit. tum illustri pompâ & magnificentiâ præcipuâ nuptias ejus cum suo filio celebravit apud magnum Templum Sanctæ Divini Verbi Sapientiæ, benè precante novis Sponsis Iosepho Patriarchâ. Anno inde secuto, die octavâ mensis Novembris, regiè ambos ipse Pater, præ- B
sente ac Sacris operante Patriarchâ, coronavit; de incepsque Andronico, ut jam Imperatori, familiam & ministerium auxit in modum supremæ dignitati convenientem, tres præficiens Palatinis Augustæ Majestati necessarijs officijs. nam Libadarium Imperatoris novi Pincernam constituit, Bryennium autem honoravit Præfecturâ mensæ Regiæ: tertium denique ex Christopoli Tzamplaconem Tatam Aulæ ipsius declaravit. Paratus Augusto Iuniori quoque est baculus Regius auro exteriùs obductus, intimè ligneus, quem teneret de more cum Patre, C
quoties divinis hymnis interesset. Idque factum est semel, iterùm, aut etiam sæpius, nobis videntibus. Aliud postea visum Augusto Seniori. Nam cum reputaret, unum esse Principatum, utcunq; communicatum Principibus duobus, Sceptrum Imperij symbolum unum tantùm ostendi deinceps oportere censuit. Concessa etiam Andronico est facultas edicta condendi, suscribendiq; Charis regijs, ut Imperatores solent, exceptâ tamen appositione mensis, quam sibi reservatam uni voluit senior Augustus: ita ut Filio in Imperio Collegæ liceret solùm extèsè ac citrà compendiũ scribere rubricâ manu propriâ in hunc modũ, *Andronicus Christi gratia Imperator Romanorum*. Iuramenta deinde à novo Augusto, post cautionè scripto datam de suâ in Deum & Ecclesiam fide obsequioque, exacta sunt talia, quæ clarè pietatem & D
obedientiam ejus erga Patrem Augustum plenam inviolatamque præstarent: distinctè ipso, Deo teste, pollicente, se non insidiaturum, se in subjectione obnoxiâ perstiturum. Sub hæc à Populo & Ecclesiasticis juratum in Verba Novi Augusti. Decretum quoque

Pon-

Pontifices ritè pertulere, quo excommunicationi subijciebant eum qnisquis forer, qui in novum Imperatorem insurgeret. Id actũ est eurante seniore, Fratrum propriorum ambitionem suspectante: maximeque Despotæ Ioannis, quem ad quidvis sperandum magis videbat præsidijs instructum, fortitudinis bellicæ tor præliorum successibus spectatæ; studijque erga eum præcipui omnium, propter ejus benevolentissimam in donando, & quidquid à qnovis rogaretur prolixè gratificando, largitatem. Nam nihil sic animos mortalium hominibus subijcit nr beneficentia gratè ae liberaliter exercita; quam si Principibus abstuleris, invenias illos aliud nihil nisi tympana resonantia, qnæ eò plùs strepunt quò magis sunt vacua. Horum enim inani sono similia sunt promissa Principum effectu sequente destitura. Cum meliùs longè sit, eum qui potest, re ipsã dare, nihil dicendo, sed vice verborum opera exhibendo; quàm pollicentem quæ minimè deinde præstet, Principem mentiri. Hnjus rei manifestum exemplum videre est in herbis ntilibus vitæ humanæ, quæ juvant & non loquuntur, succosque salubres tacitæ ministrant suos; eò graviores quò simpliciùs, & ab ambitione disiunctiùs, prosunt. Quod si qnibus avarè sordidis dolet abjungere à se donando pecuniam, cujus à conspectu remotæ desiderium feliciter non ferunt: ij quæso dicant; quàm veram, & non imaginariam voluptatem nummorum ipsis sub oculis, & in manu positorum afferat præsentia? si gaudere quærunt, quod gaudium eò majus, quod vel præsens largiendo percipitur, vel certò inde securum sperator? Homines jam nunc beneficijs affecti, benefactores acclamationibus faustis laudibusque dulcissimis cumulãt: Deus autem etiam in futurum ingentia se repensurum beneficijs præmia confirmat. Sciant autem ejusmodi anguSti animi Principes, unum istum ipsis proprium & semper mansurum divitiarum constaturum fructum, gloriam quæ ex distributione ipsarum in eorum nomen redundat. Nam alioqui Ptolemæus, Alexander, & illc alins (nomen nunc non occurrit) qui utilitatem Principatûs solâ definiebat facultate benemcrẽdi de hominibus (Titus opinor is fuit) eas ipsas pecunias, qnibus largiendis immortale consecuti sunt decus, inconsumptas posteris moriendo transmiserunt: unum ex ipsis lucrati bonum inamissibile, Beneficiorum famam æternam: quâ Ioannes Despota latè elarus apud omnes, plùs ctiam qnàm Imperatores ipsi, prædicabatur. Hinc videlicet in suspiciones incurrebat regnantium; quibus illi soliciti acri curâ incumbebant ad detrahendũ de opibus ejus cæteràque gloriâ, quantum citrà declarati odij publicam professionem possent. Cum ergò principiò concessum ei fuisset non Bardareotas & Cortinarios solùm, ac Præfectos Cubiculi habere in ministerio domestico: sed & Admissionales, quos Hetæriarchos dicunt, & si quid his ampliùs in Regio ferè satellitio censetur, qnocunq; iret circumducere liberè permissum: deinceps ista eõtrahi sensim ac restringi cepta sunt, modò hoc, modò alio, ex illis privatũ excedentis modũ honoris insignibus ablatis; nunc ipso, quòd ita expedire sentiret invidiæ placandæ, sponte abdicante: Nunc

μάτων ἀσφαλῆ λυταῖς, δι' ἀξιόπιστον ἐπιδεικνύναι τὴν παρουσίαν, τί ἂν εἰς ἡδονὴν συμβάλλεσθαι; καὶ ὁ ἡδονὴν ζητῶν, πολλῷ κάλλιον τὴν τῶν ἐνεργούντων ἔχει, καὶ τὴν μέλλουσαν ἐλπίζει. ἁπάντων μὲν ἀφημοιώτατον ἀνεργέτου, θεοῦ δ' ἐπισχυριζόμενος τὸ μέλλον. ἴσασιν δ' ὅτι Πτολεμαῖός μὲ καὶ Ἀλεξάνδρος καὶ τῶν τὴν Βασιλείαν τῇ ἀνεργεσίᾳ ἐρίζοντες. ὁ γὰρ ἔχει λέγειν τοῦνομα. εἶναι δὲ, Τίτος ὡῦ, τῶν τὰ χρήματα δι' ὧν εὐπορῶν ἀπεκτήσαντο τὴν ἀθάνατον εὔκλειαν, ἡμῖν καὶ αὖθις ἀφῆκαν μηδὲν δαπανήσαντες. καὶ ὄντ' ἔστιν ἀδαπάνητος κτῆτος ἡ ἀποῖα, ὧν ἑκὼν ἔχων πάντας, καὶ ὑφ' Βασιλὶς ἑλκύζετο. τοῦτ' ἄρα καὶ ὑποπλούμενος, πολλὰ παρῃτεῖτο τὴν ὄψιν. τὴν γὰρ ἀρχὴν ἐνεχωρεῖτο τούτῳ, μὴ ὅτι Βαρδαρεώτας, καὶ Κορτιναρίους μόνον, καὶ οὓς δὴ τὸ κοιτῶν ἔχει, καὶ γε οὓς δὴ τῆς εἰσαγωγῆς, ὃς δὴ καὶ ἑταιρειάρχης λέγεται, ἀλλὰ ἢ καὶ πλέον τὴν τῆς βασιλικῆς θεραπείας ξυνεπιφέρεσθαι. ἀλλ' εἰς τὸ παρόδιον ἰών, ἡδονὴν, τὰ μὲ ἑκών, τὰ δ' ἄκλητα παρεισφρύηνος, καὶ γὰ δὲ τὸ πολὺ τῆς οἰκονομίας ἀφῆκεν. ὑποσὶ γὰ πᾶσιν ὁ ἀφηγητὴς, Μιτυλήνη λέγω, καὶ Ῥόδος, καὶ ἔτι γλῶ πλείστε καὶ μέγιστα ὧν εἰς ἀναίρεσιν παρῆσαν ἔχω. τότε δὲ καὶ τὴν δουλείαν ἐμφανῶν ἀφεὶς νεωστὶ βασιλεύοντα, ἔπρεπεν καὶ εἰς φιλοτιμίας λόγον χλαμύδα τῷ Βασιλεῖ ἐλαμβανε, μέγας ὢν, μεγάλης ἱματίου δὲ εἰς γόνυ μέλις ἀφικνεῖτο, καὶ ὁ ἥρως ἐκεῖνος ὅτι τὴν Ἀνακτόρων πολὺ πλείω τὰς παιδικὰς ἀμπεχόνας ἐπιγελᾶζετο, ἢ τοῖς ἰδίοις καὶ ἔτι πρόπον τῷ σωμάτῳ ἔχειν. ὅπως ἐκεῖνον ἐν τῇ ἔξω καὶ εἰς ἐποίᾳ, τὴν ἔνδον ἀλγθεσιν, δὲ ἃ ἐλογίζετο παρεισέφερεν. ὅσα δὲ αὐτὴν δὴ τὴν ἀληθείαν καλύπτειν, δὲ τὰ ἐξύλακα ἀφάσματα ἐπέβαλεπο, κἂ ἔγνων ὡς καὶ μετ' ὀλίγον ἐπιθήσεται. ὃ πανοῦν ἑαυτῷ παρεσῶν ἀλλὰ ὃ ἐκεῖθεν ἀσφαλὲς, καὶ πάσης καχυποψίας αὐτὸν ἐφῆκε.

Domi-

Dominis vel ab invito auferentibus, quinetiam splendorem ejus obscurare domesticum non contenti, pleraſque attributæ olim potestatis partes paulatim carpendo resumebant: simul dignitatem, simul ejus sustinendæ fundamenta, proventus pecuniæ annos, malignitatis jam malè dissimulatæ minimè obscurâ grassatione minuentes. Datæ illi priùs Insulæ fuerant pleræque nec parùm uberes; Mitylene, inquam, & Rhodus, aliæque; tum in continenti plurima maximaque Territoria, unde illi mercedes ad victum sumptumque cæterum amplissimæ rediret. Cunctis hisce demptis, non modò in ordinem, sed & in tam miserum servitutis redactus est gradum, ut palàm jam cerneretur ambire aulicâ sedulitate Augustum Iuniorem: ac si quando is ipsi, velut in præmium obsequij, aliquam è suis Chlamydem donaret, reverenter acciperet indueretque: etsi ea, quippe ad formam nondum plenè adulti adæquata corporis, viro, qualis erat ipse, perfectæ ætatis, staturæque altioris, parùm conveniret. Ergò videres Heroa illum tantum per Regiam fratris Aulam curtis & paulùm modò exeedentibus puerilium mensuram tunicarum, ægreque ad genua promissis sese multò magis ac libentiùs ostentare vestibus, quàm proprijs è suo domestico Vestiario depromptis: suoque videlicet ipsius adaptatis modo corporis. Sic ille quâ penitùs esset in animo affectus, modestam fastuque superiorem omni demissionem habitu factisque gaudebat exteriùs proferre. quo in genere tegmen quoque capitis margaritis distinctum, & ex roseo candentia deposuit insignia ultrò ac volens, ut paulò post diceretur, obsequiosæ modestiæ instinctu: humilem in se speciem affectans, propter speratam ex eâ securitatem, & malarum de se suspicionum abolitionem plenam.

CAPVT XXX.

Magni Conostauli Tarchaniota ad Ioannem ipsius Socerum Transfugium.

Ἀλλὰ πρὸ τούτου ἢ τοῦτο ἐκθεῖναι, ὃ τὸν μέγαν Κωνσταῦλον τὸν Ταρχανειώτην Ἀνδρόνικον καὶ ἀνεψιὸν τοῦ Κρατίστου λεγόμενον. ἔφθασε μὲν ὁ λόγος καὶ χαμβρὸν ἀπεδείξει τοῦτον τῇ Δύκα Ἰωάννῃ, καὶ δὴ ἀξιωματικὸν Σεβαστοκρατορικόν. Τούτῳ τοίνυν τὰ κατὰ τὴν Ὀρεστιάδα τε καὶ τὰ ἐνδόξα τῆς Λίμνης ἐπιτραφέντα, ἐν ᾧ αὖθις συνοίκημα τῇ γυναικὶ κάθισμα ἡ Ἀδριανούπολις. ὡς γοῦν ἐνίστε ἄνω χρόνος ἐβεβίου πλείονος, οὐκ οἶδ' ὅπη παθών, ὡς δ' ὁ πολλοὶ λόγος ἴσχει, τῷ ἀδελφῷ Μιχαὴλ ὑστέρῳ γε ὄντι αὐτοῦ εἰς μέγαν Δομέστικον καταστάντι ἐγκοτῶν ὑπόπους, δι' ἀυτὸν δὴ καὶ τῷ πιπράσκειν, βυλλὰ βυλλᾶ λίαν αἰσχρὰ, καὶ τῇ χρήσει ἀναξίαν. ἐς νοῦν γὰρ βαλλόμενος αὐτομολεῖν ποτε, ὥσπερ ἐν κατασάσει τοῦ ὅλου πραγμάτων ὄντων, οὐκ ἄνυσεν οἱ τὰ τῆς αὐτομολίας δίχα γνῶναι, τοῦτο δὴ τῆς πέτρας σπάσαι μιμεῖται. ὑπεῖπον γὰρ, καὶ σιωπῶν φυσικὸν λόγον οὐχ ὡς ἔξεσμα ὃ μέλαν δεχόμενον, ἀλλ' ἀκίνητον ὑφαίρεμα ἐνὸν ἔξαφνης τῷ φόβῳ, συστολῆς καθεκτικῆς δυνάμεως. ᾧ δὴ καὶ συμβεβηκότος ὃ ζῷον εἰς βοήθειαν χεῖρας καὶ ἀποφυγὴν τοῦ ἑνὸς. ὑπεῖπον τοίνυν ἡλεύσει φόβῳ ἐπὶ ἡσυχῆς ἔξεμεῖ ὃ μέλαν, ἐν πόνῳ συγ-

A Sed ista priusquam referimus, de Magno Conostanlo Andronico Tarchaniotâ sororis Augusti filio dicatur. Hunc paulò superiùs narravimus, Generum fuisse factum Dueis Ioannis, dignitate Sebastocratoris: porrò eidem post istas nuptias credita fuerat Gubernatio Provinciæ, quæ præter Orestiadem & adjacentes huic terras etiam interiora Hæmi complectitur: quâ curâ ut commodiùs ex propinquo fungeretur, Domicilij Sedem Adrianopoli fixerat, B ubi cum Vxore morabatur. Ibi longo jam tempore versatus, repentè nescio quid passus, ut verò plerique, ajunt auditâ promotione Michaëlis fratris sui minoris in dignitatem Magni Domestici, incredibiliter offensus; tàm ipsi, quàm ei à quo is fuerat in istũ evectus gradum; ad cogitationem valdè vituperabilẽ, & genere indignam suo, applicat animum; consilium iniens transfugiendi ad Socerum. quia verò tranquillo, ut tunc erant rerum statu, tutò atque impunè id se C facere posse desperabat, quò ei ex sententiâ negotium succederet, sepiam hærentem petræ sibi putavit imitandam. De hujus aquaticæ animantis naturâ breviter dicere non omitto, quod qui observarunt diligentiùs, tradunt: non esse illi atramentum in potestate, quasi id spontè cum vult evomat; sed atrum istum liquorem pisces hujus visceribus conceptum, excrementum ipsi esse, quod ex contractis metu infirmi & formidolosi animalculi membris necessariò effundatur.

Astutiæ porrò quasi cuidam ejus tribuitur, qnòd ipsam necessitatem velut vertens in consilium, istâ suffusione liquoris atri salutem plerumque sibi conficit, manus sic effugiens prensantium. Cum enim Piscatorem imminere sibi captantem sentir, evomit atramentum, & aquam in quâ est, priùs pellucidam, rurbat obfuscatque: atque in illis renebris effugij viam invenit. sic Andronicus Tarchaniota, ut securè ac sine impedimento deliberatum exequeretur transfugium, turbare priùs ac miscere omnia constituit, acciris in Romanas terras Tocharis, qui statim ad ostensam accurrentes prædam, magno numero intra fines Imperij sunt visi. quantum autem illi rune cladis, & omnis generis injuriarum miseris illorum tractuum hominibus intulerint, proprij nec parvi operis argumentum esset, pro magnitudine atrocium malorum non literis sed lacrymis scribendi. Cæterùm id dici sine mentiendi periculo brevirer potest: calamitatem vastitaremque istâ occasione hnic importatam regioni nihilò mitiorem, minusve acerbam crudelitate cædium, avaritiâque rapinarum eâ fuisse, quæ aliquantò ante ijsdem populis irruptione Constantini Bnlgari Tocharos secum ducentis fuerat illata. Per hane ille sibi ad finem destinatum utilem confusionem rerum, ad Socerum unà cum Conjnge profugit. ut autem excepeus ab eo fuerit, & quis ipsi novi fructus hospitij constirerit, supersluum opinor nobis sit exequi: illud constat, quod ad oostram rem facit, submministratum inde prærextum Ioanni Duci belli in nos movendi. Eatenus enim ille suis contentus utcunq; quiescebat occasionem expectãs: & quamquã erumpebat nõnunquam impatiens fœderum animus, tentandis, cum aderat opportn nitas, munitionibus Imperatoris: quo in genere qnæ circa Ioannina sunr ad se attraxerat: tamen larvam adhuc haud planè abjecerat; non ille quidem naturâ talis ur in illâ diù simulatione reneri posse speraretur. Quippe vasti pugnacisqnè vir animi, nihil nisi vim & bella spirans, ex quibus anctnrum sese fortunas, & lucris ingentibus dirandum confidebat. Porrò viri strenni vel ipsum otium, negotio remissi ae languidi, rebus peragendis maximis efficaciùs est. Nam ut animæ defidis ac negligentis est in vanis sibi placere, ac felicem se putare complexn exilium bonorum: sic acris è contrario atqne arrectæ ardenterque majoribus usque inhiabundæ proprium est, prorumpere in opus quavis occasione, ac nullam frustrà offerri movendarum rerum ansam sinere. Talis rune erat Dux Ioannes; ipsis illis qnas furtim primùm attentaret grassatiunculis & successibus modicis pro fundamento ulteriorum utens: nec expectans tunc bellare cum Hosti videretur; sed ex suâ spe ac commodo articulos occasionum captans: & non minis admonens, sed agendo expergefaciens Adversarium indormientem rebus.

A χέλ. καὶ ὅτω ἐφδίᾳ τῇ φυλακείᾳ χρῶτο, καὶ κατὰ συγχύσεως θέλων τὰ πράγματα ὡς ἐπὶ πολὺ τοῖς τῶν φυγάδων τῇ συγχύσει, Τοχαρίοις δηλονότι καὶ Βλαχοβλάχοις. οἱ δὲ φοβούμενοι, τὸν γιὸν πάλαι ἐκπέμψαι ἐπιθέμενοι ὡς δὴ κέρδη συγκομιοῦντες. καὶ τίνων ἐκβοᾶ τοιαῦτα ἀνθρώπων; ἐθνάρχου, ἰδίαν ἀσπαζομένου σχολὴν τοῖς τῶν Νεῶν ἀγαλλιάμασιν, ἢ γεάμμασιν, ἀλλὰ δάκρυσι γεγραμμένα. πλὴν ὡς αὖ ἀσφαλὴς ἔποπτης, ὃν οὐκ ἦλθε τοῦτο τὸ μὴ τῷ Κωνσταντίνῳ τοξεύειν σφαγάς. αὐτὸς δὲ τῇ Βούτῃ συγχύσει τοῖς-
B συνδεύμενος ἅμα γυναικὶ, αὐτομολεῖ τοῖς πυθέσι. ὑποίας γοῦν τὰς ἀναδήχθης ἐκπόθεν ὁμοίρησε, τοιούτους ἴσως καὶ λέγειν, ὅμιλος δὲ ὕλλῳ ἐδίδου τὸ μάχιμον ἀνάπλεως. καὶ γὰρ πως ὁ Δίκαιος τοῖς ἰδίοις αἰχμάλωτος, ἠσύχαζεν ἀναμένων. ἔστι δ' ἃ ἐν ἴδιον βίῳ καταπολεμεῖσθαι δεῖ τὰ τῆ Βασιλίως ὑπεκχίσμαθα, καὶ τὰ αὖε τὰ Γιωάννια ἀδροπαθῆ. ἠρεμεῖν δ' ἐᾶν ἐν ὅλως ἐκείνῳ ἀνδρὶ μάχας χαίροντι καὶ πολέμους ἐξ ὧν κερδήσειν ἀεί ποτ' ἤλπιζεν. ἡ γὰρ τῆ ἀεργῆ σχολὴ, ἐν ὑγρᾷ τῇ ἀργῇ ἀσχολίαν, τὰ μεγάλα καπηλεύει. ὡς γὰρ ἀργὴς ψυχῆς ἐν καπηλευομένης ὁ ἐνδυκαιρεῖν ἐν κενοῖς, ὅτω θερμὴς καὶ σπουδαίας τὸ χαίρειν ὁμόσε τοῖς πράγμασιν. ὅτως
D ἐκεῖνος τῷ πόπε, τὰς αὐτὰς πάρεις καὶ ἐρατηλάτας, ὕλῃ τοῖς βλαπίμασι χρώμενος. ὁ πολεμῶν ὅτι δίδοι τοῖς ἐναντίοις, ἀλλὰ μᾶλλον τῷ ἐνεργεῖν διεγείρων καὶ ἀπαλαμῶν.

CA-

CAPVT XXXI.

Expeditio Ioannis Despotæ cum multorum millium exercitu adversùs Ioannem Ducem: & de huius facinore insigni.

ΤΑδ' ἀμφὶ Βασιλέα Νικαέων ὧδε πύπτοις, δυνάμεις ἐξαπολιζέσθαι πλείους, πλήθει ὡσὰ πεντακόσιοι ζωὰ τῷ ναυτικῷ χιλιάδων ὡς λόγῳ), & ἐξαδοὺς τῷ Δεσπότῃ, πέμπει ξυλοχέων ὅτῃ & Ἰωάννῃ. ζωσκευάσατο δ' ἐπὶ τούτῳ καὶ ἄλλους πλείους τῶν λοχαγῶν, καὶ ἐκ μεγιστάνων, ὧν εἷς ἦν καὶ ὃν ἔσχε Δομέστικον τῆς τραπέζης. ὁ δ' ἦν ὁ Καβαλλάριος Ἀλέξιος; ἀνὴρ γηναῖος & ἀνδρικός, ὃς καὶ πατρόπολεμος ἦν τῷ πολέμῳ, τοξεύθεὶς ἐν τῇ μάχῃ ἐξήντε, καίπερ μὴ, κλέος ἐμοὶ δὲ πεσεῖν ἔκλειδς παρέσχεν, ἢ κάλλιστον τοῖς νέοις πίπτειν, πεσὼν. ὡς γὰρ πᾶς δυνάμεις ἐξαλαβὼν ὁ Δεσπότης ἐκεῖ δύσιν ἔλαυνε διαῤῥᾴδην τοῖς ἐξαπολιζέσθαις, ὡς καὶ αὐτὸ κατόψον τὸ ἔδαφος, ὁ Βασιλεὺς καὶ λαὸν ἅμα διαλόγους ὑπλίζετο, & ὅλον ἐξαρτυσάμενος ἱκανὸν ἐκ πολέμου, καὶ τῷ ἐναυδήποτε χωρᾶν τι & ναυρίου, ὡς εἴη τοῖς πάσαις ναυσὶ μακραῖς τι ἅμα & παχυστόμοις πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα, ἐξαδοὺς ταύτας τῷ Πρωτοστράτορι Φιλανθρωπηνῷ καὶ αὐτὸν ἐκπέμπει, τοῖς Λατινικοῖς χώραις ἐπεξιόντα ἔπει παρείκει ἐπεσβάλλειν· ἐπὶ γὰρ μᾶλλον ἐδόκουν & καὶ ὑμῖν πόλεμον ᾠέτο, εἰ ἔχοιεν καθ' αὑτοὺς οἱ Λατῖνοι & τὲ σφίσι φέβον, τοῖς πρὸς & Ἰωάννου ξυνοικείας ἀποχοῦσι. καὶ δὴ τὰναντία ἦν τῷ πόνῳ τῶν νέων Πατρῶν ὑπαντᾶν & τῷ Δεσπότῃ, ἔκπληξις κατεῖχε πάντας καὶ ταραχή, ὡς ἐπεσχωρεῖν μὲ ἐντεῦθεν ἐκάστῳ πὰς χώρας, γνωσιμαχεῖν ἢ τὰ φρούρια ὡς μικρὸν αὐτοχόντα ὅσον ἀφεστήκεσαν τῶν πόλιν τῷ Ἰωάννῃ, ἐξαδοῦναι μὴ ἐναγκόντα τῶν ἔφοδον. τοῦ γὰρ αὖ τις καὶ ἄλλοσε ἐξ ἄλλου ὑπὸ φοβοῦ καὶ μηχανῆς σώζεσθαι. ὁ μὲν γε Ἰωάννης εὖν ἐξεῖ αὐτῶν καὶ μόνος ἔχων τῷ πολῇ καὶ πολὺ λαμπρῷ, τὰς ὑπονοίας ἐπεχείρει σώζεσθαι. ὅθεν καὶ νῦν μὲ ἔτθα, νῦν δ' ἐκεῖσε ἐξελαύνων, ὡς οἷόν τε ἦν, καταφαλίζετο τὰ αὐτῷ. ὃ γὰρ χωρεῖν εἰς μάχην, ἔτι τῷ ἀδυνάτων ἐδόκει. ἀλλ' & τῷ Δεσπότῃ ἐκπλαττόντες ἐξ ἐκλῶ ἐπεῖχον ζωεχέσεῳ ἐξαλαμβάνοντες πόνους,

HÆc ita erant: quibus cognitis indignatus Imperator, Exercitum comparat ingentem; numero, ut fertur, quasi quadraginta millium, navalibus in eam summam comprehensis Copijs. & hoc tanto apparatu tradito Ioanni Despotæ, vadere illum confestim infestis signis in Ioannem jubet. Misit etiam cum eo plures alios Tribunorum & Magnatum, quorum unus erat, quem Domesticum Mensæ habuit, Caballarius Alexius, Vir generosus & fortis. hunc Mars hoc bello pigneratus est, sagittâ in prælio sublatum à quopiam ignoto. Sic illi quidem decus contigit gloriosæ mortis ibi oppetitæ, ubi cadere juvenibus est honestissimum. Cum igitur succinctus magnis hisce terrestribus Copijs Despota Ioannes tantis animis in Occidentem movit, ut terram haud dubiè se concussurum confidere videretur: destinavit Imperator eodem quoque Classem ornatam oneratamque superbissimo delectu, eum ex Vrbe, tum ex cunctis Provincijs ac navalibus diligentissimè habito; ita ut numerus navium partim longarum, partim celerum, ad tres & septuaginta ascenderet: quas commendans Protostratori Philanthropeno, jussit eum cum eâ Classe oras legere Latinicarum regionum, infestasque habere, ac ubicunque res ferret exscendere, incursionibusque urere. Sic arbitratus certiùs facilinsque processuras ad spem plenæ victoriæ belli universi rationes, si proprio impliciti periculo Latini cogitare de mittendis Ioanni auxilijs prohiberentur. Cum ergò velocissimè Despota Ioannes in locum esset pervectus novarum Patrarum, ingens ibi cunctos terror & consternatio turbavit: adeò utei passim Pagi & Oppida se dederent; arcium verò præsidia inter ancipires sententias fluctuarent: exiguâ, nec longum, ut apparebat, valiturâ, fidei Ioanni datæ reverentiâ cohibente, ab ipso ad primam statim irruptionem prodendo: nam ad extremum vitare se posse deditionis necessitatem desperaverant; utique cum circumspicientibus cuncta, salutis aliâ viâ expediendæ ratio humanitùs appareret nulla. Inter hæc Ioannes ipse passim destitutus à plerisque, nec alio jam ferè quàm familiarium domesticorum septus comitatu, arte atque ingenio supplere defectum opum, & capiri ac summæ rerũ suarũ quàm posset optimè cõsulere nitebatur, loca ex locis mutãs,

nusquam diù consistens, nunc hic, mox illic improvisò apparendo, conatus insequentiũ, quoad poterat, frustrans. Nam manum conserere, & aleam jacere prælij, destitutum Copijs, ultrà omnem ut facultatem, ita cogitationem erat. Porrò Duces ac Milites Despotæ latè per regionem sparsi Ducem hostium ubi lateret omnibus vestigijs indagabant: scrutantes assiduè loca cuncta quibus eum abscondi vel exigua suspicio esse posset. Vnde cum ille latebras subinde mutans cõtinuò fugeret, trahebat post se hostes, ulteriùs sic semper in ejus ditionis sese promoventes intima: quos ille ipse manifestis deprehensus indicijs Ducis fugientis timor audaciores scilicet in se invehendo faciebat, fretos utique quâ clarè prævalebant multitudine, nec magnoperè formidandum quidquam arbitrantes ab eo qui viribus palàm diffidens, spes salutis omnes in fugâ reponeret. Vt autem saris denique illum desultorij erroris, & fugæ infinitæ tædium cepit, simulque cunctantium ab exteris auxiliorum suspicatus conjecturâ causam, ab universis jam se socijs derelictum intellexit, Arci cuipiam munitæ caput salutemque confidere decrevit. Ergò se Patras conferens (prævalida hæc erat, & propugnaculis receus structis munitissima Civitas) eò se inclusit, idoneũ id præsidium ratus cui summam rerũ & reliquias fortunæ in extremo discrimine custodiendas rectè crederet. At Despota Ioannes qui tanquam indagine elausam feram venator undique vestigans, nullum finem quærendi Ioannis Ducis, inque suam potestatem redigere conandi faciebat, ubi eitò cognovit Patris eum in eo insum, eò confestim exercitum rapiens, coronâ Vrbem circumdedit, prono ad id usus studio Ducum ac Militum, quos & ipsos belli uno in capite patrandi percupidos, alacritate proliciebat ad contendendum mitâ ipsa nõ dubia vicinia prædæ, cui dudùm inhiaverant, quam suis utiq; jam manibus elabi negabant posse. Crebris ante omnia colloquijs, & promissionibus tentati obsessorum ab obsidentibus animi sunt. Proponebatur ipsis per subinde missos pellax & quæstuosa conditio, paciscendi sibi præter incolumitatem securam, ampliſſima certissimaque præmia, quæ promererl statim possent facili deditione, unius hominis, causæ tot malorum vel in præsens urgentium, vel in futurum imminentium. sic enim eertò haberent: nunquam inde abscessuros, aut allo quovis respectu avertendos Romanos, nisi confecta re: nec interim parcituros, aut ullâ misericordiâ revocandos ab urendis totâ regione frugibus ac tectis, agris ac satis conculcando corrumpendis, excidendis vineis, denique ipsis, si accipere oblata recusarent, tanquam hostibus inexorabiliter infensis, omni belli clade perdendis, quantacunq;

A ῥῖς ἀυτὸν ἰόντ⊙ σώζεσθαι, ὅθεν ηὐ τῷ ἀποχωρεῖν μὴ παρῶσιν ὑπαίτιος. τῷ δὲ γε δίλιαν ἐμφαίνῃ παράκλησιν ἐπεὶ παρεβάλλετο. τῷ γὰρ πλήθ⊙ πίστις, ηὐ κατημέλημα διάκοπος. ὡς ἂ κἀκῶν ὑπὸ⊙ ἐλάμβανε τὸν ἀποφυγὸν, ηὐ τὰ ἔξω παρεπιπόθει ἤδη τῷ ἀπαίτιον καταληφθέντα, ἴνα φερείφ ἑαυτὸν πεύσῃ, ηὐ φέρων ἑαυτὸν ταῖς Πάτραις ὀχυρᾷ πόλ, ηὐ ἐν τῇ ευσαίρῃ δίδυσι, ηὐ πιθὴ φυλαχθησόμεν⊙. ἐ ὁ μὴν καταφυγὴν ὀχυρὰν εἶρε τὰς Πάτρας. ⊙ δ' ἀμφὶ Ⓜ Δεσπότην μαθόντες, πλὴν πλὴν κύκλῳ παρεκαθέζετο. ηὐ ἀρχὴ παρὰ τοῦ ὅπως Ἀλεξιώσῃς ἐλένετ⊙ τῷ Δεσπότῃ, ἑαυτὸς μὲ παρῶσιν τῷ βελτίωνι, ἐπὶ Ⓜ δὲ τὰ δεδομένα σώζεσθαι. μὴ γὰρ ἀποχωρεῖν ἐκεῖθεν, μὴ ἄλλοθί τ⊙ πεπίσθαι, μὴ φεύγοντας τὰ πρὸς καίρια, ηὐ ἀγρὸς καταπατῆσαι, ηὐ ἀμπελῶνας τέμνειν. ηὐ πλὴν χ' ἀυτὸς ὡς πολεμίοις χρώμενοι Ⓜ, πλὴν Ⓜ ἀφανίζῃ, κἂν ὅπη ηὐ ὁ χρόν⊙ παρβαίη. τοῦτο τῷ Δεσπότῃ Ἀλεξιώσῃ⊙, ἐκεῖνοι ἢ ταῖς ἀληθείαις, ἢ παρ' ἐκείνοις παρβιβαζόμενοι ἐνδεῖν ὅτι⊙, ὑπίως τὸ ἀπολογεῖσθαι. ηὐ παρελπίζειν σφᾶς τῷ ὁμῷ αὐτῶν, μετ' ὀ πολὺ παρδοῦναι, ηὐ Ⓜ Ἰωάννῃ καθυποχρήμενοι. ὡς γοῦν μεταξὺ χρόν⊙ ἐζήτουν, χ' οἱ μὲν ἀναβολὰς ἐναιρέσεων τ' παρδόσεων, οἱ δ', ὅσον ὕπω αὐδαι ὃ παῦ ἐλπίζ⊙, διατελεῖν τῷ Ζωνῆσθαι ἔγνω ὁ Ἰωάννης. ηὐ σκοπιὰν ὡς εἶχε. νυκτὸς γὰρ ἑαυτὸν χοίνοις ἀφ' ὧν τοῖχος καταχαλάσας, ὡς μὴ φωραθεὶς δι' ἐρατοπέδου ἐαδίζων, ἀδήλ⊙ τ μεταχειρίζεσθαι. ηὐ χλαῖναν μὲν μέλαιναν ἀπεῖπε, κρατεῖ δ' ἀπ' χείρας ἔσπευ ἐυτῆς, ηὐ χ' ὑποστορνύμενα μεταπαλαισόμεν⊙, καθιδόντων δι' μέσας νύκτας, ἅπαν ὃ ἐρατόπεδον διεξῇ ἐρωτήματικῶς ἐκφωνεῖν συχνάκις δι' ἔσπευ δῆθεν ἀπολωλότ⊙. ηὐ οἱ μὲ κατημέλευν, οἱ δὲ ηὐ ἀπελογοῦντ⊙ ἐνδοθεν τῷ σκιωδῆ μὴ ἰδεῖν ὃ Ζωνύμενον, ἐκεῖνα ηὐ τὰ ὡς εἰρῆσθαι διαλιπῆ καθυποχρήμενα, ηὐ ὕπω λαθὼν τὰς ὑπαίτιον χοίνους, ἀπολύσῃ μὲ τῷ Ῥωμαϊκῷ ἐρατοπέδου. ἐναυλισάσθαις δὲ ἐμὲ ἔα, ηὐ δ' ἀδήλ⊙ τὰς Θήβας ἐν ὑμέραις μετρίαις καβαλαβὼν, μηδενὸς τῷ ἀυτ' αἰδότ⊙. ὑ δὲ ὁ ⊙ ἐνδον Ῥαξῶν πλὴν τῷ οἰκείων, ηὐ οἷς ἐδίσ-θησε ἤδεσαν. ὧ δὲ ηὐ ἐφ' ὑμέραις ἔμιμ Ⓜ σκιάζειν ὃ δρᾶμα, τοῖς ἐν τῇ πόλ μὴ φαινομένοις τῷ Ἰωάννῃ. ἐκεῖσε τοίνυν Ⓜ μέγαν Κύρ Ⓜ καταλαμβάνῃ, ἐμανυμοιοῦτό οἱ, Συ-

B

C

D

E

ρεωάνης δὲ τῷ γλαφύρῳ ἐλέγετο, ὁ δὲ παρε- A
λυπαρῶ βουλῆν, ἃς πίστι δὲ τῷ σπουδῶν
ἑαυτὸς καὶ κῦδ ὁ ἐπὶ ἡλικίαν, ὡς λαβὼν
ὀλίγον χαμόζηλον ὅτι ζυγαρεῖ. ὁ δὲ μέγας
Κύριος Ἰωάννης τὰ καθ' αὐτὸν μὴ παρητᾶτο,
ὡς μηδ' ἄναι οἱ δυνατὸν ὅτι συζυγίᾳ καθαλη-
φθῆναι, ἀνδρεῖα γε ὄντι καὶ ποδάρχῃ δλιγῆ
παρατολαίοντι. ἀδελφὸν δὲ ὁ ἦ Ⓜ παῖδα
Γυλιέλμου, ὃν καὶ ἐς κῦδος οὐ ὀλίγον
παρῆκε, καὶ λίαν χρήσιμον παρεδείκνυ.
ἀλλὰ τὰ μὲν τῆ κίνδυνος, καὶ ὕστερον ἔλεγε πα-
λαιόποτε, τῆ Ῥωμαλεγμάτων κλυδῶνι, B
ὁ δὲ καὶ λέγετο. τότε ἦ ξιακοσίους Καβαλλα-
ρίους δοὺς αὐτῷ, ἢ καὶ πλείους ὡς λέγε), ἐς
αὐτὸς ἀποπέμπει, αὐδρας ἀριστεῖς, καὶ πολ-
λοὺς πάνυ καθυπερτεροῦντας. ἐς λαβὼν καὶ
τοὺς αὐτοῦ παρεσμίξας ἀμαυρόεν ὡς μηδεὶ
φωραθεῖη, καιρὸν ὑπηρέτησε, ἐμπίπλη τῆ
παρακρούεσθαι μὴ ἀφανιζόμενος, μηδὲ παρεσ-
δύεσθαι, ὡς ἔνδον ἐγκεκλεισμένοι. τότε ἦ ὡς
ἀσβαλλά ποτε φρενὸς ἀκέοντες χρεῶν. ἐπε- C
ρέχθησαν, ἀγνοοῦντες ὃ δρᾶμα. τότε πάνυ
ἀμμιζόμενος, ἔνθεν μὲν, ὁ ὠδὶ τῆ Ῥωμαῖ-
Πέτρου, πολὺ ἦ ὃ Ῥωμαϊκόν, καὶ ὁ ὠδὶ Ⓜ
Δεσπότου κράτησι, ἐνάιθεν δὲ ὁ ὠδὶ Ⓜ
Ἰωάννου Ἰταλοί, καὶ οἱ αὐτοῦ πολλοί γε ὄντες ἐς
μάχιμοι συνερήγνυντο. καὶ ἀμφισύνας ὀλί-
γοι πλείους ἐνάιεν, οἱ μὲν τὸ κατ' αὐτὸς
Συντάξι διερρωῶντες, ἀκμῶντες ὄντες καὶ ἐς
αὐτὸς ἕτοιμοι παρεσβαλεῖν καὶ τρόπον, ὑπέπ- D
πη Ⓜ. οἱ δὲ, τῷ μὲν τῷ ἀπαρεσδυκότι κα-
πεπλαγχθέντες, τῶν δὲ, καὶ πλήθος ἀμμοσ-
τὸν ὄντες, ἐν οἷς ἀνάγκη καί τινας καὶ ὠδὶ ὃ
χρεὼν ὀρρωδῆσαι, ἀπέκτεσ ἐς ὡς ἢ σφίσι διε-
ρέντες, ἐμάχοντο. ἐς τέλος τῆς παρόντος φά-
λαγγος ἐκλυθείσης, οἱ καπῖται ἐν ἢ παρεπ-
κέσαις ἡλίας ἦσαν, καὶ ξυνεταράσσοντο
καθ' αὑτὰς θορυβούμενοι. καὶ μικρὸν ὑποδο-
δυῶντες, τέλος ἐς φυγὴν ἐτράποντο, ἐς Ⓜ
παρόντος ὁ ὑπὲρ καπῖται, κἀκείνῳ ἀλλος E
παρεστάναι, καὶ ὕπνος ἀγχυθῶντες, ἀπεδύοντο
μὲν τὰ ὅπλα, ἀπέλυσε δὲ ἵππους, καὶ
μόνοις ποσὶν ἐθαῤῥοῦσι ὃ σώζεσθαι, πολλὰ τῆ
Δεσπότῃ, ὃ μὲν, ξυνισῶντος ἐς ἡδέος, ὃ
δ' ἀπελαυνῶντος, ἔστ δ' ἢ γε ἐς παροιχομέ-
νοις ἐκλύθη δ' ἢ μάχη, ἅπερ ἄνεσ ποιητικῶς,
ἐς τῆ τῷ Δεσπότῃ φωνὴ ἠλάγγευ, ὠδὶ ἑαυτῆ
παρεμάρνει ἕπεσθαι. ὥστε γὰρ, μὴ ἑξακοσίους
ἢ καὶ ἔνδον διπλασίους, ἢ καὶ πλείονας ἦ).
ἀλλὰ τῷ χῦ σφᾶς πλήθει, ὃ πλῆθος τῆ

ad id perficiendum patientiâ opus esset. A
Nam sibi abundare otium, & nunc vacare
soluto curis alijs, quantumlibet spatium in
eâ obsidione consumere. Talia denuncianti
Despotæ, Patrenses sive verè, synceraque
mentis propriæ sententiâ, sive ita faciendum
suggerente, quem intus secum habebant,
Ioanne Duce, mansuetè modesteque respon-
debant: excusantes, maturam in præsenti
rem non esse; suppliciter orantes remitti
tantisper oppugnationis impetus; magnum
brevis moræ pretium fore: nam se interim
confirmatis viribus, ubi præsidio, quod im-
positum cervicibus perferrent, eluctando
satis possent, omnia quæ poscerentur effe-
cturos; & Ioannem in suam redactum pote-
statem, tradituros. Auditæ preces sunt. vis
suspenditur; fides expectatur promissorum.
Longum in his tempus abit. hinc Patren-
sibus in artificio quod prodesse ceperat, gna-
viter perstantibus: inde Romanis spe sibi
vanâ victoriæ proximæ blandientibus. Hoc
articulo rerum tentandum aliquid magnum
Dux Ioannes constituit, adhibitâ in consi-
lium, præter ipsi familiarem innatamque au-
daciam, extremâ necessitate rerum suarum, C
ultimo jam in discrimine pendentium. No-
ctu per fidos paucos, juratos arcanò factum
habituros, demittì se curavit funibus per
murum, veste antea mutatâ ne posset agno-
sci. tum ut erat sago nigro in famuli spe-
ciem larvatus, equi habenas manu tenens,
nocte concubiâ dormientibus cunctis, per
media transit Castra, identidem inquitens
supplici clamore, si quis seiret quò abijsset
sibi elapsus equus Domini, monstrare ne
gravaretur: magnam indicij mercedem so- D
re. sic euntem si qui vigiles videbant, procede-
re sinebant nihil suspicati: Alij abditi
tabernaculis quos somnus ab audiendo non
arceret, negligenter reddità intus voce res-
pondebant negantes equum sibi visum. In
hunc modum impunè trajectis quàm latè
patebant Castris Romanis universis, sub au-
roram per vias occultas contendit Thebas
versùs, quò paucis diebus inexpectatissimus
pervenit. qui enim ibi quidquam præmo-
neri de ejus adventu potuisset, quem ne Pa-
trenses quidem Patris excessisse adhuc no-
verant: paucis illis Domesticorum, factum
eujus soli erant conscij, silentij quod sanctè E
promiserant fide summâ eelantibus, & prout
convenerat Ioannis absentiam tegentibus
artificio facilè avertête curiosas suspiciones,
solicitæ præsertim & aliò attentæ tali statu
Civitatis. At Ioannes Magnum Thebis Do-
minum invenit sibi cognominem. Syrioan-
nes quippe linguâ illic usitatâ vocabatur.
Hunc adiens infimis precibus orat, ut sibi
auxilietur, oblatâ in pignus fœderis propriâ
filiâ ipsi nupturâ. Ad ea Magnus Dominus
Ioannes, negabat se aptum nuptijs, quippe

cum

cum malis desperati remedij alijs, tum incurabili præsertim conflictatum podagrâ. Sed fratrem sibi esse adolescentem Gulielmum, quem in istam affinitatem sibi valdè probatam, & utrinque judicatam utilem offerret. *Verùm hæc*, inquit, *iam nunc inter nos conventa, suo videlicet curabuntur tempore* (prout est revera factum, istis deinde ritè celebratis nuptijs) *Nunc ut quod instat prævertamus, accipe à me auxilia quæ postulas*. Datisque illi Caballarijs trecentis, aut ut quidam asserunt, plurib⁹, eum continuò dimisit. Erant hi bellatores lectissimi omnes, plurimmque instar singuli. Hos suis admixtos summâ celeritate, pariquè silentio, ne ullo sensu rei quæ parabatur Hostes admonerentur, Castris ad Patras positis admovens, in eâ opportuno capiato tempore toris viribus irrumpit. Omnium borum prorsùs ignari Romani erant; nihil tum minùs quàm tale quidpiam expectantes. quin, ut in supinâ securitate fieri amat, in omnis se generis remissiones relaxaverant, curas solvente eũctas opiuione, eni ut certissimæ acquiescentes, persuasissimum habebant: Ioannem utique Ducem, à quo uno metuere aliquid poterant, conclusum teneri Arce, quàm arctissimâ ipsi undique obsidione circumcingerent. Ad primam igitur impressionem, re videlicet inopinatissimâ perculsi turbatique nostri omnes sunt: steterunt tamen in armis Persæ sub Rimpsane, magna pars Romani Exercitûs; in primis verò Ioannes Despota cum fortissimis suorum. In hos invectus Dux Ioannes cum suis Italis, plurimis & ipsis, manuque promptissimis prælium commisit acre ac cruentum, quo Romani ab Italis, plures à pauciorib⁹ planè victi sunt. Nam hi confirmatis animis ordine servato, fortes ipsi exercitatique congressibus bellicis, parati re provisâ, disciplinæ industriæque vim admiscentes inclinctabilem, ruebant in adversos. Illi primùm casûs novitate attoniti, deinde ut vulgus è vario mistum genere, malè cohærentes, nec ita lecti omnes, ut non inter fortes ignavi quidam horrore periculi trementes incompositè pugnarent, & diffisi præsentibus tutiora circumspicerẽt, succubuerunt ad extremum. Porrò istâ Phalange priore dissipatâ fractâque, qui retrò in subsidijs stabant, pudendo correpti metu, confusam & tumultuabundam utcunque objicientes aciem, statim pedes retulerunt, initio cum quadam ordinis curâ, mox effuso temerè quoquoversum impetu trudentes invicem, incurrentesq; in sese mutuò, dum prævertere præcedentem posterior studet. Denique jam eõfusione prævalente pro se quisque arma exuere, equos dimittere, pedibus salutem quærere, Despotâ quidem revocante ad officium, hortante, increpante, minas, ubi cætera non profuerant addẽte, postremò

A αὐτοπάλων ἀφιζ℗, ὡς ϑὰκ ἂν ϑαῤῥήσαιτον, ἀ μή γε καὶ αὐτοὶ τελεῖς ὄντες τοῖς τόσοις ἐναρίζειν. τότε δὲ ὁ Δεσπότης ἀποκαραδοκήσας, τρέπει τὸ χελιτὸς, ἐ ℗ ἵππον ἀπὸς, κ᾽ κεφ℗ φλυᾷ. καὶ πάδδον ἰὼ ἐλέσθαι, ἄλλως μὲ πίλοπας, ἄλλως ᾗ φθιῶτας, εἶν᾽ δὲ ϑαμέως κρυπτομένης καὶ τοὺς ὅ σώζεσθαι ἱκετεύειν ἐτύμως ὄντας, ἄλλως δ᾽ ἀποῤῥῶγας καὶ πέτρας καλαμβάνοντας, ἄλλως δ᾽ αὖϑις ἀπαγομένης ὁπόσον ἡ λόχνη χεὶς ἐκπέτειν, καὶ τοὺς ὅ σφάττειν ἀποτόμ℗ τῷ μεταβόλῳ τῆς τύχης μαλασσομένη τὸ δὲ δόξαν σφίσιν ἀφαδὲς. πᾶσι δ᾽ ἡ μοῖρα ἰὼ ὀλεθρ℗, στόμασι, χρήμασι, ὅπλοις, ἵπποις, ἀυτοῖς ἐνδίμασι· τὸ γὰρ ὁμοχθὲς μὲ δίδου ἔπασϑε σφάττειν, τὸ δὲ χυμοῦσϑ℗ ἁδόντα ὡς ἐνδυμάτων πᾶσιν ὑπίσω ἰὼ. πλ℗ φθιῶτων τοῖς φορηταῖς οἰκίαις ὑπηνέμοις τῷ μεγιστάνι, καὶ αὐτ᾽ γε τῷ Δεσπότῃ, πολλὼ ἀξιοφόρ℗ πλοῦτον. ὑπόμαπα γὰρ ὑπῆνα ἐ ἔπαλα καὶ ὕπλα ἐ ἵππους ἐ ϑεραπείαν ἄλλων χλιδὰς ζυφῆς ἄξιόν, μέχρι ἐ αὐτῶν τῶν ὑπποδὸν μυώπων πλῆσα, ϖξακεφάλοντος, καὶ τλωικάδ᾽ οἱ τότε ἔδοξεν ἀσφαλὲς τὸ τῆ Ἀντιοδέως ἀληϑὲς. φησὶ γὰρ ὑπὲρ ℗ πάντ᾽ ὄκχεσθαι τὰ καλὰ τοῖς ἐχθροῖς, πλὼ ζωότητος, ὡς πάντ᾽ οἶδ᾽ τι ϖξὰ τούτοις γλύσϑαι, ἰὼ ζωότητ᾽ ἔχοιεν. ἐδόκει δὲ κ᾽ τὸ τῆς ἀβυλίας χρῆμα, τῆς αὐτοξόου ἐ μᾶλλον χρήσιμ℗. χιλιάδας γὰρ πέντε ὡς ἐ ὡς μυριάδας ποσοῦσϑαι, ἐν παρεσκευάσατο βύβλῳ, καὶ οἱ χϑὲς πολυτρύτης καὶ τυφλὸς τῆς πλήϑους, σίμερ℗ παυσεῖ τε κ᾽ ἀστοχεῖ, ἀυτομωνισμένης τῆς ἀβυλίας. ἤρχοντα γὰρ χεὶ παρᾶλ᾽ κ᾽ κινδυνεύοντα ὡς ἢ νικήσοντ℗, ἢ ὀλεϑρ℗ πεσούμεν℗. κ᾽ τί γὰρ καὶ ἀρχοὶ ἀ μή γε ϖξομηϑῆτο τῷ ἄλλων, ὧν ἄρχειν ἐπέχϑη; καὶ ϖσπὸς μὲν ὅτι ἀνϑίστη℗, ἀ μὴ ϖξαίπτοι ἐ ϖξφυλάξοι), ἄρχων δ᾽ ἀνϑίστη℗ πάντως ἀ μὴ ϖξκινδυνεύοι ὧν ἐπέχϑη ϖσπός; ὕμνουν, ὃ πολλῶ γε καὶ δῶ. ὅτω μὲν οὖν ϖξαλόγως τῆς τύχης συμβάσης, ἐ τῆ ὑπολελαμμένη καπαπίκότων· ἀνεῖσα τὸ πιεῖν ἡ φάμη, Θεὸς ἦσα ὡς λέγοι), ϖξαιρέλλῃ τὸ δυσχερὲς ἐκεῖνο ἐ ἀναρσδικτον σύμβασμα, πολλοῖς μ᾽ ὡς λύσαν, ἄλλοις δὲ κ᾽ ὡς ἐναπλῆξαι, τοῖς δ᾽ ὡς καπάγλαυ. ἓς δὲ καταφρονῆσ᾽ ἔταξε τῆ μικρὸν ὄντων, ἐ τοῖς λιποψύχοις ϖξοτιπόϑαζ. ἀκέσαντες γὰρ τὸ ϖξὶ τλὼ Εὐρικ℗ ταυτικὸν, οἷς δὲ ἐ ὡς ξιάκοντα ταῦς ὁ φλ℗ ὀλίγῳ δέοντ℗.

B

C

D

E

ἄξης-

ξηραίνετο, καταλαβὸν τὴν ὀδὸν δὶς καὶ τρὶς πλάσαν. ἐν δὲ ἓξ αὐτῶν γε ναυσὶ πλαμβάνουσι, καὶ τὴν Βασιλέως σῶλον ἁρπάσαντες. ναυδρομοῦντες δὲ ἔτι καὶ τὴν Δημητριάδα, οἷς αὐτίκα φανέντες ἀφίστανται, καὶ ἅμα ὁρμίσαντες ἔφθασαν, τῇ παραυτίκα πλήμῃ καὶ μόνῃ κέρδους ἐλπίζοντες καταπλήξαι, τοὺς περὶ τὴν καταπλυτὸν σφάλμασιν. ἐφθη δ' ἄρα καὶ Τύπος μικρὸν ἢ μικρὸς κίνδυνος. τὸν ἀσμενισθὲν τῷ Δεσπότῃ ἀφάρτολι καὶ τὴν Δημητριάδι, ἢ δὲ μᾶλλον τὸ ἀληθὲς αὐτοῖς καὶ ἀλύοντι τοσούτου συμβάντος πραγμάτος, ἀνίεσέ τε τὰς τῆς ψυχῆς ὁρμὰς, καὶ ὑπεπάθησε, δ' ἅπασι πρὸ τοῦ σώλου, εἰ τοσοῦτος γενόντος, μὴ ἐμπλησθῆναι τὸ μοιρίδιον, ἀλλὰ καὶ πέρα τὴν γενόντων περελθεῖν. καὶ δὴ ἓξ αὐτῶν, δυοῖν ἡμερῶν ἀφάσημα, ὅλης καὶ μόνης μιᾶς ποιεῖ) νυκτὸς, καὶ τὰ τῶν περὶ τὸ στρατὸν ζωοτροφίσας ἐγκαταλείμματα, πρὸς λαβὰν ζωὴν αὐτοῖς, τῇ Δημητριάδι ἐφίσε), καὶ ἐν σῶλον ἐν χρῷ κινδύνῳ καταλαμβάνει. ἤδη γὰρ καὶ αἱ τῶν ἐχθρῶν νῆες ἐμφανεῖς ἦσαν περιβαλοῦσαι τὸ πλωτικὸν δε. ὡς γὰρ εἶχας ἔστησαν, καὶ κἂν ἅμα περσίβαλον, αἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων στιχηδὸν καὶ δεκάδας ἑστήσασαι μὴ τὰς περὶτας δεκάδος τῷ περὶτῳ ἐδέχοντο μάχῃ, ἐν δεκάδι ἡ περὶτη περιῆμα, ὅπως καὶ ὁ Φιλανθρωπαιότατος Πρωτοστράτωρ λιὼ, καὶ τὸ βασιλικὸν ἀνεγήγερτο σαλπιγκτὴν, ὡς ζωὴν δὲ συμπεσοῦσαι, μάχῃ ἤλπιζαν κρανῆναι. ἀλλ' ἐπὶ λιὼ μίαν ἐπασσφρισάντων πολλαὶ ἐνεγκάν. ὅθεν καὶ πλεῖσται ὀπισθέμβολοι μαχομένοις, σφάλλοντες αὐτεχομένας, καταβάλλοντες αὐτοσαμένας. τότε μὲ πολλαὶ καὶ μαχαίρας ἔργον ἐφεύρον, πολλοὶ δὲ καὶ ὅπλα τῶν ὑβάπων ὁλιοθανάτως ἐναπεθνησκον. ἄλλοι δ' αὖ τραυματίαι γενόμενοι ἀς πλοῦτον αὐτοῖς. ὁ δὲ γε Πρωτοστράτωρ καὶ πολλαῖς ἐδαλλον ταῖς ἀκίσι, καὶ ἔτι καθικέσθη σὺν λιὼ ὑπαλισμένου πεσόντος, τὰς μαχαίρας ἐμβάλλοντες τῶν ὅπλων ἐντὸς, ἠκίζοντο. τοῦτο τοῖς λοιποῖς ναυσὶ δίκα καὶ τῶν κατ' αὐτὰς κινδύνων, ὡς δηλίαν ἀνίκεσον ἐβίσατο. ὁ δὲ γε Δεσπότης τοῖς ἀγαλοῖς ἐφισάμενος, ὤρεγε χεῖρας, καὶ καταλιστικόλαι τὰ μέγιστα φασῶν τε καὶ ποτισώμενος. ἐν ὡς αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἐπὶ ἐν περιβαθὲν ἔχοι, ἐν ὁ χαρὸς αὐαλιθλίσας σφίσι σφάλμα, ἀ μόνον περσέχοιεν, ὤρεγέ τι χεῖρας ἔξωθεν τοῖς ἐντὸς, καὶ περιυμίας παρεῖχε σύμβολα, ὡς ἐντεῦθεν πίμπλων ζοήθειαν. ὁ δὲ καὶ πρὸς ὃ ἀκὲς λιὼ ἠκίζοντο, ἐν δ' ἐκλιο

A corripiente manu quosdam, & in Hostem vertente. frustrà omnia: inclinatâ semel (ne poetieè quis dixerit) pugnâ. metu videlicet lymphati ne sentire quidem voces Despotæ, nedum curare videbantur: ad sibi privatim consulendum solicitudine unicè omnium versâ. Putabant enim non trecentos, aut duplò triplove plures, sed planè pari saltem, fortè superiore ipsis numero, Hostes instare victores. quomodo enim nisi multitudinis sibi conscij majoris, talem exercitum invaderent? Eatenus sustinuerat Des-
B pota belli sortem expectans, tunc tandem desperatis haud dubiè rebus, versis equi habenis in fugam se quàm effusissimam averrit. Hinc jam miserabilis facies campi. Videres ibi alios cadentes, alios fugientes, quosdam se abdentes inter ramos arbustorũ, patatos tendere supplices manus, cutiores alios latebras in præruptis petrarum fissuris quærere, nõ paucos in servitutem trahi, quibus videlicet prærer spem parcerent erudeles lieet illæ ac in ædes promptæ manus, satietate sæviendi, aut emollientę quodam
C miserationis humanæ sensu; in tam subitâ conversione fortunæ. Fatale autem ingruerat exitium cunctis pariter rebus, corporibus, pecunijs, armis, equis, vestibus ipsis miserorum, quibus si fortè commẽdatis communione generis condonaret vitam misericors humanitas victoris, à spoliandis tamen ijsdem nihil avaritiam tempus suum nactam avertebat. Itaque passim congestarum avidâ spoliatione vestium magni & invicem ferè pares nnicuique Italorum acervi constabant. His in campo gestis, rapacitas in stativa de-
D solara fugâ Exercitús ineubuit. Tabernacula portatilesque domos illic Proceres Romani militantes, Despotaque in primis, pro copiâ cujusque magnificè instructas habuetant. In has prædatores versi, multùm inde divitiarum exportarunt. Pocula enim illa, qualibus Ptincipes utuntur, exquisitam suppellectilem, arma, equos, alia instrumenta usûs familiatis, totumque illum speciosè delicarum apparatum superbæ regiæque luxuriæ convertentes exhausertunt, avarâ usque ad pulvisculum diligentiâ: Siquidem
E ipsos quoque aculeos calcarium sedulò colligentes apponebant lucro; tali sueeessu demonstrante manifestè quàm prudens vorum fuerit Antisthenis omnia Hostibus optantis bona, præter mentem. nam cui consilium defuerit, ejus thesauri quantivis in prædam sapientiori cedent. En millia Bellatorum toties multiplicata, ut Myriadem non unam conflatent, ita evertit afflixitque momentò consilium hominis nnius, ut tot illi ae tanti ex heri opulentis, & copiâ rerum usque ad luxum & delicias circumfluentibus, hodie humiles, egentes, vagi palmas porrigerent, non mendicitate magis, quàm professione

dede-

dedecoris proprij, quos sua ipsorum socordia debellassent. Nimirùm Ducem Exercitûs sortem quidem, & vitam quoque ac sanguinem pro gloriâ victoriæ paciscì certum: sed præterea vigilem ac futuri providum esse oportere, semperque acri solertiâ intêtum, ne quis inopinatus ingruat casus. Id enim officij omnis Præfectura, maximè autem militaris, sustinet. Ad hoc, inquam, tales in summo collocantur, ut longe prospiciant. An enim speculator in culpâ est qui non prævideritt, non præindicaverit perniciem ingruentem cujus observando appulsui constitutus in specula fuerit: Dux habebitur innocens, qui non præscierit non præcaverit insidias, furtivosque impetus sagacitate præoccupans, maturè obvians averterit: quod potissimùm ut faciat in id evectus fastigium est? non profectò. minimè id inquam: nec de hoc quisquam qui sapiat dubitaverit. Cæterùm ut hunc inopinatissimum casum strenuè, ut solet, in omnes latè partes fama vulgavit, varios in varijs repens nuncius excitavit animorum motus. multos gravi dolore affecit: non paucos usque ad stuporem perculit: quibusdam lætus accidit, & risum, nostro ludibrio, movit. Denique non defuerunt qui ex meru, quo priùs tenebantur Romanæ potentiæ, in contemptum transirent: & præcipuum Copiarum Imperij robur excisum dilapsumque gratulantes, delendarum quoque reliquiarum impetum caperent. Nam Latina Classis quæ ad Euripum stabat, navium panlò minùs triginta, sic animis aucta est auditâ nostri terrestris Exercitûs clade, ut non dubitaret triplò numerosiorem Imperatoris navalem Exercitum, stationem tunc circa Demetriadem habentem, incursu repentino aggredi. Inspirabat alacritarem in audax consilium certa fiducia pari fortunâ utendi maritimo quoque prælio. Persuaserantque sibi si perculsis incommodo terrestri, & recenti clade territis infesti supervenirent, specie ipsâ sui præsentique occursu debellaturos, potiturosque mox navibus, portu præsertim inclusis, & per angustias explicare sese in navalem aciem non valentibus. Et parùm abfuit quin spei compotes fierent. momentoque ingens periculum summæ illic rerum fuit. Cujus cum esset rapidm indicium perlatum ad Ioannem Despotam in locum cui nomen Drimianis, fugâ receptum, is quamquam plenus cladis & pudore mœroreque confusus, excitavit sese tamen, haud molles admovente stimulos justo metu, ne si novus iste quoque succederet ad votum Hostium conatus, non solùm accepto jam incommodo fatalis cumulus adderetur, sed ulteriùs quoque, usque in irreparabilem Imperij tuinam damni pernicies excederet. quid enim timeri mitius poterat, si Classis, sola tunc pars virium Romanis salva, delererur. Hâc solicitudine instinctus ex effugio illo ac latebris erupit suis: & quod Drimianim ac Demetriadem interierat iter bidui unâ nocte pervolans, rapris secum, quas colligere potuerat, reliquijs Exercitûs terrestris, extremo jam discrimine periclitantem Romanam ibi reperit classem. Apparebant ab alto expeditæ ad invadendum prælium hostiles naves ordinatæ seriatim. Stabant ex adverso Romanæ productis in Decadas versibus, acie per multiplices ordines profundâ; cujus quæ frons erat Decas prima committere jam ceperat, excipiens primum impetum irruentium visummâ Latinorum. In his decem nostris Princeps erat ipsa Prætoria, quâ vehebatur Philanthropenus Prorostrator, unde etectum prominebat, de more altè conspicuum Sceptrum Imperij. Ea expediro ante omnes procursu miscuerat se Hostibus, strenueque dimicabat, imitantibus pro virili novem cæteris. Verùm cum in unam illam extra ordinem evectam, undique Latini coorientes, conatibus pro se quisque vehementissimis irrumperent, non sustinuit vim atrocem ad extremum, admiltgne victores, qui eluctari constantiam resistentium fortissimè nostrorum, trucidantes adversos, dejicienres obvios, miserabilem edidetunt stragem. Tunc multos absumpsit consostos gladius, multos hausit in aquam delapsos mare. Alij tamen adhuc, licet semineces vulneribus, ad finem usque resistebant. Proroſtratorem ipsum multis petierunt telis, quæ quoniam perferre ictum in corpus nequibant validâ ubique protectû armaturâ, gladijs per rimas & commissuras armorum insinuatis, sævè illum excarnificabant per intima sodienres. Id verò animadversum ab aliarum militibus navium, acerrimis & ipsarum insultibus laboranrium, fregit denique pertinacem in id loci constantiam, tristi & immedicabili injectâ ex desperatione formidine. quando appatuit è littore Despora manus tendens, ac supplici clamore vociferans: starent adhuc animis: En adesse sese Despotam auxilia ferentem: occasionem adesse reponendæ Hostibus cladis nuperæ, si paulùm modò conniterentur. Hæc loquens vultu, oculis, manuum protensione commonebat è terrâ intuens in navibus pugnantes, nutu, gestu, omni præterea significatione indicans adducere se auxilium prævalidum mox moxque adfuturum. Id enimverò plurimum valuit.

A ἀγχίαν αὐδὴν καταφάσκοντο. ὁ δὲ τῆς ἀξυνετοχίου ἀλιάσιν ἀκμὴν παλαιὸν ἀσυστέμπτε δὲ ἀσυστεβοήθ, καὶ φυσικὴς δὲ χαμαὶ ἀσυ ἄμωμον παρεκάλ, ἐφ' ᾧ μὴ σφαλεὶς δὲ τὲ ἐκέ. ὡς δ' ὅδε ξυεγδ ἐκείνοις ὁ κίνδυνος ἦεν, ἄλλως ἔγνω ἀξυκαλεῖν καὶ ἀκμὴν ἱκετηλάν, 'αὖτις δὲ τῷ ἔναντιῳ χαμαὶ, ἐκ δὲ τῆς ἀδῆς ἐκαπέφθε αὐτασίους, πολλοὶ ἀδ πεδόντων ἦεν, καὶ θαλάσσα φέεν ἅμαπ.

B

Nostri

Nostri milites à notâ facie ac voce, novis receptis animis, instar aprorum, qui circumventi venabulis in ipsâ morte dirum frendent, haud impunè trucidabantur. Interim ijs subsidio Despora, piscatorijs fortè navienlis repertis, lectos bellatorum manipulos submittere; vocibus parirer & signis procul, nt ceperat, animare; concitare in ultionem, admoncre ultimum id rempus, fore servandæ Romanæ rei, baud dubiè perituræ, si offensioni terrestri clades maririma superveniar. Hæc ardentissimè agens lieet, parùm proficiebat. intendebatur enim periculum, & parùm à conclamatâ pernicie res aberat. Ille conspicatus magis magisque Romanos cadere, congeminari cædes, coacervari cadavera suorum, decoloratum cruore pontum, ineluctabili vi ruere victores, aliunde jam ratus auxilium quærendum, Dei opem veniamque ardenter invocat quàm demississimo habitu supplex: non frustrà, ut mox videbitur.

CAPVT XXXII.

Vt mari Protostrator Philanthropenus Italos magnâ pugnâ vicerit, adiuvante à terrâ Despotâ Ioanne.

quidquam in eâ cutâ neglecturum ſeſe cer- „
tò conſiderent. Tribus demùm ſoliſ capi- „
tulis totum hoc concordiæ cum Eccleſiâ „
Romanâ negotium contineri, *Primatu*, „
Appellatione, *Commemoratione*. Quorum „
unumquodque, ſi quis rectè conſideret, in „
vanum abiturum appareat. Quando enim „
venturus Conſtantinopolim Papa Prima- „
tûs iſtius ſui, ac præſidentiæ præſens ſit „
poſſeſſionem aditurus? quem autem pu- „
tarent cauſam hîc dicentem provocaturum, „
Romam, & tanto intervallo vaſti maris, „
lite illuc ſequendâ, jus ex provocatione „
cognoſcendi aſſerturum Romano Ponti- „
fici? Memorari autem Papam in noſtro „
Primario & Patriarchali Templo, in altero „
ità illo veſtro Magno, ſacris operante Pa- „
triarchâ, quid utiq; à recto exorbitans vi- „
deri ſapienter æſtimâtibus queat? An latet „
prudentes rerûm quàm obſequioſis accômo- „
darionibus conſueverint Patres libenter „
redimere publicas utilitates exemplo uti- „
que ipſius Dei non indignum majeſtate ſuâ „
rati, accommodare ſeſe nobis uſque ad ſu- „
ſceptionem humanæ naturæ, & in eo ipſo „
noſtrorum ſimili aſſumpto corpore perpeſ- „
ſionem Crucis & mortis. Quâ benigniſſi- „
mâ ſupremæ Divinitatis carne indutæ ad „
noſtras miſerias demiſſione Orbi univerſo „
patata ſalus eſt. Ita mirifica res accommo- „
datio eſt. Nobis igitur adeò non imputa- „
bitur ad culpam, ſi periculum impendens „
ſimili accommodatione declinavetimus; „
ut potiùs eo nomine peritis rerum, & per- „
ſpicacibus commendandi ſimus. Vos verò „
etiam Epiſcopos, qui tam juſtis adducti „
cauſis nobiſcum ſentiunt avetſamini, ut „
audio, & Eccleſiam conamini ſcindere: „
imò Nobis, ut fertur, malè precamini. His „
providendi nunc tempus eſt. Et ante om- „
nia explorandi ad liquidum quid vetè in „
re ſit: ut & Vobis quid Nos velimus, & „
Nobis quid Vos aut cogitetis, aut egeritis „
mutuò petſpectum, plenâque ſingillatim „
explicatum notitiâ conſtet. Neque enim „
talia vel nobis audire decorum eſt, vel vo- „
bis ſecurum loqui; & falſum incentere po- „
pulo metum quaſi Nos ulteriùs quàm præ- „
ferimus ſimus in hoc pacis negotio proceſ- „
ſuri: & in animo habeamus mores etiam, „
& titûs noſtros commutare cum Latinis, „
ac per omnia idem cum illis profiteti. „
Hæc ad liquidum, utì dixi, explorandi nunc „
tempus eſt: dabimuſque operam, ut de ijs „
planè conſtet. In præſens conſilio veſtro „
egemus; quare, dicat unuſquiſque quod ei „

vide-

» videbitur. Tantùm ne nimis indulgeat A
» proprio affectui, sibi unicè placens: sed
» cum sit Ecclesiasticus, Ecclesiasticè lo-
» quatur; quod enim nos urget, unum est:
» effugere periculum, inevitabile ni hæc fa-
» cimus; quantum autem id periculum sit
» quisq; apud se cogitans æstimet prudenter
» priùs, & sic quid opus facto judicet dicat.
» Certè nos, absque isto periculo foret, ista
» non moveremus. Inutile autem fuerit,
» vestrum quempiam totâ istâ de re delibe-
» randi, quasi jam integrâ, judicium sumere. B
His, ant hujus sententiæ verbis cum delinire
fategisset Imperator præcellentes in Eccle-
siâ, illi ante omnia crimen diluere curarunt,
quo erant insimulati maledixisse Principi;
id enim valdè ipsis indecorum, nec minùs
alinnde periculosum arbitrabantur. Quare
» id confestim inficiari sunt: & se ad quævis
» subeunda paratos supplicia obtulerunt,
» si verè de hoc convincerentur. Diffidere
» autem sese ab Episcopis; qui contrariam
» amplexi sententiam essent, ultrò sunt fassi: C
» sed id non esse inconveniens dixerunt;
» cum valdè esset consequens, contrarios
» eorum esse sensus, & sermones, quorum
» essent facta contraria. Cæterùm in hoc
» diffidio versatos citra maledicentiam in
» adversarios, quidquid ipsi falsò quererен-
» tur; & citra exprobrationem ullam mu-
» tatæ sententiæ. Judicij enim proprij quem-
» que arbitrum esse: & quod quis hodie
» non probaverit, cras fortè præferet, atque
» amplectetur. non inconstantiâ, vel for- D
» tuitâ levitate sese versans: sed momenta
» rationum sequens. Credere sese illos An-
» tistites, qui sententiam mutassent, aliquid
» vidisse quo moverentur ad propèndendum
» in partem alteram, feciseque in eo ipsos,
» quod sibi expedire judicassent: neque
» censere istâ in re ab ipsis contra conscien-
tiam peccatum. Quod verò Imperator ipso-
rum de his sententiam rogaret, ad id sic re-
» sponderunt: Primùm sibi per sacros Ca-
» nones non licere deliberare de talibus, E
» qui Patriarchæ subessent, ejusque sequi
» judicium, & præceptis obtemperare de-
» berent. Quare non habere se, quod in
» commune dicerent. Posse autem quem-
» que privatim interrogari. Sic enim metus
» scilicet nullus tardabit singillarim interro-
» gatos à Majestate Tua, ne, quid ipsis in
» mentem venerit, proferant super ijs quæ
proponentur. Fecit hoc statim Imperator:
& eorum, quos privatim audivit, alius tria

σφᾶς περὶ ὑμιερίας ἐποίμιος διδάσκων, ἀ ἀληθῶς ἐλέγχοιντο. Ὃ δὲ περὶ τοῦ Ἀρχιε-ρέως ἀφαιρεῖσθαι, μὴ ἔτι τὴν ἀποκόπτων, ἔλε-γον. διὸ μόνους γὰρ ταῖς πράξεσι, τοὺς λόγους ἐναντίους ποιεῖσθαι, τὴν λίαν ἀκολάστων ἔτι. πλὴν ὑ κακολογοῦντας, ὡς αὐτοί φασι, κρί-πλὴ καταβῆναι ὀναδίζοντας σφίσι. γνώμης γὰ ἰδίας ἕκαστον ἔτι κύριον, κρίνειν ὑ σύμερον ὑ δεῖν ἴσης, αὔριον ἴσως στέρξειν ὑ ἀναπόσθ, ὑ παλίμβολόν τινα ὄντα κ χῦ ὃ τυχὸν ἐπιτε-πόμενον, ἀλλὰ λογισμοῖς δουλεύοντα, ἐπά-νων μεταλαμβάνειν ἐς ὅπ ὑ δόξοι συμφέρ κρίνειν αὐτὸς παρεῖναι, κ τοῦτ ἔτι ὃ μὲ ἐξῆν ζημιοῦσθαι, ὡς παθόμεν. ὃ γ δεῖ τὴν προ-κάμνειν ἡμᾶς ἐρωτᾶν, προτρέπ μ, ὡς ὑ μετὰ ἡμῶν τὰς δεῖ ζώντων εὐέλπεις ὑπ Καισά-ρων, ὑπὸ Ἀρχιερεῖ πλοῦσι ὑ ὀφείλουσιν ἕπε-σθαι, τί χρὴ ὑ λόγῳ. πλὴ ἀλλ ἕκαστος ἰδίᾳ καθ αὑτὸν ἐρωτάσθω, κρίνει ἴσως φοβ ὑδενὸς τῆς σῆς Βασιλείας εἰς βουλὴν παρηκό-σης ὃ παρεκάμνειν, λόγῳ ὃ παρεκάμνειν. πῶς τοίνυν ἐρωτηθήσειν, ὁ μ, ἀπέλεγε κρί τὰ ζῶα, μηδὲ γὰ τοῦτον καταλαβὼν ὅλως πλὴ Ἐκκλησίαν ἐνί χρησθήσειν κ μόνῳ, χρῆναι ὃ διατηρεῖν κ τοῖς ὀφ ὠφεσθήσειν ὃ δὴ σφᾶς ὑπ τὴν παρεῖναι παραλαβ. εἰ δ ὅπως εἰ κίνδυν, αὐτὸς μ μὴ χρεὼν φερπάζειν, πλὴ μὴν τῇ διχεῖ. δὲ γε Κεκτῆσθαι, μὴ ἀνιέναι μηδὲν τὴν εἰς μέριμναν ἐκπεσεῖν, ἀφ ᾧ ἀκινδύνως κίνδυν ἄλλως ὀκφύγοι-μεν. οἱ δ ἄλλοι περὶ μόν ἐδίδουν ἐκκλῆσθαι, ὡς αὐτοῦ γε μόνου εἶον τ ὄντων ὑποκριθῆσθαι, κ ᾠήμ ἔξῆν κ ὄνομα, πλὴ τὴ προτίθεσθαι· μνημόσυν δὲ μετεῖναι τῷ Πάπᾳ δεῖν τι ἀφαιρεῖσθαι, ὅτι Συμβούλῳ κρί ταῦτα Ῥίπτειν, μὴ ὑ τὴν λίαν ἀπειρη-μένων λῦ. ἑ δὲ Ξιφιλῖν μέγας Οἰκονόμ ὢν τῷ πάπ, τῷ γήρᾳ τι ὑ τῇ περὶ Βασιλέα σωφροσύνη πεθών, ὑ προστιμήσ σα-θεὶς, καί γε τὴν γονάτων τῶ Βασιλέως ἀπλό-μεν, μὴ ζητῶν ἀναχαιτίζειν ἀλλάξει πολεμ, ἴδιον καθ ἡμᾶς αὐτὸς προστι-νοεῖν· μὴ δὲ γὰρ εἰρωνεύσθ πάντας, κἂν ὑμῖς φῶσιν εἰρωνεύσεσθαι.

ex æquo cuncta Capitula rejecit, nullum eorum accipi ab Ecclesiâ posse contendens,
» quæ uni supremo capiti Patriarchæ suo parere didicisset. Oportere autem tenere, &
» transmittere ad posteros, quod à Patribus accepissent. Pericula porrò, quæ impendêre
» dicerentur, sui privati muneris non esse alio modo prævertere quàm orationibus pro eo-
» rum amolitione Deo fundendis. Principis verò id solum postulare officium, ut is nihil
» politicæ bellicæque solicitudinis omittat quæ præcavendis malis, & Reipublicæ ab ijs
» incolumi servandæ profutura videatur. Erant nonnulli, qui duo priora capita Primatum,

& Pro-

& Provocationem ſine magno damno relaxari poſſe dicerent: quippe quorum neutrum „ ultra nomen, & ſpeciem ad factum procederet: ſed ſub obtentu vano ſubjectionis nſten- „ tatæ non exhibitæ re ipsâ, integram, nec ullo interruptam uſu Græcis ſervaret juris ha- „ ctenus uſurpati poſſeſſionem. Longè ab his diverſum videri abire tertium de eommemo- „ ratione Papæ in ſacro. Pet id enim induci jus in uſum; & verba facto ſanciri. Tum enim „ vero id concedi, quod tam nbnixis hactenus ſtudijs recuſatum à noſtris ſtmper eſt; ut ſci- „ licet palàm in noſtram communionem admittantur ij. quos cñſtat in ſcripturam publicam, „ & eam qnidem ipſam, quâ Fidei regula traditur, nempe in Symbolum, auſu intolerabili „ peccaſſe. At Xiphilinus Magni tunc Oeconomi nfficium exercens, eâ fiduciâ, quam ei au- toritas ſenectutis, & multa cum Imperatore familiaritas dabat, eum orare ſtans aggreſſus, mox etiam procidit coràm ad pedes, & genua Principis amplexus his eum obteſtabatur: *Vide etiam, atque etiam, Domine, ne ſatagens nmnis anxiè avertere à Nobis externum bellum, inteſtino difficiliori Nos impluas, cum eoque pacem pariter utramque, Eccleſiaſticam & civilem perdas. Neque enim vel ſi Nos in hanc pacem conveneritmus, in pace illi ſcilicet cunctli perſtabunt.*

CAPVT XIX.

Vt calumniam paſſi Clerici quaſi parùm fideles Imperatori eſſent vexati eo nomine fuerint.

Ἐν τούτοις τῆς ἡμέρας τελουθείσης ἐκεί- A νης, ὑποχωρῶν ἐφ' ἡμέρας ὁ Βασιλεὺς, ἐς μαθὼν ὡς ἐν κλύδωνι τὰ τῆς Ἐκ- κλησίας εἴη, ᾗ εἰς ⓦ ἕνα ἑ ἀδελφὸν ἔχειν ὁ δῆθεν ἀντίδικος ⓦ ὑποκλίνοντα, ἀφῆκεν μὲν χειρός τε ἀπ ⓦ, ἀπὸν τὸν πρὶν Βασιλέα δίκαια ἔχοντα, ἐκέλευεν ὑποχω- φεῖν, οὐκ οἶδ' ὅτι πολὺ χρείαν, πλὴν τῇ δόξαι χεῖν τῆς Ἐκκλησίας ὑποσημαίνοις, καὶ οἱ ὑποθέσεις ὅ ἀμφότερ ⓦ ἀχ ⓦ. καίτοι- B νοι ἀσθύμως ὑπεῖχεν ⓦ, ὅ, πρὶν ⓦ Ἀβραὰμ τῷ Θεοῦ, ⓖ εὐλογῆτε σε εὐλογη- μένοι, ἐ ⓖ καταρώμενοί σε κακατήραται. ἔπειτα πέμψας οὗτ ἰδίους, οἰκίαν ἐκείνου κα- τέψηλάφη. ὃς' αὖ πω, ὅς τε ἐ ἐκεῖ. καὶ ἡ πρόφασις, ὡς αὐτὸν μὴ εἴη ⓦ καταχόντα τὴν πόλιν, ἐ πρὸς τοῖς ἄλλοις, αὐτ ἐ μόνα καὶ τὰς οἰκίας εἴη, ἀποχαρίζεσθαι δὲ ταύτας τοῖς δυνῶσι. τοῖς δὲ κατὰ τι ἀφιλονίκησι, ἐ C τὴν χάριν ἀναπράττειν. δίκαι ⓦ δ' εἴη καὶ τὰ τῷ ὅπισθεν χρόνου ἀναζητεῖν οὗτ ἐπικοινω- νοῦντας ἐποίκια. ἀνακεφαλαιοῦσθ πρὸ αὐτίκα, κόσμιά τε παντοῖα ἐ ἔπιπλα, καὶ πᾶν ὅτι τῆς ἔχει, ἐ ὅ μεῖζ ⓦ ἐκρίνοντο ἐ ἐς καθαίρεσιν. ἠζημίζοντο δὲ ἐ φορτίδες τῷ ἀποχίζεσθ οὗτ ἤδη κατακρίτες δεκούσας. ἀ μὲν ὦ καὶ μέχρις ἐλπομῆς τὰ νῦν ἠζημίωντο· ἀλλὰ ἐ πείρᾳ τι- νὲς τῶν νῦν μετῆκ ⓦ. ὡς οὗτ μὲ ἐς Λῆμνον, οὗτ δ' ἐς Σκύρον, ἄλλος δ' ἐς Κέω, καὶ ἄλ- λος ἐς Νικαίας πόλιν ἀποχίζεσθ· ἄλλος δ' ἀῶθις τῆς πόλεως, οὗτ μὲ ἀκτοίας, οὗτ δ'

IN his illâ conſumptâ die, per aliquot inde conſecutas nihil novi Auguſtus movit. Tandem videns tumultum in Eccleſiâ increbreſcere factionibus commiſ- ſis, dum unus alium in communionem non recipit; & qui fixus in antiquo ſenſu perſtat, eum qui novis propoſitionnibus aſſenſit, ut profanum averſatur, gliſcenti obviam ire malo decrevit in hunc modum. Ante om- nia ſcriptum concinnavit qun ſnlùm id age- re videbatur, ut fidem, & nbſequium Impe- ratnri à ſubditis debitum ſibi fi maret. ſub- ſcribere illi juſſit unumquemque, haud ſcio quem ad uſum: niſi fortè ut ſubſcriptiones Eccleſiaſtieorum expreſſiſſe tandem ipſum famâ vulgante, multi putarent ipſos ad nm- nia aſſenſos, qui ſcilicet ignorarent, nihil Eccleſiaſticum eo ſcripto contineri. Promp- tos ſe paſſim ad illi ſubſcribendum formu- læ Eccleſiaſtici præbebant: Prolixè Impe- ratori benè precantes, verbis illis Dei ad Abraamũ: *Qui benedixerint tibi, ſint ipſi be- nedicti: qui maledixerint tibi, maledictioni ſub- iaceant.* Poſt hæc immiſit ſatellitium ſuum paſſim in dnmos ſcrutatum, & contrectatum odiosè intima; ſine diſcrimine innocentis, aut culpati. Allegabat, ex quo ipſe Vrbem ex Hoſte ceperit, in ſuum proprium jus tran- ſiſſe Dnmos ejus univerſas. Harum patrò uſum citra pretium indulgere ſe fidis ſibi: ſuſpectis autem, & quadam in re ſibi parére abnuentibus iſtam nolle gratiam facere. D Sed & ex his jure ſe ntentem ſuo pretium locationis reſpondens conceſſæ habitatinni tnt retrò annorum tepetere. In ſummam er- gò conferebatur pecunia debita pro uſu æ- dium ab annis jam ante multis; & ejus præ-

sens solutio exigebatur, idque peracerbè pignoribus statim captis; & eo nomine ablata familiari suppellectile. Ita corradebatur quidquid ornamenti, aut pretiosæ rei cives in ædibus habebant. Naves etiam parabantur, quæ illos, qui jam satis ejus criminis comperti, damnatique viderentur, in varia exilia deportarent. Nec jam iu minis, aut solâ expectatione mala hærebant: sed in præsens illorum experimentum miseri trahebantur: quorum aliqui in Lemnum, alij in Scytum, nonnulli in Ceum, quidam denique in Vrbem Nicæam relegabantur. Alij passim exterminabantur Vrbe, vel jussi excedere nominatim, vel sponte neeessitatem præverrentes. Quibusdam quoad adhue deliberarent, usque ad Selybriam, & Rædestum exilio præfinito, nonnullis citra portum qui ad Pharum est: quorum multi malo ad assensum tracti, professique se paci acquieseere, postliminio revocati redibant domum.

A ἑκόντας ὁρίζεσθαι· ἄλλους δὲ μέχρι Σηλυβρίας καὶ Ῥαιδεστοῦ· ἵνας ὃ καὶ ὄντος τοῦ κατὰ Φάρον λιμένος γνωσιμαχησαντας, ὑποκλίναι τε καὶ ὑποστρέψαι.

CAPVT XX.

Narratio supplicij atrocis irrogati Rhetori Ecclesiæ; & de eo lamentatio Historici.

His addatur narratio de Rhetore, atrox quædam, & tertibilis etiam spectantibus; multò magis patienti. Quamquam hæc quidem res non hoc tempore contigit, sed paulò ante. Referemus autem hoc loco, conjungentes similia similibus, gravia gravibus, in specimen exceltæ tunc violentiæ. Heu, heu miseros nos quòd tanta passi, ab his qui posteriùs venerunt, quorum in hoc toto negotio nec facies visa, nec audita vox est; qui quòd nihil passi sunt obscuritati suæ, vilitatique B debnerunt; utique non tanti habiti, ut curare de ipsis, aut omninò cogitare dignarentur qui hæc movebant: ah his, inquam, nos judicabamur; & quid dico judicabamur; nunc quoque judicamur. Vos alloquor ò Ecclesiastici, ubi stanres, aut quò progressi, aut quid omninò in communem utilitatem operati? Sed vestra hæc culpa non est. Illi sunt reprehendendi, qui ista acceperunt. quamquam est alind majus quod ijs suecenseamus. Non enim roleraſſe, vel approbasse conrenti quod alij agebant, in partem ipsi injuriæ venerunt; ipsi in nos infesti tuerunt, ipsorum, auxiliarem operam nostris oppressoribus navantium, experti vim sumus. Sed querelarum satis. Id potiùs quod susceepimus agamus: Nam rei novæ, inopinatæque referendæ hoc tempus elegimus. Dies erat Ecclesiastici conventûs in sacro Palatio. In sacrum eum Cœtum collectum fuerat quantum erat tum in Vrbe Sacerdotum, & Monachorum. Aderat & Patriarcha cum uni- D versâ Synodo. Deliberationis argumentum erat propositum, pax Ecclesiarum illa, de quâ institutæ tractatio fuerat. Considentibus jam cunctis, & dignatis honore Cathe-

Τοιούτοις παραπλήσιον καὶ ὃ τῷ ὄντι ἐπὶ τοῦτο δίηγμα, φοβερὸν ἐν ἰδεῖν, φοβερὸν δὲ καὶ παθεῖν. πλὴν οὐκ ἐπὶ τούτου τοῦ καιροῦ γεγονὸς, ἀλλὰ παροιχωκός. συναπτόμεθα δὲ τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια, εἰς πλῆθος τῆς τότε βίας παράδειγμα. αἰαῖ, ὅτι καὶ πολλῶν παρόντες, τοῖς ὕστερον ἐλθοῦσι μηδὲ φανῆναι, μὴ λέξαι, μὴ παθεῖν, μόνον δ' ἀφανεῖς κρυβῆναι, καὶ τῆς μηδεμίας ἀξιωθῆναι φροντίδος χάριν, ἀπολωλέναι ἐνομίσθημεν. ἔπειτα δὲ, ἐκρινόμεθα. ὑμᾶς ὦ ὅστοι ἐστὲ τῆς Ἐκκλησίας προϊστάντες, ἢ ποῦ ἐστε; ἢ τί καὶ χρήσιμον ἐνδεχόμενοι; ἀλλ' οὐχ ὑμῖν, τοῖς δὲ δεξαμένοις ἢ μέμφεις, καὶ μᾶλλον ὅτι κακόνους ὑπηρεμένοις ἐχρώμεθα. ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα ἄλις. ὑμῖν ὁ καιρὸς ὃν καιρὸν διηγεῖσθαι δίηγμα. ἡμέρα ἦν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνακτόροις συνάξεως, καὶ ἡ σύναξις ἱερά, ἐν ὅσοι ἐν Ἱερεμονάχοις καὶ Μοναχοῖς πάνδημον. παρῆν δὲ ὁ Πατριάρχης, καὶ ἅπασα Σύνοδον, ἡ ὃ σκέψις, περὶ τῆς κινουμένης ἐρίδος ἑκάστης. τότε γοῦν καθεσθέντων, καὶ θέντων δ' ὅπη καθέδρα, καὶ ἀμφοῖν τύπου, ὡς συναγωνιζομένοις τῷ Βασιλεῖ, τῷ τε Ἀρχιδιακόνῳ Μελιτηνιώτῃ, καὶ τῷ Πρωτοασηκρήτῃ Κυπρίῳ, ὁ ῥήτωρ Ὀλόβαλος ἵστατο, παρεσκευῶν τὸν λόγον Βασιλέως ἐπιχώρησιν. ὡς δ' οὐκ ἐρίζετο ὅπη καθέδρας καὶ αὐτὸν ἔζεσθαι, ἔζετο καθῆκε, ἐπεὶ δὲ λόγων κινουμένων, καὶ ὁ ῥήτωρ ἐζήτητο, καὶ χρήσιμος ἐδόκει ἡ παρουσία ἐκείνῳ, ἀνέζητε

τὸ τε

τὸ π καὶ παρίσατο· ἐμοὶ γ, ὥστε δοκεῖν ἁμῶς πὰ περὶ Βασιλέα, ἀφ' ὃ ὡς δῆθεν τῆς ἀτιμίας ἐπείνης ὑπάρχω. οὐδὲν δ' ἐφειπόμενος ἔτι ἀπεκρίνετο, καὶ ἐλπίζόμενος πὰ περὶ χάριν λέγειν, ὀλίγος παλινῳδίαν, εἰς περὶ πὰ παρόντα ποιησάμενος τὸν ἀνατίαν τῷ Βασιλεῖ δῆλος ὢν βαδίζων. ὡς μὴ ζωιόσπλος ἐδαμῶ τῷ εἰς ζήτησιν παρακαμέν. καὶ ἀθρόος ἀρέσθαι μ τῷ Βασιλεῖ ὁ ἡμὸς, καὶ βοὴ λῶ, καὶ ὡς δύσνως ἀεὶ, δ τῷ φρονήματι ἀλλοκρότως, δ ὅτι ἐ παρ' ἄλλων αἰτίαν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦτο ὃ ἀεὶ δυστοκῶν, κ' ὃ δῆθ τῆς ἡνίας πέπαυθαι, ἀνιπαμένης τῆς πανῦς ἐπιτυθαι. ὁ δὲ ἀκέραιος πάνυ φιλοτιμίας καὶ δόξης καταφρονήσεως ἡμῶν ἄκαιρον μῖξας, τῶν τῆς πανῦς αἰτίαν ἐπαρρησιάζετο. ἢ δ' λῶ, ὡς ἐπείνου λόγον, ἢ περὶ τῶν παῖδα Γ'αϊνίου δ Βασιλέα εἶναι. καὶ ὁ μ ἔπαυ. ὁ δὲ περὶ Βασιλέα ὡς δῆθεν ἀνοήτως εἰς χάριν, ἀλλ' ἄλλοθι πόθεν ὑπιπνέοντες, ἡδέως πᾶν ἔφασαν. ἀλλ' ὁ Βασιλεὺς ὡς δῆθεν φιλανθρωπόμενος, διεκώλυε. καιρὸν εἰς ὑπόδικον θεὰς, εἰς ἐδίκαζε ὕστερον. ὁ μ οὖν ἔπως τῷ τῆ Κεχαριτωμένος ὀργῇ ὑποπλάσας, τῇ Ἐκκλησίᾳ παρεῖχε, δ παρ' ἀυτὸς ἐλπὶς σώζεσθ, ὁ δὲ λαβὼν ὑπόθεν ἐξιορίζει εἰς Νίκαιαν, ὡς ἐπ' ἀληθείᾳ δῆθεν εἰς τῷ τῆ Γ'ανίου διατελλων μοῖρ. ὅπου χρόνος πολύς τε, καὶ κινημάτων πρὸς τῷ ἡμετέρων, ἐπεὶ κἀκεῖνος ἦκεν τῷ δεδογμένων ἀπόπαιτον, δεξάμενος καὶ κατηγορίας μὴ παρασκευάσας ὑπὲρ ἀυτῶν μηδ' ὑποστειλάμενος ἄλλοθεν ἡμῶν νομίσας, καίπερ μὴ τιμωρίαν, ὑμᾶς γ δεῖξαθαι ὑπὲρ ἐξ περιόντα, πάμπαν ὑπὸ δεσμοῖς ἀγνῶ. καὶ παρὸν μ ἀναλῶσαι παράλογ καὶ ἀπαθρήσας αἰτίζεσθ. ἔσπερα γ ἐκείνου θράμβος ἀπεργάζεσθαι. χοίνιξ γὰρ μακρᾷ πραχήλων κελεύσας ὑδρίαν, ὑπέπιον τὸ παρὸν, καὶ Γ'αϊτίλιν Μελίαν δίδησ, καὶ ἕξις ἄλλον, ἕως κ' ἐς δέκα τῷ ἀριθμοῦ τῷ αὐθρῶν ποσωθέντος, ὕσπερ γ καὶ τῷ ὑπείνου ἀνιψιὸν εἰς τὸν τῷ μαγάλων δηθεν ἔνδειξιν, ἐδὲ μὴν δύο ἐδὲ παντὸς ὡς κ' δῆθ τῇ ὑποθέσ μὴ καταλύοντας, κ' ἐγκάποις παρβάπον δηφορεῖζ ἐμὲ αὐτὸς τοῖς ὑπείνου ἀγαχωρήμασι. καὶ ἔπειτα δὲ ἀγαφερόλως καὶ ὕπαιθρον παρβάπον κ' σῶμα κελδ. πλέσθαι ἐμὲ ἐπέχειρησεν, καὶ ὅπως αὐτὸ τῷ πόλιν ἅπασαν θραμβδομένης, κύκλῳ τῆς Ἐκκλησίας ἐφαλαγγεῖν, ἀπειλοῦντας ὑπέσι πλέον εἰς φόβον καὶ ἀπειλὴν τοῖς Κληρικοῖς ἐνδεῖν.

A dræ à præsenti Augusto duobus illis, quibus ad id negotium adjuroribus fidis ntebatur, Archidiacono Meliteniotâ, & Protoapostolario Cyprio, Rhetor Holobôlus stabat expectans, ut Imperator ipsum quoque jnberet assidere: sed cum id diù frustrà expectasset, exiens is in proximo eôsedir. Disputatione mox inchoatâ, requisitus est Rhetor, cujus opera præsentis profutura videbatur. Ille accitus adstitit: sed implacido in Principem animo; à quo se spretum omissâ delatione sessionis, penitùs indignabatur. Ergò interrogatus, primò præter opinio-
B nem siluit. Vrgente verò Imperatore, qui eum confidebar in suam, ut antea, sententiam locuturum: ille non dissimulans pœnitere se priùs actorum, & contrarias Imperatori partes deinceps secuturum præseferens, liberè affirmavit: *negotium quod proponebatur haudquaquam fore utile videri*. Perculsus inopinatissimo dicto Imperator exanduit, increpavitque hominem magnis elamoribus: nempe illum, vociferans, exprobrabat: *Non nunc primùm sibi infensum, ambignum tamdudùm, & in contraria versatilem, non aliâ magis causâ per opposita circumagi,*
C *quàm malevolâ libidine sibi obstando, quem pessimè odisset. Ferre illum istius sua malignitatis stigmata in naso*, illi videlicet olim abscisso in pœnam averti animi à Principe. Ea Rhetor audiens elatus inconsultâ irâ, quam ambitio impotens opinione contemptûs irritata, ultrà fas propulit, veram istius quæ sibi nunc exprobraretur pœnæ causam est. liberrimè professus; clarè dicens: *se naso mulctatum, quod Ioanni puero, legitimo Imperatori, fidem, & benevolentiam debitam præstaret*. Hæc eum locutum, qui circa Imperatorem erant, alij alinnde erumpentes, quòd
D sic ei gratificari se putarent, quasi discerpturi petierunt. Verùm eos Imperator affectatâ moderationis specie, prohibuit; pœnam non eondonans, sed in aliud tempus differens, ut postea apparuit. Rhetor autem iram Imperatoris veritus, ad Ecclesiam confugit, facto se asylo ad salutem usurum sperans. At Imperator blandis inde illum suasionibus extractum, perpulit, ut quasi animi gratiâ in Monasterium Hyacinthi se conferE rer, commodum videlicet diversorium: quo facto hominem humanè consulendi specie relegavit Nicæam, ubi erat id Monasterium situm. Nondum annus effluxerat, cum interhasce nostras de concordiâ Ecclesiarum motas ardentiùs controversias, certis comperto Nucijs Imperator Holobôlum è priori quod altiùs ostenderat judicio pacis istius consilium probante, palàm jam resilijsse, perindignè id ferens, aures facilè præbuit calumniatoribus indigna quædam, & à tali viro aliena de Holobôlo deferentibus. Quare occasionem eam commodam tatus simul in-

visi capitis nleisse ndi, simul deducendi nos ab opinione, quam de ejus, ut viri præstantis, autoritate doctrinaq; præclaram habebamus, adduci eum vinctum in Vrbem jubet. Hic primùm illum crudeliter immaniterque concidi flagris imperat, deinde novi hujus spectaculi per civium ora pompam traducit. Longum de collo trahentes funem primùm Holobólus, secundo loco Iasites Melias, tum alij continuâ serie virorum Decadem explentes, adjunctâ undecimâ muliere, Holobóli ejusdem nepte, ostentui tractâ velut magâ, per universam Vrbem, & peculiariter circa Ecclesiam fœdo triumpho ducti sunt. Et duo quidem priores quasi videlicet objecta sibi, & satis probata crimina pertinaciter negarent, intestinis ovium ipso adhuc fimo referris impliciti, onustique procedebant, addito in singularem Holobóli dehonestationem, ut per totam viam recinoribus earumdem ovium è ventre recens extractis, in facie continenter eæderetur. Quæ sic acta sunt non magis ad ignominiam infelicis illius, quàm ad deterrendos perstantes adhuc in pacis rejectione Clericos, quibus hoc exemplo luculenter ostentabatur, quantum ipsis in tali proposito perstantibus impenderet mali. Hæc gesta sunt ineunte anno die sextâ Octobris, Patriarchâ Arsenio sex priùs diebus quàm ea fierent, in Insulâ mortuo. Suprema enim illi dies fuit trigesima mensis Septembris. Porrò Clerici tali edito specimine iræ Imperatoris, proprij haud vanâ imagine periculi territi, rogarunt Imperatorem breves inducias, & ne in ipsos, aut decerneret aliquid gravius, aut omninò urgeret, quoad qui Romam missi fuerant inde Legati redijssent. Sed nihil impetrarunt, quantumvis ardenter orarent. Quin eis severè denunciatum est: inexorabiliter damnandum læsæ Majestatis, quicumque ipsorum non statim subscriberet capitulis concordiæ, quæ tractabatur. Quarum terror minarum cum quosdam in fugam egisset, veritos ne vi majori eogerentur facere quod aversabantur, jussu Imperatoris vulgatum statim ejus Diploma est, aureâ munitum bullâ; quo sub imprecationibus dirissimis, & juramentis horrificis contestabatur: *Haud in animo sibi esse ac ne primæ quidem cogitationis tenus venisse in mentem, adigere ulterius quemquam aut urgere inducereve ad admittendam, vel unius tota, minutissimique apicis adiectionem ad Symbolum. Contentum se omninò fore assensu cunctorum in tria dumtaxat capitula Primatûs, Provocationis, & Commemorationis, quæ & ipsa nomine solùm tenus, necessariâ quieti, ac securitati publicæ accommodatione, concedi cuperet. In hac ni obtemperarent pernicio sissima sibi quaque ac prorsùs exitialia mox à se ipsis eventura certum haberent*: quas minas quàm exaggeratissimè, atque asseverantissimè inculcans intentabat in illo Diplomate, quod scriptum & subscriptum, & aureâ præterea munitum bullâ, mittit Ecclesiæ per primum à secretis Neocæsariensem Michaëlem. Eo plerique persuasi securique effecti, subscripsere; quibusdam tamen adhuc tunc quoque id facere recusantibus; qui propterea in exilium missi, post aliquod tempus resipiscentes, assensu dato revocati sunt, & Ecclesiæ conjuncti; nemine jam ex Clero residuo, qui non consentiret in Pacem Ecclesiarum ad votum Imperatoris.

A ἐπεχείρει μὲν οὖν τοῦτα Ἐλαφοβολιῶνος ἕκτῃ μηνὸς τῆ ὀγδοηκοστῆς ἕκτης, τῆ Πατριαρχικῆ Ἀρσενίου πρόσθ, ἢ τούτου γενέσθαι ἡμερῶν ἓξ καὶ τριάκοντα μετὰ μαξαρίου· αὐτὸν οὖν τριακοστῆ Γαμηλιῶνος μηνός. Ὁ δὴ τῆ Κλειῶ κάδδω σφιστὶ αἰωρούμενος βλέποντες, καθεκόμενοι Κρατῆτα ἀνάγκαι ἀυτὸς τὶς ὀργὴς ἐφ' ᾧ πάσχως καθεδεῖν, μέχρι αὖ τρέσβεις ἐκ Ῥώμης ἐπανέλθοιεν· ἀλλ' ἡ σῆμα πολλὰ λιταυρούμενος, ἀλλ' αὖτις ἐκρίνετο τῆς πρὸς Βασιλέα καθοσιώσεως, ἵνα μὴ γε τὰ τῆς ὑποσχαφῆς πλοῖσι· ὡς δέ τινες ἀς φόβου καπέφαγον τῆ μὴ ἢ ἐκ πλέον προσβιαθῆναι ὑπὸ Βασιλέως αὐτίκα προσάντες, καὶ λόγος ἐκπέσειν χρυσοβύλλῳ, πλέον μὲν φρικωδέστατον ἀρᾶν, πλέον δὲ καὶ ὀρθῆν παλαμναιοτάτων, ἢ μὲν μὴ ἐκκλησιαστῆς πλέω; μὴ ἀφαιρεθῆναι, μὴ παρεγχεῖσθαι, μὴ δ' ὡς τοῦ ἐκλεῖπε μέχρι καὶ ἐς Κεφάλαιον μίαν καὶ Ἰῶτα τῆ Συμβόλῳ προσγενέσθαι, μὴ πλέον τῆ τριῶν κεφαλαίων, προτάσεως καὶ ἐκκλήτου, καὶ μνημοσύνης, καὶ τούτων ὅλη φιλοῖς ἐνόμασι κατ' οἰκονομίαν ζητῆσαι, ἢ δ' οὖν ἀξιῶσι καὶ προῖδεν γένεσθαι, ἐς τὰ φοβερώτατα ὑποσχεῖν. τοῦτα μὲν καὶ ὑποσχέσεις, προσῆσι δὲ ἐς ἐγγλυφῆ χρυσῆ καταστρεψαμένῳ, πεμπτῆ τῆ Ἐκκλησίᾳ ἀφ' τῆ Πρωτοσυγκέλλου Νεοκαισαρείας Μιχαήλ. ᾧ δὴ καὶ βεβαιωθῆναι, ὑποσχέσεων, αὖθι ἐς τοῦ πάνω. οἱ δὲ καὶ ἀξιωθέντες, μὴ καιρῷ συγκαταθέμενοι, καπέφυγον καὶ ἐνοῦσθαι τῆ Ἐκκλησίᾳ, ὕστερος τῆ τῆ Κλειῶ ἀλλεύσαι.

B

C

D

CA-

CAPVT XXI.

Vt Legati Imperatoris in Mari periclitati fuerint.

Ἀλλὰ ῥητέον καὶ τὰ τῶν πρέσβεων. Ἐκλύει γὰρ ἔξω καιρὸν πλέουσιν, Κρητὶ γὰρ ἐρχομένοις μόνος τῆς ναυτὶ ἐμβαίνειν ἀπείρηται, τοῖς ἀπὸ τῆ Μαλέᾳ, ὃν καὶ ξυλοφάγον καλεῖν εἰώθασι, λήγοντος τοῦ μηνὸς γόνου. Ἐν τῇ ἑπταμηνίῳ τοτε μεγάλη πέμπτη ἑσπέρας ναυαγίῳ χρησθαι νηῒ. αὐτίκα γὰρ, ὥδινι μὲν ἡ θάλασσα, καὶ καταβαρεῖ Ἑλλησποντίας λαμπρὸς, ζοφῶ τε φέρων γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον κάλυψε. Ἐν νυκτὶ οὖν γενομένῃ ὀρεινῇ, ἀλλ' ἰδεῖν τὰς ἀληθείας νυκτὸς ἡ σκιὰ γῆς καὶ ζοφώδης, πλὴν ἀστέρων τε καὶ ἁλμυρὶς ἧς αἰείρων, ἣν ἐπὶ τοῖς αἴρουσα ἐκαπασάσα ἐ σύγχυσις ὅ Νότου ἐπιόντος τῆς θαλάσσης, καὶ Νότος ἐφοπλίζων τοῖς πλέουσι κύδωνας. Πρῶτον μὲν οὖν διέχεε ὁ κλύδων τὰς νῆας ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἃς ἐν ὑπαίθρῳ οὖν ἔχομεν εἰδέναι τὸ πρῶτον ἀρὰ ἑκάστοι. ἐνέδωκεν γὰρ τῷ κύματι σφοδρὸς πλημμυρὴς ὅπου πρῶτα πάντων ἀγκύρας καὶ φέρει. ὅθεν καὶ ἐκεῖ Γερμανοὶ καὶ μέγαν Λογοθέτην ἀνώθουν τὸ πρὸς πέλαγος τοῦ πρύμνη καὶ ζεύγλαις, τῷ πελάγει παραδόντες, σφωῒν ἢ ἔχῃ σῶν λοιπὸν. ὀκνοῦσι γὰρ μικροψυχοῦντες ἀλλὰ κάδωνος, καὶ τῇ ξυρᾷ ἐκλὺς ὕστερ ἐλπίζοντες σωθήσεσθαι εἰ λιμένι ἐντύχοιεν, τοῦ γοῦν μὴ ἐφυλάσσοντο ἀπὸ ταύτης δεδιότες κύδωνος. πλὴν δ' ἀλλ' ὅ ἦν παλαιὸν τῷ πελάγει ὀλίσθου. ὅθεν καὶ ἔχ μικρὸν τῆς φορᾶς τῶν κυμάτων ὑπεικούσης τῇ κυβερνήτῃ, ἀφανὲς ταῖς ἀκταῖς προσπαίσαι, ἐ ὅπως ἀντόνεως καταδύσονται· δύο γὰρ ὀκλάδα βασιλικὰ καὶ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας πολύτιμον ὀκτώτοιοι ἀνδρῶν συναπεδύσαντο, ἑνὸς ἐ μόνου ζῳοποιηθέντος, ὃς δὲ καὶ Ἄγγελος, ἐκ γόνατος τῆς συμφορᾶς, ἐ ὅτου μὴ οἱ ἀμφὶ σῶν ἄγχοῦσι ἄζωπολωλότες ἠκέλλοντο. ᾧ ὃ σὺν ἐκεῖ τὸ Ἐκκλησίας καὶ μέγαν Λογοθέτην τὸ νύκτα πᾶσιν πρὸς τὸ κῦμα πρός τε θάλασσαν διαναυμαχοῦντες, καὶ πολλάκις ἐκλὺς ἐλθόντες τῇ καπεδύναι, μόλις, καὶ ζωὴ πολλῇ εἰσῃ, ὑπαναλαζόσης ἡμέρας πρὸς μεσοῦσαν γένονται, μόγις ἀποδραῦσι παρ' ἐλπίδα πᾶσιν ἐφεῖσθαι κάδωνος. ὀκνῆσαι δ' ἀείσαντες ἡμέρας πλείους ἐφ' ᾧ μαθὴν τὰ τῆς ἄλλης νη-

SEd dicendum de Legatis. Illi enim alieno navigare orsi tempore, sub initium videlicet Martij nave conscensâ, ad Maleam, quem vulgò *Lignivorum* ob crebras illic navium submersiones vocant, extremâ mensis ejus Decade pervenerūt, Ibi quintâ die Majoris hebdomadæ sub vesperam naufragium miserabile fecere. Subitò enim æqnor intumuit: & validus ab Hellesponto ventus ingruens terram pariter & pontum a terrimis obduxit nubibus. Nondum quidem prorsùs cōdito in occasum Sole commissa nox erat. Verùm opacabat latè cuncta nox alia quædam nihilo tetra minùs, quàm illa naturalis, ex umbrâ terrei globi solitâ induci; eò etiam tristior, quòd nullus eam Lunæ Astrorumve temperabat è Cœlo splendor. Violentissimi verò motus procellosi aëris, conflictusque collidentium sese ventorum horribili fragore, tumultum vehementer maris augebant gravissimo inde imminente navigantibus periculo. Ac primùm vis tempestatis distraxit ab invicem, tamque longè abduxit triremes duas, ut neutrius harum vectores scirent quid socijs actum, quove aliam navem vis Cœli, salique propelleret: hoc tantùm æquè utrisque sentientibus: cedere se necessariò ineluctabili vi æstuantis vehementissimè pelagi; nec quò impetu tanto impingerentur exploratum habentibus. Io hoc incerto tameu Rectores Triremis quâ Germanus eum Collegis, & Magno Logothetâ ferebantur, sapientiùs consuluerunt, trudentes in altum navim, & totis accipientes velis abigentem à terrâ ventum: quòd tali tempore plùs à littore, quàm à lato æquore metuendum rectè ducerent. In quo alios ratio fefellit stultâ pusillanimitate pelagus vitantes, terræ vicinam affectantes; quasi spes inde salutis ostenderetur, portu, si legere oram pergerent, facilè inveniendo quo tutus receptus foret. At quamquam interim illi quidem satis, ut sibi videbantur ab impingendo in procurrentia littora cavebant, nave sustinendâ, ne propiùs æquo terræ admoveretur; ad extremum tamen arte ipsorum omni, conatuque victis, validissimo impulsu ruentium in littus fluctuum impacti tipæ navem fregerunt, demersiq; cum illâ petierunt omnes uno excepto, qui Nunc eius calamitatis enatavit, è quo casus ille tristis ut evenerit, est postea cognitum. Eo naufragio præter homines mare absorpsit regia illa, de quibus diximus, dona; & in

his

his insignem illam, ac pretiosissimam Endyten sive pallium Altaris Ecclesiæ majoris. At Episcopi eum Magno Logotheta nostem totam enm fluctu, marique, omni nautarum industriâ luctati, ac sæpe in extremum demersionis admoti discrimen, ægrè summâ vi sub auroram Methonem tenuerunt, elapsi præter omnem spem periculo præsentissimo. Ibi quieverunt diebus aliquot expectantes indicia de eo, quod Comitibus evenisset, si quò fortè tempestas similiter salvâ appulisset sociâ triremim. Verùm nò multò post tristis eos ejus naufragij nuncius perculit. Vnde intellecto sibi jam solis haud ampliùs Collegas expectandos, nec causam esse, cur re infectâ reverterentur, versùs Romam solverunt, & paucis diebus pervenientes ad Papam legatione functi suâ sunt. Perhumaniter illos exeipiente Papâ, adeò ut eos honoraverit Tiaris, Mitris, & Annulis, quibus insignibus Episcopos ornati mos illic obtinet. Verè igitur, & insequenti æstate ibi exactis, omnibus culti à Papâ benevolentiæ indicijs, transegerunt quæ in mandatis habebant. Tum extremo Autumno mutuos ipsis adjunctos à Papâ Legatos Constantinopolim perduxerunt.

A ἄρτεως ἄπου τῶ κλύδωνος ἀφανέστατο, ὃν ἐδύσατο χίτωνα τῆς πικρᾶς ἀγωνίας μετ' ὀλίγου. ὁπότε δὴ καὶ μόνοι λαφθέντες ἐπὶ τὸν λιμένα ὑποστρέφουσι, τοῖς περὶ τὸν Βαβυλᾶμβαι, πρὸς τὸν Ῥώμην ἀπαίρουσι. καὶ δ' ὀλίγον ἡμερῶν καταλαβόντες τὸν Πάπαν, τὰ τῆς πρεσβείας ἐπιλέγουσιν, ἀσμένως ὑποδεξαμένου τοῦ Πάπα τοὺς πρέσβεις, οἵους καὶ πέμπουσι σφᾶς πέραν τε καὶ μίξας καὶ δακτυλίοις, οἷς ἡ ἐκείνων ἔχει ἐπ' Ἀρχιερέων Συνήθεια. ἔπειτα οὖν καὶ χερσὶν ἐπίσης δεξιούμενοι, καὶ τὰ ἀπόκρυφα φιλοφρονηθέντες πρὸς τὸν Πάπαν, τὰ τῆς πρεσβείας διεξετοῦσι. καὶ φθινοπώρου λήγοντος, Συνάμα πορεύεσθαι τῇ πόλει καταλαμβάνουσι.

B

CAPVT XXII.

Vt Papæ commemoratio facta in Sacro sit, exautorato Patriarchâ.

EX hoc Legatorum adventu Pacem factam referentium, duo consecuta sunt, vi prius conventorum, exautoratio Patriarchæ, & Papæ in Sacro commemoratio publica: quinetiam ad electionem suecessuri in Patriarcharum palàm vocati quibus in id jus est suffragij. Ac quod primum quidem horum attinet, nonnullius negotij res fuit deponi è Sede Patriarcham, ipso dignitatem eam ultrò non abdicante, nec sperari finente abdicaturum. Interrogare autem eum an paratus esset sponte cedere, & rem aleæ committere non explorati responsi, haud tutum est visum. Expeditius judicatum est interpretari voluntariam ejus abdicationem velut jam factam, ex ijs, quæ pactus eum Imperatore fuerat. Auditi ergò testes sunt idonei, Princepsque in ijs Diœæophylax Scutariotes; qui confirmarent: promisisse Iosephum, si Legati Romæ negotium concordiæ transigerent, Patriarchatu se cessurum: eomdemque juratum asseverasse, se consensurum nunquam in istam paeem. His compertis congregati super hoc Episcopi concordibus votis statuerunt: vi-
» deri hoc ipso Patriarchatum à Iosepho jam
» nunc ultrò depositum, utique conditione,
» ex quâ ille suam liberam abdicationem
» suspenderat, jam clarè impletâ; ipsoque
» manifestè deinceps inhabili propter jusju-
» randum, quo se obstrinxerat ad eam ge-

C ΗΝ οὖν ἀπ' ἐνταῦθεν ἀρχὴν μὲν ὁ Πατριάρχου τῷ παγκοίμῳ τελεῖ, μνημονεύεσθαι δὲ τὸν Πάπαν, καὶ εἴθ' ὕπως ἐν τοῖς Πατριάρχου ἀναγκαῖς μέλλοντα, ψηφίζεσθαι τὸν ἐκλήξοντα. ὁ μὲν οὖν Πατριάρχης παραχωρεῖ, ἐγγράφως λύσας. ἐπεὶ δὲν ἀνῆκεν ἑκόντα παρητῆσθαι τῆς προεδρίας. οὐ γὰρ ἐδόκει παραιτῆσθαι, μάρτυρας τοὺς πρὸς Βασιλέα λόγους ἐκείνῳ οὓς ἐδίδασκον, οἱ δ' ἦσαν ὁ τε Διοικοφύλακα Σκυταριώτης, οὓς ὑποκινούμενος ὅθεν τῷ Πατριάρχῃ τὸν ἐκκλησιαστικὸν ἐπίσκοπον εἰ δοκοῖτο ὅ ἄρχειν, ταυτὸν τοῦ φωτὸς οὓς παραίτησιν πλείαν, πρεσβεύει δὲ καὶ ὁ ἔρχων ἐκείνῳ ὁ Ἀρχιερεύς, τοῦ μὲν οὓς ὑποδέχεσθαι, ὁ δὲ οὓς κωλύμου ἄπτεσθαι, ὅ γὰρ ἔνθεν μὴ καταδέχεσθαι τοῦ παρὸν ὁμνύουσι. ἐκεῖθεν δὲ μετοχίας ἐκκλησιαστικὸν ὑποκινούμενος, δηλοῦντος δὲ πάντως προχωρήσας τῆς παραίτησεως τοῦ ἰδίου παραίτησιν. ὅθι τε γὰρ καὶ ὅθι τῶν τῆς Ἐκκλησίας πραγμάτων ἔξω τῆς παρὸν ὑποβάσης, ἐς χαρὰν δὲ ὅρκους ἐπὶ τῷ μὴ δέξασθαι, καὶ ὑποχείρης τῷ ἐκκλησιαστικὸν ἀυτίκα παρέσεσθαι; δέχεται ταῦτα, καὶ ὀρκίαν ἐκείνῳ καταψηφίζονται. καὶ τε μιλιὰς Ἑκατόμβαιος ἐνάτῃ πωὶ ὁ τῶν μνημό-

D

E

μνημόσυνον, καὶ τοῦς τῶν καὶ τῶν ἀναπλεῖν Λαύρας. ὅτι τῆς ἁγιοπλύτης μεταφορᾶς. τῇ δ' ἑπτὰ μηνὸς ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ, τῆς Χαλκηδόνος Νικολάου Γεωργίου τοῦ τὰ Ἀνάκτορα, ἀναγινώσκεται μὲν ἡ Πρᾶξις, τῆς Πρεσβείου συνάμα τῷ Βασιλεῖ ὑπάτου παρόντων, ὁ Ἀποστολος, ἐπὶ οὗ ὁ ἀκροατὴς τῆς τῶν πραγμάτων βίβλου. Πέτρου γὰρ τοῦ Κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων ἦγετο ἑορτὴ, διὰ ἑορτάζεται ἡ Ἐκκλησία ὅτι τῆ καθέδρᾳ τῶν θείων ἀλύσεων. ἀναγινώσκεται δὲ εὐαγγέλιον καὶ ὁ θεῖος Εὐαγγελιστὴς Γραικικῶς τε ὁμοῦ καὶ Ῥωμαϊκῶς, ἐπ' ἴσῳ τοῦ τόπου οἰκείου τυγχάνοντος τῇ Διακόνου ἐμπεμονάδι. ὃ δ' διὰ ὁ Γρηγόριος ἄρχων Ἀρχιερεὺς τῆς Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἐπ' Οἰκουμενικὸς Πάπας μεμονωμένως.

rendam dignitatem. Nec istam longè quæsitam interpretationem censeri posse, sed veram expressionem certæ voluntatis, quæ ex cõditionatâ in absolutã, eventu ipso rei per conditionem expressæ transierit. Præsertim cũ qui fidem ad id suam etiam religione irrevocabili juramenti obligaverit, omnem sibi ad inde resiliendum occlusserit exitum: nec inregrum sibi ampliùs reliquerit, conclusâ jam Ecclesiarum concordiâ, in eâ Sede perstare, in quâ se non perstiturum, si de istâ pace conveniretur, Deo palàm reste pollicitus sit. His de causis concordi suffragio Patrum, vacare Sedes Constantinopolitana judicata est. Itaque mensis Ianuarij undecimâ die primùm sacra fieri cepta sunt sine consuetâ Ioseph, nr Patriarchæ mentione: & ipse ad Lauram prope Anaplum sita ex Periblepti Monasterio migravit. Ejusdem porrò mensis die sextadecimâ, Nicolao Chalcedonensi sacris operante in Palatij sacrâ Æde, duplici linguâ pronunciata est, quam vocant, *Epistola*: Fuit ea sectio ex libro Actorum: Petri enim Principis Apostolorum festum eo die agebatur illud, quod consuevit Ecclesia celebrare titulo depositionis sacrorum Vinculorum: sacrum quoque Evangelium simili differentiâ linguarum Græcè pariter, & Latinè recitatum est. Et sic loco proprio Papæ etiam per Diaconum solemnis mentio est facta, & *Gregorius Summus Pontifex Apostolicæ Ecclesiæ, ac Oecumenicus Papa* proclamatus.

CAPVT XXIII.

De Schismate universam Ecclesiam turbante.

Ἐνταῦθα τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐνόσει. καὶ διεσείλλετο ἀπ' ἀλλήλων ἄνθρωποι. καὶ ὁ μὲν ὁλοσχερῆ τῷ δὲ τῶν θείων ξυνάξεων, ᾧ δὲ μὴ ἄλλῃ μὴ διχῇ μέχρι καὶ ὀνομάτων ἀυτῶν ἐς προσφωνημάτων ἀπεκεραβάμβυοι. ἦρξε δ' μᾶλλον ὁ χίσμα, ἐς ὁ χθὲς ὅτι τῷ δὲ πλειοφορήμου, σήμερον ἀπεστράφετο. ἐ ὥσπερ εἴ τις κακοσπλάγχνως ἔχων, ὑπουμβαίνου καὶ ἄλλα νοσήματα, διπλῶν ἔχει ὁ ἄνω, καὶ ὁ πρὸ αὔξει τῇ τῆ ὑπερβολῇ προσκρούσει, ὀνίνα δ' αὖθις πρὸς ἄλληλα διαφέρεται, ὥστε ὁ ἐς θεραπείαν τέτυ καὶ συναλλὼ ἐς αὖξιν γαλήνε γίνεσθαι, καὶ ἀπαγορεύειν καμόντα. ἐ ἀυτὸ ἔτυπον καὶ τότε τῇ τῆ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ συμέβαινε. πρὸ ἀυτοῦ γὰρ ὑποχρεόντος τῆ χῇ Ἀρείνου χίσματος, ὑπουμπίπτει καὶ διάδρου πόδε. ὡς' ἦ μὲ καὶ ἄμφω τὰ μέγιστα ἁμαρτήματα, καὶ ὁ μέγα τῆς Ἐκκλησίας σῶμα χ' ἀσπάσιον οἷά τε διαλυμαίνεσθαι. καὶ αὐτὰ δὲ καὶ λίαν ἀξύμβατα, ἀυτὸς δ' αὖθις σὺν ἑκάτερος μερίδι πρὸς ἀλλήλους διαφωνεῖν. καὶ σὺν

Hinc res Ecclesiæ laborabant; & disiungebãtur ab invicem homines. Dum alterius alter communionem admittit: alij odiosas illas divortij formulas usurpant; *Cave adire, cave tangere*. Superstitiosam istam contaminationis ex promiscuo usu formidinem usque ad vitandum poculorum etiam contactum, usque ad compellationes allocutionesque omittendas extendentes. Augescebatque in dies schisma; ita ut qui heri non dubitasset, consuetudine uti cujuspiam, eumdem hodie averseretur. Ac veluti si cui jam malè interiùs affecto, novus aliunde insuper morbus accesserit, duplicatur miseri dolor; & prius malum à superveniente languore, gravitatis ac molestiæ augmentum accipit. Quinetiam ipsi ambo morbi pugnant inter sese in perniciem ægroti; cujus ad incommodum, miseriamque redundar, quòd quæ remedia levando fortè langnorum alteri utilia admoventur; eadem simul alteri vires accumulent. Sic Dei Ecclesiæ tunc conrigit: cui cũ jam antea abundè malorum esset ex Arseniano schismate, alterum hoc supervenit: grave utrumque per sese vulnus: sed quodvis eorum ex mutua

tuâ societate importunius ac tetrius; magno Ecclesiæ corpore, utcunq; tum ab Hæresium seditionibus libero, per hos quosdam infestos invicem assultus compugnantium intra ejus viscera pestium duarum, variè discerpto, miserequè lacerato. In quo illud etiam inopinatum cernebatur, ut qui unam in partem consensisse videbantur, rursùs inter se contenderent, ea de quibus convenerant, quibusdam hoc, nonnullis alio modo interpretantibus: his caput controversiæ simpliciter accipere contentis; illis subtiliùs enucleantibus velut arcanos ejus sensus; & dum obnixè in sua quique placita incumbunt, scissuram propagantibus. Quis hæc pro dignitate deploraverit! ubi totum demùm scelus assentiri renuentium, si quis ex vero censeret, nihil esse deprehenderetur: ac certè comparatum cum incommodis ex promiscuâ cum priùs abscissis cõmunione orientibus, tolerabilius reperiretur. Neque enim quantum intus in eo est actum, fideli famæ indicio foris enotuit. Addebant scilicet palàm ostensis, abstrusa plura, eademque pessima, libentes isti exterusores mercium pestilentissimarum, quibus scilicet addictùs sibi adjungerent, quos naturâ, vel usu remissiores non satis habebant, utcumque acquiescere videri. Quando hinc fraus artificiosa dicentium, inde audientium, incautè simplex, rusticeque indocta simplicitas, conspirabant in conciliandâ dictis fide. Atqui sobriæ moderationis officium fuerat, temperare ab inquietando curiosis allegationibus crasso captu idiotarum; & si quid quisquam ipsorum dubij moveret, ac prætextu scilicet firmandi se in fide rectâ, quæstionis interponeret, non ut isti heu quàm putide! faciebant, effundendæ eruditionis intempestivæ occasiouem sumere, obruendis oblimandisque non intelligendorum ingestione rudium mentibus: sed monere ipsos ut in mediocritate isti statui accommodatâ se tenerent, neu ultrà marram, & ligonem vitamque tranquillam affectarent de his sapere.

A μὴ ὅτως, σὺν δ' ἄλλως, καὶ σὺν μὴ ἁπλῶς, σὺν δ' ἀκριβέστερον λεγκαλῶ ὅτι τῷ χύσματι. τίς αὖ τὶ τοτε ἀξίως ὀφλήσοι, ὅσαγε καὶ πᾶν ἐς τὸ ἀσυμπαθέστον πλημμέλημα ὕδωρ ἐδόκει, ἐς ἀς συγκρίσεις λόγου τοῦ κοινοῦ ἀσκοπῶ. ὑ δὲ γὸ ὅσον ἐ πεπαιδεύθ ὅτι τοῖς ἔξω διεφημίζετο, ἀλλὰ παρεστήθην πλείω καὶ χείρισα, ὅτι διαφιλονεικούμενοι τοῖς κακίοσις, ὡς αὖ ὑπεκλαγίοις ἐ ὦ ποσῶς ἠναχάζοντα. τὸ γε γὸ τῶν λεγόντων κακὸν ἔργον, καὶ τῶν ἀκουόντων ἰδιωτικὸν τι ἐ ἀγοίκεον, ἐπῆγε πίστιν τοῖς λεγομένοις. σαφὲς μὲ οὖν τ ἀγοῖκον μὴ πολυπαραγμονεῖν, ἀλλ' ἀπραγμόνως ἔαδ σώζεσθαι. ὡ δὲ ὡς κινοῖν καὶ διεγείρει παρὸς ὃ δῆθεν ἀσφαλίζεδ τὰ εἰς πίστ, φαδ τὸς κορύζης ὀπίσω. ὅτι δ' αὖ τις ὀκλάνον καὶ πειστὸς λέγων, μετριάζ τοῖς τεῦτα, εἰς μαθὸν παλέον εἰδὼς μακέλης τὶ ἐ σκαπάνης, καὶ βιοτῆς ἀπραγμονῶ. πιστὸς πολλοὶ B σὺν πολλῷ βύρσης (ὑ ὃ γὸ πάντων ὁ λόγος ἄπλε)) οἷς δὲ καὶ λόγῳ τῆς διαφορᾶς παρασύρων, καὶ ἱστορίας μέλημα ὡ, καὶ γραφῆς παρασεῖχον, καὶ ὃ τῆς αἰτιάσεως ὑπόσον ὡ ἐγίνωσκον, καὶ ὑχ ἥδ῀ μετρίως τὶ ἀσφαλῶς ἐχρῶντο τοῖς παρὰγμασι, μᾶλλον ὑποίουν, ἢ ὅσον ἔδη ὃ χίσμα. ἐχρῆν γὸ ἴσως ὑπόσον ὡ χθὲς ὃ παρὸς σὺν Ἰταλὸς ὁμοίνοις διέφερον, τοσοῦτον καὶ παρὸς σὺν ἰδίνς ἔχειν. ὅτε γὲ ὕτως καὶ αὖτοῖς δὴ τότε χρέαν κοινωνοῦντες, καθότι τὶς ἕτοιμος, τῶν ἰδίων ἀδελφῶν ὡς ἐναγεσάτων διέστηδ. ἀλλὰ τὰ μὲν ὁμόνοιαν ἔπω, καὶ ὁ λόγῳ παρεμπίπτ) τῆ ἀκοῆ, τῆ πάθῃ κινήσαι δῳ. ὑ ὃ γὰρ ἐγκαλᾶν ἀλλ' ἱκετῶν παρεῖμεθα ὅθεν καὶ ὁ μὲν λόγῳ φιλὰ τὰ παρεχθέντα πήσειν· ἔξεσαι ὃ κρίνειν τῷ βουλομένῳ.

Verùm haud sic agebant qui multi multos tales repererunt. Non enim omnes hæc mea reprehendit oratio: sed solos eos, qui perspectum, & propositum oculis habentes discriminis articulum, & controversiæ tunc agitatæ verum statum; quippe qui nec in Historiâ peregrini essent, & scripturis attenderent, & quantum in se invicem dissidentes Ecclesiæ eulpârent, planè cognoscerent; eo tamen, quòd eam in hoc negotio haud adhibuere moderationem, quæ ad pacem publicam, secutitatemque optanda fuerat, majus longè quàm oportuerat schisma fecerunt. Satis enim, & plusquam satis opinor fuerat non abhorrere nos fastidiosiùs à nostris qui modò conciliati Latinis sint, quàm Græci Latinique priùs à se invicem abhorruissent: nunc quosdam Græcos vidimus, qui cum antea ne ipsos quidem ita essent Latinos aversati, ut non aliquâ saltem eos humani usûs, ac civilis commerçij communione dignarentur, quos postea intelligerent pacem Ecclesiarum amplexos, fratres licet suos abominarentur ut detestabiles. Sed de his hactenus. Iam enim sentio exire me fluxu sermonis ultrà officij cancellos, dum efferor affectu: immemor, non accusandi, sed narrandi fuscepisse me provinciam. Quare in orbem jam nunc redeat oratio, res nudè ut gestæ sint proponens: judicaturis pro arbitrio Lectoribus.

CA-

CAPVT XXIV.

De Electione Chartophylacis Vecci in Patriarchalem dignitatem.

Τοῦτο τοίνυν τοῦ μὲν Ἰωσὴφ ἀρχιεπισκόπου, ὡς προεῖπον, τῆς δ' Ἐκκλησίας ζητούσης καὶ προσεπιμελουμένης, πολλοὶ ἐνομίσθησαν τοῦ δικαίου ἀπὸ τῆς Μοναχῶν καὶ τῆς ἄλλως ἱερωμένων. ἔρρεπε δὲ πλείων ὁ ψῆφος τῷ Βέκκῳ, ἀνδρὶ δόξαν μὲν τὰ ἐς θεὸν, ὃν Πρωτόπαππον δὲ τῆς κατ' Πελοπόννησον καθέζοντι τὸ ἀνέκαθεν, ὁπόθεν γένος ἔσχε βίας, κατ' ἀρετῆς λόγους καὶ πολιτείας ἀκριβεστάτης, ὃν ἔτι τοῦ κατὰ τὴν Ἀνατολὴν μοναῖς τοῦ Μώλανος ὄρους, ὅθεν γε καὶ καὶ ἀπὸ Πατριάρχου Γερμανὸν ἀπὸν ἐλέγομεν, φέρων ἑαυτὸν ἐγκλείει. ὁπόθεν δὲ μετ' χρόνος τῷ Βασιλεῖ προσκαρῆ, καὶ τοῦ τῆς παντοκράτορος μονῆς προεστὼς, καθεστὰς εἰς Ἀρχιμανδρίτου, εἶτα καὶ τὰ πρὸς τὸν Ἀνατολικὸν Τοχαρῶν ἀφαρπασθέντα, τοῦ νόθου Μαρίας τοῦ Βασιλέως εἰς γάμους ἀγαγόντος ἑαυτῷ Ἀπαγᾶ, πρὸς τὴν κελλίᾳ τῆς τοῦ ὁδηγῶν μονῆς ὑπανελθὼν. ἡσύχαζεν. ὑπῆρχον δὲ καὶ τῇ τῆς Ἀντιοχείας Ἐκκλησίᾳ εἰς Πατριάρχου καθίσαι). τότε δὴ καὶ αὐτὸν ὄντα ἐν ἡσυχάζοντι, ὁ ψῆφος ἔρρεπε τοῦ λοιποῦ πλείων ἐς ὁ τῆς κατὰ τοῦ Κωνσταντινούπολιν Ἐκκλησίας προστασίας. καὶ ὀκνηρὸν τοῦτο, ἵνα μὴ τὸ πρὸς Ἀρχιερέων ἀνδρῶν ὄντι τῷ Βέκκῳ, ἅμα μὲ Χαρτοφύλακι ὄντι, ἅμα δὲ καὶ μεγάλῳ Σκευοφύλακι, καὶ κλέος ἔχοντι μέγιστον. ἀναπηδήσαν δ' ὅτι τῷ Βασιλεῖ τοῦ καὶ τὰς ψήφους, ὁ Βέκκος ἐδέδεκτο ἀξιώτερος. τά τε ἄλλα καὶ ὅτι λόγιος ὁ ἀνὴρ καὶ καλλιέλλην ἔχει θ' χίσμα, τῇ ὅτι τῆς Ἐκκλησίας πολυχρονίῳ πείρᾳ καὶ λογιότητι. ὅθεν καὶ Συμεχθέντες ὁ Ἀρχιερεῖς ἐν τούτῳ ὅτι τοῦ θεὸς καὶ μεγάλα πεμφθέντα, ἵνα καὶ ἅπαντων καὶ σοφὸν καὶ δεινῶς ψηφίζονται τὸ καὶ ξίζον. καὶ ὁ Βέκκος ὀκοστῇ μὲ καὶ ὄκτη Πυανεψιῶνος μηνὸς καὶ τοῦ ἑορτοῦ τοῦ Ἁγίων Πατέρων τοῦ ἐν Νικαίᾳ, Παρασκέψις προβέβλητο). δευτέρᾳ δὲ Μαμακτηριῶνος, τῇ ὀκτούσῃ Κυριακῇ, ἐν ὀκταίμῳ ἡμέρᾳ τοῦ Γενάρεως, τὰ τοῦ Γενάρεως δέκατα, καὶ πλεῖ) Ἀρχιερεύς. ὁ μὲν γε Βασιλεὺς ἐπ' ἐκείνῳ μικρὸν σχολάσας καὶ νοῦν, ὡς αὖ γε καταστὰν πρὸς τοῦ πανδημοτικοῦ ἐκείνου

A

B

C

D

E

TVnc igitur, vacante, ut dictum est, per depositionem Ioseph, Patriarchali Sede, & ei qui succederet in sui curam Ecclesiâ poscente, multi quidem idonei ad hoc visi designabãtur, quâ ex Monachis, quâ ex alterius instituti Sacerdotibus. Plurium tamen in *Principem* suffragia propendebant. Erat is genere nobilissimus, è veteri prosapiâ Principũ Peloponnesi imperitantium: unde juvenis profectus, vitæ perfectioris profitendæ gratiâ in quoddam Orientalis tractûs Monasterium Montis nigri, ubi & Expatriarcham Germanum Monasticam exercuisse vitam diximus, eò sese includit: inde multo post tempore ad Imperatorem accedens, eommisso sibi Pantocratoris Monasterio Archimandritæ potestate præfuit. Deinde Legatione functus ad Orientales Tocharos, & Mariâ Imperatoris filiâ Nothâ, in sponsam eò ductâ, conjunctaque Apagæ; reversus in quadam cellulâ Monasterij Hodegorum tranquillæ vitæ, ac contemplationi se reddidit. Insecutis temporibus vacanti Pastore Antiochenæ Ecclesiæ Patriarcha est præpositus. Hunc tum apud se agentem, tranquilleque religioni operantem, plurium, ut dixi, calculi ad Constantinopolitanæ Sedis regimen vocabant. Perviciſſentque quod volebant, nisi non parvo Antistitum numero potior ad eam rem Veccus fuisset visus, qui & in officijs momenti maximi, Chartophylacis, supremique Custodis supellectilis sacræ, fidem, atque industriam nunc cum maximè probaret, & summâ in existimatione apud omnes esset. Ea suffragiorum differentia cum delata ad Augustum esset, & ejus voluntati compromisso permissa, ille haud cunctatus Veceum prætulit, cum alijs præstantem dotibus, tum maximè doctrinâ; postremò quòd is vir tam longo usu Ecclesiasticarum rerum, tantâ famâ sapientiæ, autoritateq; præditus unus utique omniũ aptissimus videretur ad comprimendum schisma, negotiumque concordiæ eatenus promotum, fine operato coronandum. Ergò ritè cõgregati apud Templum majus Episcopi prærogativam Imperatoris sequentes, magno consensu studioq; primis, secundis, tertijsque suffragijs Veceum eumdem unum Patriarcham declararunt. Veccus igitur sextâ & vigesimâ mensis Maij, Festo Sanctorum Nicænsium Patrum Patriarcha creatus est; secundâ verò Iunij, Dominicâ proximè secutâ, illustri die

Spiritûs Sancti, Spiritûs ejusdem per sacram ordinationem particeps factus, titè inauguratus in Patriarcham est. Imperator sub hæc initia per tempus non longum studio, & solicitudine immoratus in stabilitè do tali homini isto spirituali Principatu; securam deinde mentem Imperij negotijs advertit, solutus omni metu de Ecclesiâ, utique cujus regimen ei commendatum sciret, qui & experientiæ satis, & prudentiæ plurimùm habens, nullo deficeret eorum, quæ ad res Ecclesiasticas rectè salubriterque regendas possent desiderari. Exhibuit autem se novo Patriarchæ patatum ad eum adjuvandum quacumque in re opus haberet; sperans vicissim ab illo in occasione simili a. Dedit eidem & fiduciæ locum, quò auderet suscipere, agereque secum causas hominum egentium gratiâ Principis, non frustrà se id facturum sperans. Confidebat enim nihil eũ nisi quod fas esset concedi, petiturum. Porrò Veccus has interveniendi pro miseris partes toto animo capessens, partitos habebat in duo genera, quos isto misericordiæ officio juvaret: prius erat catentium necessatijs, quorum esset egestati largitione consulendum; alterum delatis criminibus periclitantium; quibus vel ad depulsionem objectorum falsò, Patroni efficacis opera; vel ad delicti convicti veniam impetrandam auctoritas deprecatoris optaretur. Ac horum quidem eo studio causas amplectebatur, ut officiosas illas hominum generi noxæ medicatrices Litas, quas Homerus claudas, rugosas, distortis oculis inducit, ipso corporis habitu agens repræsentaret; tali captans specie miserationem Principis Susceptis suis necessariam: confitens quidem ipse eorum nomine peccatum: remitti autem pœnitentibus pœnam rogans. Pro alio miserorum genere culpâ vacantium interveniebat confidentiùs: Obnixè contendens, & Principem urgens, ut penuriâ laborantibus opem jure quodam ipsorum debitam ne indulgere cunctaretur. Velocissimus ad intelligendas necessitates indigentium, & eis exponendi eas fusiùs seu laborè, seu verecundiam lucrifaciens, perspicacitate benigni animi auditu statim primo cuncta comprehendentis, sine morâ operâve diligentioris interpretis. Abundabatque patroni caritas ad omnem falsi suspicionem abolendam, plenamque conciliandam clientulis fidem, dum suas angustias narrabant. Occurrebat quinetiam diffidentiæ supplicum, & impetrabilia petere ipsos assetens, ultrò addebat timidè agentibus animos audendi, suggerebatque ad persuadendum aptas, pro genere ac statu causæ, postulati evincendi rationes; easdemque digerebat accommodato ad finem optatum ordine; peritè dijudicans, quæ illarum proponi prior, quæ subjici alteri, quæ postremo

quorum vecordia damnoque opes contraxerit. Hæc Aurelius Victor: quæ cuncta ὑπομνηματογράφοις amanuensibus aut exceptoribus eorum quæ dictantur, convenire qui dixerit, næ is milites Romanos fecerit nimis literatos: tum præterea laboraverit in expediendâ ratione, cur id genus *annonæ dominaretur*? quam verisimillimam reddat, qui panifices, pistores, opsonatores, cauponcs, coquos, propolas, pincernas, Castrorum frumenti menstrui dimensores; & cæteros id genus ad inserviendum militantibus autoratos, in istum numerum compegerit. Ego verò non parvam talium Ministrorum partem fuisse arbitror, ægrorum aut morbo aut vulnere corporum curatores, Chirurgos, Pharmacopœos, Valetudinarios; qualium assectari solitam Exercitus Romanos numerosissimam multitudinem ex officio, & publicis impensis, extra omnem dubitationis aleam est. Atque adeò ex hac observatione puto lucem affundi ad intelligendum locum quendam in Novellâ Iustiniani cxvij. ubi præscribens Imperator quâ certitudine debeat mulieri mors viri ejus militatum profecti constare, ut ritè possit ad alteras noptias transire, decernit: *Siquidem in Scholariorum Classe vir ille meruerit, à Primis Schola in quam scriptus fuerat, & insuper ab* Actuario, *hoc est* ut opinor, *à Chirurgo vel valetudinario Ministro*, qui videlicet ei morienti adstiterit, *testimonium iureiurando firmatum reddi de eius morte*. Verba legis hæc sunt. Εἰ δὲ Σχολαρίου ἐν ὁπλίτῃ ἢ ἐφ' ἑτέρᾳ πολιτείᾳ ἢ ἀμφοτέραις ἔλθοι, καὶ ἀπὸ τῶν ἀρίστων τῆς χώρας, καὶ ἀκτουαρίου &c. Hosce geoeratim Actuarios, Militarium nominc defigoatos à Trebellio Pollione erediderim equidem, dum in Libro de Triginta Tyrannis, de Victorino, cujus supra memini, sic scribit: *Solus Victorinus in Imperio remansit, qui & ipse, quòd matrimonijs Militum & Militarium corrumpendis operam daret, à quodam Actuario, cuius Vxorem stupraverat, composita factione Agrippinæ percussus &c.* In his Trebellij verbis alterutram istarum vocem *Militum & Militarium* superfluam esse putavit Casaubonus, jure in hoc à Salmasio reprehensus. qui ipse Salmasius dum subijcit: *Militares* dici eos qui missionem à Militiâ acceperant, ut Consulares dicuntur, qui Consules fuerant, mihi quidem non persuadet rem ita semper habuisse, etsi non negem aliquando id usuvenisse. Non eredo, inquam, quoties apud quemlibet Scriptorem *Militaris* aliquis dicitur, toties intelligi Militem emeritum. Nam sæpe Militaria ea vocantur, quæ ad Milites pertinent, ut arma & vestimenta & equi; & calonum, lixarum, institorum, qui Castra frequentant ut Militibus inserviant, Militaris turba dicitur. quidni ergò qui Militibus quocumque nomine ministrant, quales erant Actuarij, ut ostendimus, Militares dici potuerint? Sanè ita vocem illam usurpatam à Pollione, attentiùs verba ejus perpendenti patet. quia enim dicturus erat necis causam Victorino fuisse Vxorem Actuarij stupratam, præmittere illum oportuit non Militum solùm, sed *Militarium* etiam, hominum quovis officio Militiam sequentium, ex quo genere *Actuarij* erant, matrimonijs corrumpendis eum operam dediss̃e. quate *Militarium* voxad paulò post inductam *Actuariorum* mentionem digitum intendit. Hæ mihi fuere suspicandi causæ, Cabasilam cujus hic meminit Pachymeres νοσοκόμῳ & Valetudinarium curatorem Michaëli Palæologo moribundo adhæsisse; cui cum intima ejus temporis admoveret ministeria, facilè signa mortis instantis observare potuerit: Tales enim Imperatoribus Constantinopolitanis per hæc tempora minister̃are consueviss̃e, qui Actuarij nomine in Palatinæ dignitatis honorem evecto, in Aulâ versarentur curandæ Augustorum valetudini, docet nos locus Georgij Acropolitæ in Hist. pag. 34. Ed. Reg. Ἀντελέγη δὲ τοῖς λεγομένοις ὑπὸ ἰατροῦ Νικόλαου, ἀνὴρ ἔκτισε μὲν φιλοσοφίας μεταχείρ, ἀκρος δὲ τὴν εἰκαίαν τέχνην, καὶ μάλιστα τὴν ἀφ' ἑσπέρας γινωσκομένην. πάνυ δὲ ἔντιμος ἦν παρὰ τῇ Βασιλίδι, ἀκτουαρίῳ δὲ ἄρχε ταύτῃ. En Nicolaus Medicus, in arte sua excellens, & præsertim ejus praxi atque usu dexter, in obsequio erat Irenes Augustæ, Actuarij dignitate: quidni parem operam, pari autoramento tituli, Michaeli Augusto, memoratus hoc loco Cabasilas navaverit?

AA-

ΑΛΛΑΓΙΑ.

Lib. IV. Cap. XXVII. Τὸ δὲ γραπτικὸν ἐν ἀλλαγίοις, ὡς αὐτοὶ φᾶσιν αὖ, ᾧ δὴ τῶν τάγματων κοπτολογοῦμδμοι. Hîc vocem ἀλλαγίοις Vatieanus Interpolator, ut solet quando non intelligit, omittit. Ne quæramus originem hujus vocabuli in græcâ linguâ, deterret Autor ipse qui non obscurè indicat peregrinum id esse, & usu illic vulgari Militum plerorumque Exterorum tritum. Ego donec verisimilius aliquid afferat quispiam, suspicor Gallicum esse aut deformatum ex Gallico. Nam Galli sive Franci, ut notissimum est, permulti ab annis fermè dueentis occasione sacrarum expeditionum in illis partibus militaverant. Hi porrò cum soleant sedes ad hybernandum attributas Militibus in pagis aut Oppidis *Allogiamenta* sive *Allogia* vocare, hodie dicunt *Les logemens de Gens de guerre*, ea Pachymeres unius literæ mutatione Allagia vocaverit. Res autem satis suadet ipsa, ista Corpora diversi generis Militum, contubernijs & hospitijs fuisse divisa; ita ut Paphlagones verbi gratia, uno in Oppido stationem haberent, Thraees in alio, Phryges, Maecdones, Mysi, Cares & reliqui similiter atque adeò tot essent Corpora, quot allogia sive hospitia aut loca hybernis attributa. unde invaluerit, ut ipsæ illæ Legiones *Allogia* sive *Allagia* dicerentur. Hæe si minùs euipiam arriserint; remittam equidem ejus causâ non gravatè de origine ae notatione; de notione quidem vocis vereor ut possim, eum ejus Autorem habeam idoneum. Georgius Aerop. cap. 59. Hist. pag. 66. Ed. Reg. de quodam Constantino Margarite, primùm dicit: fuisse illum ἄρχοντα ἀλλαγίου αὐτοῦ, nimirùm Imper. Theodori; tum pag. sequente id ipsum explicans, ait: Ὁ δὴ Βασιλεὺς Θεόδωρος ἄρχοντα τῆς αὐτοῦ καπνόμαχα τάξεως. Constantinum Margaritem quam ante dixerat Ἀλλαγίου Βασιλέως ἄρχοντα nunc vocat ἄρχοντα τῆς τάξεως βασιλικῆς. Igitur idem τάξις & ἀλλάγιον, τάξις autem & τάγματα Legiones aut Cohortes Græcis dictas quis nescit?

ΑΛΒΑΝΙΤΑΙ.

Lib. V. Cap. VII. Χρυσοῦ ἀμήσαντες ἄφθονον Ἀλβανίτας τε καὶ τοὺς περίοικοι. Agit de vicinis Dyrrhachio Populis, aut potiùs suburbanis rusticis. Albanorum regionem in Maecdoniâ Ptolomæus agnoscit. Porrò antiqua Maecdonia postremis hisce Orientalis Imperij senescentis temporibus in quatuor divisa partes, priseum nomen in solâ mediterraneâ retinuerat. Pars verò ejus confinis Dalmatiæ & Illyrico, Albania jam tunc uti & hodiè, appellabatur: ubi erat Dyrrhachiensis Civitas cujus casus terræmotu euersæ hîc memoratur. Ex Albaniâ porrò rectè gentile nomen formatur Albanitæ.

ΑΜΗΡΑΛΗΣ.

Lib. VI. Cap. XXXII. Τὰ Καίπα πάλαι μὲν ἦσαν τοῦ Φιλίππου Ἀμηρᾶ αὐδρὸς δυναμένου πλεῖστα. Videtur usurpare Ἀμηρᾶ ut proprium Viri nomen: quamquam & videri possit appellativum vocabulum dignitatis, Præfectum Maris indicans: cujus & notionis & vocis usum satis celebrem apud hos Scriptores Neogræcos quivis in ijs versatus novit; & docet Meursius verbo Ἀμηρᾶς & Ἀμηρᾶς. Ego sine præjudicio rem integram in medio relinquo, exprimens in versione Latinis literis eam ipsam vocem, quam Lector pro suo arbitrio vel propriè vel appellativè sumere poterit.

ΑΝΑΔΕΧΕΣΘΑΙ καὶ ΑΝΑΔΟΧΗ.

Lib. IV. Cap. II. Καὶ αὐτῷ δὴ τῷ Γαστὸφ ἡμέρας ἐπέχοντι πολλάς, ὡς δῆθεν τὰ τῆς Βασιλέως ἀναδοχῆς παρὰ τοῦ ὑπνου ἔλκειν. ἀφεῖς δὲ καὶ λόγῳ παρὰ πολλοῖς, ὡς καὶ ὕπνωμά τις ἐφ' ᾧ μηδὲ πνεύματικὸς ἀναδέχοιτο. In his verbis duas illas voces ἀναδοχῆς & ἀναδέχοιτο.

δ'χοῦ, peculiari quadam usurpari Ecclesiasticâ notione, facilè attentiùs omnia circumspicienti patet. Videtur autem prius vocabulum ἀναδοχῆς in eo hîc significatu poni, ut indicet absolutionem Sacramentalem in Tribunali Confessionis arcanæ impertiri pœnitentibus solitam à Sacerdote jurisdictionem ad id Ordinariam, vel Delegatam habente. Similiter verbum ἀναδέχεσθαι exprimit actionem ipsam Sacerdotis absolventis. Continet autem posterior pars hujus sententiæ, rationem prioris. Ideò enim Scribit Autor increpitum Iosephum quasi absolvisset in foro conscientiæ Augustum contra voluntatem Patriarchæ; quòd postquam excommunicaverat Augustum Patriarcha, vetuisset nominatim, ne etiam ejus Confessarius Iosephus ipsum arcanò confitentem deinceps audiret aut absolveret. Id tamen sibi fuisse prohibitum negabat Iosephus. Sanè scimus dissimulando permisisse Patriarcham ut Augustus, licet à se interdictus Sacris, aliqua tamen participatione Sacrorum uteretur; ut distinctè Pachymeres refert, inconsequentiam ejus facti excusans. lib. 3. cap. 14. quare fieri potuit, ut & in relinquendo illi usu libero Confessionis arcanæ conniveret, non interdicendo Iosepho ejus Confessario ne ipsi Pœnitentiæ Sacramentum privatim ministraret. Vide quæ annotamus verbo Πνευματικός.

ANAΦORA.

Lib. V. Τίνα δ' ἔχει ἀπηκριβωμένην ἡ ἀναφορὰ τοῦ ῥήματος. Ἀναφορὰ hîc sonat *Prolationem*, ut alibi προφορά. Notum enim προφορικὸν λόγον opponi ἐνδιαθέτῳ apud Græcos, ut apud Latinos opponitur sermo voce prolatus, mente concepto. Videri etiam potest adhibita vox quæ propter compositionem ex præpositione ἀνὰ, repetitionem aut resumptionem significante, innueret, istam pronunciationem inter Sacra publicam nominis Papæ non nunc primùm institutam: sed cum olim ante Schisma fuisset usitata, nunc restitutam.

ANEMA ΠΥΡΓΟΣ.

Lib. V. Cap. XIII. Εἰς φυλακὴν τὴν τοῦ ἀνέμα πύργον τῆς Κελτικῆς σωματοφυλακῆς δίδοται. De Ioanne Vecco agit. Turris hæc Anemæ, quæ, ubi, & unde sic dicta sit; docet Anna Comnena lib. 12. Alexiadis pag. 364. ubi postquam deprehensam Michaëlis Anemæ in Imperatorem Alexium conjurationem retulit, & se ipsam curasse decretæ ipsi in pœnam excæcationis gratiâ damnato fieri, subdit: ductum eum fuisse in Turrim prope Palatium ædificatam, & ibi habitum in custodiâ. Adscribit deinde hæc verba, quæ indicant, isti deinceps loco *Turris Anemæ* appellationem adhæsisse. Οὔπω δ' ἐκ τῆς εἱρκτῆς ἐλελύθει τοῦτο, καὶ ὃν Γρηγόριον αὖθις ἡ τοῦ Ἀνέμα εἶχεν εἱρκτή. πύργον δ' ἦν τις τῶν ἄγχι τοῦ ἐν Βλαχέρναις Ἁγιοπόρου Ἁγιομυρίων τάχων τῆς πόλεως, ὁ τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενος, ὥσπερ καὶ λαὸς τὴν ἐπωνυμίαν ταυτὴν κληρωσάμενος, Ἁγὸ ὅ συμβὰν τὸν Ἀνεμᾶν σιδηροδέτον δέξασθαι δὴ πολλὰ ἐν αὐτῷ χρονοτριβήσαντα χρόνον. Hæc ibi Anna: quæ sic olim vertimus. *Nondum is eo carcere liberatus fuerat, cum alium Hospitem Gregorium hæc quæ priùs Anemæ fuerat unius, custodia excepit. Turris autem erat una quædam ex ijs quæ per mœnium Civitatis partem Blachernarum Regiam proximè spectantem, certis intervallis dispositæ sunt. Ea insignem ex eo quem narramus eventu appellationem in omne tempus propriam nacta est: Turris tam passim Anemæ vocata; propterea quod Anemam ferro victum primùm acceperit, dtuque tenuerit.*

ANEMOΦΥΤΑΛΙ.

Lib. V. Cap. XXVII. De Icario ait: fuisse illum Κατέχοντα τήνου μεγίστης καὶ ἀνεμοπόλεως ἔθος τῆς ἐκεῖ χαλᾷ. Non esse hoc nomen illius Insulæ vulgare ubique, docet ipse Autor dum ab Incolis id propriè usurpari solitum admonet. An verum & omnibus notum hujus Insulæ nomen Lipara fuerit, quæ septem, aut, ut alij, decem Aeoliarum Insularum maxima, & unica inter omnes habitata fertur, viderint

peritiores. Ego ἐπίχω, quoad indicium occurrerit certius. si hoc sit, apparet causa cur hanc Insulam Pachymeres μεγίστην *maximam* dixerit; licet nec Cretæ nec Siciliæ comparabilem; respectu videlicet ad sex aut novem Aeolias minores.

ANTIΔΩΡΟΝ.

Lib. V. CAP. VIII. Ἐν μεγαλῃ τῇ θείᾳ ἀγίᾳ. ὃν ἀντίδωρον λέγεσι. rursùs de eodem Cap. XXIV. ejusdem Libri sub finem. Erat hic merus, nō consecratus, aut in Christi corpus conversus panis, qui cunctis promiscuè inter Sacra in Ecclesia distribuebatur apud Græcos, uti & apud Latinos, ritu hodieque vigente. Dictus ἀντίδωρον, quòd vice sacri Doni Eucharistiæ, dispositione, quam exquisitissimam Christi corpus requirit, non præparatis, ministratetur. De hoc fusè & eruditè Iacobus Goar Ord. Præd. Notis ad Euchiolog. pag. 154. quem vide.

ANTIKANONIA.

Hanc vocem à Pachymere Lib. V. Cap. XII. usurpatam ad significandum illegitimum irregularem & sacris Canonibus contrarium usum, conjectura divinavi; cum Codices omnes ibi manifestissimè corrupti, alitet, nec intelligibilitet eum locum exhiberent. Advertat æquum animum prudens Lector & judicet. Isto quod indicavi capite libri V. disserens Imperator apud Patriarcham & Synodum de concilianda inter Ecclesias Latinam & Græcam pace, enumerat capita de quibus convenieudum esset, ut pax illa coalescceret; & contendit demonstrare: nullum eorum tale esse à quo admittendo abhorrere quisquam debeat metu culpæ conscisendæ. Primùm enim λειτουργῶν τε καὶ μνημονεύειν, quibus verbis, prout ea suis locis in hoc Glossario enartamus, significavit; priori quidem, admittere Latinos in communionem sacræ Liturgiæ; hoc est eam ipsis præsentibus, & communiter orantibus, non aversari celebrare: altero verò: mentionem Papæ facere publicam in Liturgicis precibus: Ea, inquam, ambo esse licita, evicisse sibi visus est autoritate Manuēlis Patriarchæ cum suâ Synodo; & Ioannis Ducæ Imperatoris; quos, missâ Legatione, illa ultrò promisisse Papæ, si abstineret à juvandis Latinis, qui Constantinopoli tunc potiebantur, ostendit ex Codice Ecclesiæ, ad fidem ejus rei gestę faciendam prolato. Demonstrat deinde eorumdem autoritate, Latinos propter additionem in Symbolo, non esse habendos Hęreticos; eum illi nihil tunc aliud à Latinis exegerint, nisi ut additamentum istud à Symbolo tollerent, nihil prohibentes quominus in cæteris scripturis id retinerent, & legerent. quod ostendit doctrinam ipsam ac dogma nequaquam ipsis displicuisse; ac consequenter crimen hîc Hæresis, judicio eorūm, non fuisse. Hanc puto esse sententiam illorum verborum, alioquin, hujus Scriptoris more ac peculiari genio, sanè perplexorum: Πᾶς μὴ κατηγορῆσαι ὅλως ἀσεβείας (huic voci Vaticanus substituit αἱρέσεως, non malè) οὗτοι Ἰταλοὶ, ἐξόν τε παραμεῖναι τῷ προσθήκῃ τοῦ Συμβόλου, ἐν ταῖς λοιπαῖς γραφαῖς ἀναγκαῖον ἔχοντας, ζωδὸν ἔτι τοῖς προφερομένοις (ita clarè ambo Codices optimi B. & A. cum fragmentum à Petavio editum προφερομένοις legat) ἀναγινώσκοντας. Hæc sic ad verbum sonāt: *Vt omninò non accusantes impietatis, sive Hæreseos, Italos, peterint, sublato modò additamento è Symbolo, in reliquis scripturis id conscriptum habentes, simul efferre cum alijs quæ ex ijs chartis pronunciando legerent.* Hanc planè sententiam, paulò clarioribus dumtaxat verbis, interpretatio ejus capitis nostra exprimit. Tranſit denique ad demonstrandum, nihil esse illiciti in admittendâ commemoratione nominis Papæ in Liturgicis precationibus Græcorum. & de hoc capite sic loquitur in Codice Barberino: Τοὺς δ' ἔχῃ τὴν κοινωνίαν ἡ ἐπὶ Ἐκκλησίας διαφορὰ τῇ ὀνόματι· ὅπου γε καὶ μὴ Πάπας ὅπως οὖν ἄλλως ἀνάγκη μετέχειν τοῖς κοινωνίας τοῖς ἐκκλησιάζουσι Συνιστάμενος Λειτουργεῖν τῇ ἱερέως, καὶ τὴν Τριάδος χάριν τοξεδιδόντος κοινοῦ. Allatianus in hoc tantùm discrepat; quòd articulum præpositivum τὴν, ante vocem κοινωνίαν, non habet;

habet; uti neque editio Petaviana. Porrò eubare in mendo verba illa ἔχειν κοινωνίαν, vel τὴν κοινωνίαν inde manifestum est, quòd infinitivus ἔχειν non potest cohærere, salvâ syntaxi, cum nominativo ἀναφορά, qui sequitur. unde sine dubio Pachymeres scripserit ἔχει in præsentis indicativi tertiâ personâ. quid ergò illud ν redundans in omnibus exemplaribus; in Barberino verò omnium optimo, præterea articulus τὴν quid hæc, inquam, aliud dixerim quàm vestigia in apographis adhuc extantia archetypæ scripturæ? Autor videlicet sic initio scripserat: τινὰ δ' ἔχει ἀντικατοχίαν: pro quibus Exscriptores perperàm posuerint: τίνα δ' ἔχειν κοινωνίαν, secuti σολοικισμὸν: & perturbationis inextricabilis in quam tota sententia per istud ipsorum παράδειγμα implicata remanet; ut nihil dicam de tædiosa repetitione ejusdem nominis κοινωνία altero statim post versu; & quidem sensu insulsissimo. quid enim magis ἀσυλλόγιστον fingi potest quàm hoc modo argumentari: *Quam enim habet communionem prolatio nominis, cum alios qui Papæ non sunt necesse sit participare communioni &c?* Non me fallit videri alicui posse vocem κοινωνίαν priori loco positam usurpari in eâ notione quâ κοινὸν interdum *immundum* sonat; ut significet *labem* ac *maculam*; sententiâ jam utcumque tolerabili: sed quæ non tollit verisimilitudinem longè majorem emendationis nostræ, ad quam ideò non dubitavi conformare editionem. Si quis quærat: quomodo Vaticanus Codex hunc locum expresserit; sciat, totum omisisse; sic plerumque, cum quid ambigui occurrit, defungi solitus.

ΑΝΤΙΛΑΑΞΑΣ.

Lib. II. Cap. XXVI. in fine: Μήπως ἀντιλαξάντων πολὺ δὲ ἐν χρυσῷ φωτὶ θεᾶσθαι. Agit de Militibus Cæsaris insidiantibus Vrbi Constantinopolitanæ, quam improvisò intercipere parabant: summo propterea silentio agẽtes; ne responsantibus è muro quibusdam, proderentur. Codd. B. & A. cum simplici λ scribunt. Vatic. alterum λ. addit. Audio in vulgari Græcis hodiè usitatâ linguâ, ἀντιλάξας dici pro ἀντιλάξας ab ἀντιλάσσω; noto jam vocabulo; quod fortasse noster expresserit more populari. Si minus hoc placet, reponi posset ἀντιλαξάντων ab ἀντιλάζω quasi ἀντιλάσσω.

ΑΝΤΙΣΤΑΤΙΚΩΣ.

Lib. VI. Cap. XXIII. Χαρὶν μαζόντων καλῶν, ἀντισταστικῶς ὅπως τις τὴν ἐνθυμίαν. Habebat, ut apparet in animo hęc scribens Pachymeres locũ Hermogenis περὶ στάσεων: ubi explicãs quod sit ἀντίστασις, sic scribit: ἡ δὲ ἀντίστασις ὅταν ὁμολογῶν ὁ φεύγων πεποιηκέναι τι ὧν ἀδίκημα, ἀντιφέρῃ ἕτερόν τι δικαίωμα. μείζω δ' αὐτῷ τῷ ἀδικήματι παραγράφων. Hoc est: *Fit* ἀντίστασις *sive comparatio, quando Reus confitens se fecisse aliquid quod maleficium vocetur; opponit ex adverso maius aliquod beneficium cuius autor fuerit maleficium illud committendo.* Veluti cum Peregrinus accusatus, quòd contra leges murum Vrbis conscenderit; fatetur id à se factum: sed addit, se hoc agendo servasse Civitatem, repulsis hostibus, qui tunc nullo Civium sentiente; murum infesti scalis admotis superaverant. Hinc patet quid velit hoc loco noster dum ait: Pacem ab Ephesino & alijs ἀντισταστικῶς dumtaxat admissam, confitendo nimirùm eam malam esse: sed majorum malorum vitandorum causâ, rectè toleratam arbitrari. In quo detegitur ultimus receptus schismaticæ contumaciæ, & declaratur quàm parùm syncerâ fide plerique tunc Græcorum istam cum Latinâ Ecclesiâ concordiam sint amplexi.

ΑΠΟΣΤΟΛΗ.

Lib. II. Cap. XX. Καὶ ἅμα φήμης ἀλαχθείσης, ὡς δὴ Ἀποστολὴς ἐπέρχεται ἄλλοι πλείους καὶ ἰσχυροί. Inter causas quæ Imperatorem Palæologum moverunt ad absistendum ceptâ oppugnatione Galatæ, obsidionemque solvendam, enumerat sparsam famam Auxiliorum à Sede Apostolicâ jam submissorum obsessis validorum, &

jam adventantium. Ἀπροσλὴ igitur hoc loco nihil aliud quàm Sedem Apostolicam Romanam sonat,

ΑΠΟΦΑΣΙΣ.

Lib. IV. Cap. VII. Ἐδήλωσε τὴν ἀπόφασιν, Denunciarunt Patriarchæ damnationem ipsius & depositionem judicio Synodi decretam. Vnde intelligitur in titulo cap. sexti, qui sic habet: Ὅπως ζωαχθεῖσιν τῷ Ἀρχιερέως ὁ πάλαι μύθος, καὶ ὅτι τούτῳ ἡ ἀποφάσις γέγονε, vocem. ἀπόφασις damnationem sonare. Scio non esse hanc vulgarem hujus vocabuli notionem, tamen aliquid simile significare interdum; ostendunt loca Classicorum Autorum, vulgaribus etiam Lexicis relata. Mihi sufficiet Hesychius; apud quem lego: ἀπόφασις, κρίσις, ψῆφος, δίκη. Et vetus Lexicón Anonymi editum à Vulcanio ἀπόφασις sententia.

ΑΠΡΟΣΠΟΙΟΥΜΑΙ.

Lib. VI. Cap. XXVI. Τὸν μὲν δὴ Ἀκροπολίτην καὶ ἀπεσπασάμην. Verbum istud alibi non reperi. Et Vaticanus ut solet in obscuris, & hoc, & comma cum eo totum omisit. Cæterùm hujus notio, ut contraria τῷ προσποιοῦμαι, debet opinor accipi. Notum autem quid προσποιεῖσθαι sit; assumere adjungere, admovere sibi: ut solent Principes, eos quos suâ gratiâ dignos putant. Ergò ἀπεσπασάμην erit, excludere, ac reijcere. quod huc bellè quadrat; ut Acropolita favore ac familiaritate Imperatoris significetur excidisse.

ΑΡΜΑΤΑ.

In notione vocis ἅρμα quâ currum designari sciunt omnes, innovasse recentiores Græcos aliquid, & allini sibi Latinorum usu passos esse, ut armaturam & instrumenta inferendi aut propulsandi vim; eâ significarent, docet Thomas Magister id reprehendens his verbis: ἅρμα ἐστὶ φ ὁ ἵππος ζεύγνυται. ὁ δὲ δὴ ὅπλων λαμβάνοντες, ἐκ καλῆς χροιᾶς. Percrebuit id tamen satis, ut adversùs ejusmodi censuram tueri se quispiam exemplis queat. Omitto quæ testimonia ejus notionis refert Meursius, quæque apud Scriptores etiam non usquequaque Barbaros facilè occurrent. Admoneo tantùm Pachymerem, utcunque aliàs antiquarium, hujus περιεσμὸν teneri manifestè. Duo ejus annotavi loca in quibus vocem ἅρματα si quis currus interpretaretur, ab ejus mente aberraret. lib. 2. cap. 25. sic scribit de Ioanne Ducâ Imperatore καταχύσαι τὰ φρούρια σίτῳ καὶ ἅρμασιν. Specie ipsa primâ apparet complecti eum duo maximè necessaria Præsidiarijs Arcium alimenta & arma. Si quis tamen contentiosior currus etiam in apparatu tuendarum Arcium non inutiles interdum, aut etiam ad convectionem commeatuũ necessarios hîc memorátos velit: næ huic extorquebit pertinaciam quod ibidem mox ἐκ κρεμάτων dicitur, ea esse ex eo genere rerum cujus nunquam affatim utentibus sit: unde mox additur: id reputantem illum Imperatorem, jussisse addi catalogis gratis suppeditandarum è fisco militi rerum, armæ omnis generis & usûs; ubi in græco est vox ὅπλα manifestè ut Synonyma τῷ ἅρματος priùs memorati posita. clarissimè etiam eadem vox ἅρματα pro ὅπλα usurpata reperitur lib. 5. cap. 30. ubi Pachymeres ait Venetos aliquando ditiores splendidioresque Genuensibus fuisse; à quibus, vice rerum humanarum, postea divitijs & cultûs magnificentiâ superati sint. Ergò priorem illam Venetorum magnificentiã memorans, ait eorum ζωσίδια, hoc est Proceres Patricios, ex quibus in eâ Vrbe Senatus constat, πλούτῳ καὶ ἅρμασι καὶ θεραπείαις ἁπάσαις Genuensibus olim præstitisse. Hic ne ἅρματα currus interpretemur, prohibet, si nihil aliud, certè situs Vrbis Venetæ ad maris æstuaria sic politæ, ut cymbis per eam non rhedis commeetur. quare ridiculum faceret Pachymerem; qui eum dicere juberet: Senatores olim Venetos in suâ Vrbe specie rhedarum & magnificentiâ curruum Copias ostentasse. Vt omittam ex

alijs

alijs hujus Historiæ locis, quod alibi observo, apparere, ne in Vrbibus quidem in plano & sicco ædificatis, ijsque regijs, frequentem ea tempestate curruum, Rhedarum, aut Essedorum, splendidè præsertim ornatorum, usum fuisse. Ergò sine dubio πλούτῳ καὶ ἅρμασι *divitijs & armis* vertendum fuit. Nimirùm armis pretiosè ornatis instructi gaudebant apparere; more à Satirico laudato, dum adducit ex heroicis temporibus exemplum cujusdam gemmis non ad ornanda pocula, ut Virro quidam faciebat, uti soliti: sed eas in vaginæ fronte ponere; hoc est in capulo, conspicuo videlicet loco, ostentare: alludit enim illud Virgilij, *Stellatum iaspide fulva* ensem Aeneæ tribuentis; sed hæc ἐν παρέργῳ μέν. Summa sit: ἅρματα in his duobus Pachymeris locis pro ὅπλοις positum, & arma latinâ notione designare, nec ad currus nisi absurdè referri posse.

A P P E Δ Ω N.

Lib. IV. Cap. XVIII. Αὐτὸς πέμψας καὶ ἀρπεδόνα ἐνδοῦναι τῷ Δισκαβιάτῃ. Hæc licet in contextu disjuncta, sic aptanda sunt. Significat Germanum Parriarcham validâ, ad ipsum Throno dejiciendum conflatâ factione, persuasum supinâ credulitate, studere sibi Imperatorem quàm maximè, confidenter indicasse ipsi: opus sibi esse donativis; quibus spargendis Adversantium reconciliaret animos. quam ad rem, in dissimulatione persistens Michaël Augustus, nummos ei æreos argenteosque misit; quos dum solemnis Litaniarum pompa in festo Palmarum procederet, Patriarcha jactaret in consertam plebem. Hæc dona vocat noster ἀρπεδόνας, quæ vox propriè significat lineas aut funes hamo præfixos, quibus pisces escæ inhiantes infixæ, avidè voratis, capti trahuntur in piscantis manum. Atque haud scio an non propterea liueam divitem hujusmodi gratuitas rapinas in plebem ambitiosè sparsas alicubi vocaverit Martialis, quòd his velut lineis piscatorijs, sed aureis & amabilioribus, hominum studia & voluntates capiantur. quamquam nec ignoro, nec improbo quæ alia eruditi Interpretes in eum locum commentantur.

A T H P O N.

Lib. II. Cap. XXIX. Εἰ δ' ἄτηρον ἄλλως ἢ τύμπαλιν χαρίσει. Pro ἄτηρον hoc loco Vaticanus Codex scribit λυπηρὸν. notius id enim. Noster videlicet veterum Scriptorũ abstrusiora voca bula libentiùs usurpat. Hesychius ἄτηρον exponit βλαβερὸν. inde fit ἀτηρηρὸς per epenthesim, vox Homero Hesiodoque frequentata. Eustathius ad Iliad. α. originem vocis ἄτηρον ducit à nomine ἄτη noxa, calamitas, damnum. Cave obtemperes Constantino in Lexico jubenti pro ἄτηρον rescribere ἀτώρης. quæ mihi causa fuit hæc hoc loco admonendi; alioqui tacituro de voce ἄτηρον, ut ex vulgari veteris Hellenismi notitiâ satis perspectâ.

A T T A A A E I N.

Lib. I. Cap. XVI. Μέγιστον μὲν ὃ νέας ἡλικίας φρονήσεσιν ἀτταλλεῖν. Agit ibi loquens Muzalo de Puero Ioanne Augusto; quem eò subditis amabiliorem videri debere ait, quòd per ætatem adhuc simplicem, sine fuco, puerili securitate operetur. Est ἀτταλλειν (inquit Eustathius ad Iliad. δ.) ὅτι τῷ ἅβῃ καὶ ἄλλεσθαι. quod idem repetit ad Iliad. ε. addens, ob Euphoniam dempto uno τ, scribi ἀτάλλειν: quod tamen noster hîc non est secutus. Sonat autem id verbum movere ac proferre se liberè in omnem partem, naturæ indulgendo, citrà metum aut respectum: quod & bestiarum est & puerorum, quos nondum ratio compescit. Vocabulum planè Pachymeriani genij, priscum, populariter loquentibus inusitatum, è Scholiastis Poëtarum in Historiam intextum; qualibus hic Autor delectatur.

ΑΤΘΕΝΤΟΡΟΥΛΑΡΤΕΙΝ.

Puer Princeps aut regnantis Filius parvus, cum procedente in primam pueritiam infantiâ, comitatum naralibus congruum accipit, & ministerio ac satellitio circumdatur, ἀυθεντοπυλάριον dicitur Græcæ recenti, cujus usu vox πολλῷ ὑποκορισικῇ est. ut ergò ἀυθέντης Dominum; ita ἀυθεντόπυλος parvum Dominum sonat. Hinc intelligitur quod scribit noster lib. 1. cap. 8. de Muzalonibus tribus Fratribus Theodoro Imperatori caris, quòd ei, cum primùm Puer familiam principalem habere cepit, in Ephebos honorarios dati fuissent. αὐδρας οὐκ ἀγχιστείας μὴν μετέχοντας ὃ ἐκάλουν· εἰς παιδοπούλους δὲ ἀυθεντοπυλαριωμένῳ πραγμάτως ἀυτῷ.

ΑΥΤΟΠΡΟΣΩΠΟΝ ΑΝΤΙΦΑΡΜΑΚΟΝ.

Lib. III. Cap. XIX. Εσθὴ καὶ ὃ αὐτοπροσώπον ἀντιφάρμακον λέγουσι. Proverbium indicans efficaciam præsentiæ in tractandis negotijs, præsertim reconciliationum, quæ longè citiùs & faciliùs à coram affante, & os ac vultum notum exhibente transiguntur, quàm ab absente per literas aut internuncios. Hoc Adagium in vulgatis Collectionibus nondum reperi.

ΑΨΙΚΟΡΕΩ.

Lib. IV. Cap. XX. Μὴ δὴ πλέον ἐς ὃ μαθὼ· ὡς Βασιλὶς ἤδη ἀυτὴν ἀψικόρεσεν. Verbum hoc ab alio usurpatum videre non memini. Tamen ex vulgatâ notione vocabulorum Ἄψικορος & Ἀψικορία Platoni, Plutarcho, & Luciano trirorum, facilè inrelligo rectâ analogiâ formatum verbum ἀψικορεῖν, quod sonet in satietatem citò venire rei aut personæ alicujus. Peraptè ad sententiam loci, quo significatur citò pertesum Imperatori Germani Patriarchæ, quē paulò ante tanto studio promoverat.

ΒΑΡΒΑΡΑ.

Lib. IV. Cap. VIII. Ἐφ' ᾧ καταλαβὼν ὃ ἐν τῇ Βαρβάρᾳ Κλήμεντος. Res indicat regionem quandam aut partem Constantinopolitanæ Vrbis aut suburbiorum ejus Barbaram dictam. fortè à vicino Templo S. Barbaræ Martyri dicato. sanè Constantinopoli fuisse Templum celebre S. Barbaræ nomine, docet Petrus Gillius lib. 2. cap. 2. Topographiæ Constantinopol. quod viderur collocare in prima regione. Quia verò hoc Κλήμεντος de quo hic agitur dicitur fuisse Mirifici Nicolai, hoc est, ei dicatum, & ex eo nuncupatum, suspicari licet proximè illud adhæsisse Templo in honorem ejusdem S. Nicolai à Iustiniano olim extructo, ut refert Procopius lib. 1. de Aedificijs cap. 6.

ΒΑΡΔΑΡΕΙΩΤΑΕ.

Lib. IV. Cap. XXIX. Μὴ ὅτι Βαρδαριώτας &c. Corrigenda fortè sit hujus vocis scriptura, mutato, α, in ι, ex Codino cap. 5. ubi postquam Bardariotarum vestitum, & ministerium explicuit, de ijs hæc subjungit: Τύτους πάλαι Πέρσας ὄντας ὁ Βασιλεὺς μετοικίσας ἐκάθισε εἰς τὸν Βαρδάριον ὀνομαζόμενον ποταμὸν, ἀφ' οὗ καὶ Βαρδαριῶται καλοῦνται. *Hos genere Persas Imperator inde translatos constituit propè Bardarium amnem ex quo Bardariotæ vocantur.* Bardarum hunc amnem appellat Anna Comnena lib. 1. pag. 18. ubi eum describit & in Thessaliâ collocat, uti & noster eum memorans li. 1. cap. 10. Eum Nicetas initio lib. 3. videtur Ἄξιον Axeum vocare. Verisimile est Pachymerem cum Βαρδαριώτας scripsit id gentile nomen non ex Bardario Codini, sed ex Bardaro Annæ formasse. unde rectâ analogiâ Βαρδαρεύς & Βαρδάριος fluere possunt. Vtut sit de vocabulo; de re ipsâ constat: Gentem hanc origine Persicam; domicilio Thessalam, ab Imperatoribus Byzantinis, aut etiam Proceribus horum Consanguineis adhiberi solitam ad certum genus Satellirij proprijs insignibus distincti, eo fermè modo quo Principes Europæi hodie Helvetijs utuntur.

BA-

Β Α Σ Ι Λ Ο Γ Ρ Α Φ Ε Ι Ο Ν.

Lib. VI. Cap. XXIV. sub finem: Καὶ τῷ Βασιλογραφείῳ ἐγκαλουμένῳ, ὡς ἔχοι μόνῳ· ἢ ἀσαλὴ ἰσχὺ & αἴτιος. Ita Codd. omnes, etiam Vaticanus. Vnde intelligendum: crimen libelli contra Imperatorem scripti, lecti, habiti; peculiari vocabulo βασιλογραφεῖον fuisse vocatum, & ei mortis pœnam constitutam.

Β Ε Β R Α Ν Α Ι.

Lib. VI. Cap. XXV. Ἐμβάλλουσι πῦρ τοῖς Χάρταις βεβρανοις ἔσω. Ita concorditer tres Codd. Nisi quod Vat. ad βεβρανοις addit αμπωτη, omissâ voce ἔσω. voluit opinor ponere ζωὸ πωτη, ut significaret picem additam membranis urendis supra caput Caloïdæ; qui sic capillis flammâ applicatâ correptis excæcatus miser est. βεβρανοις puto dictum pro μεβρανοις ex voce latinâ *Membrana*. quid enim aliud suspicer? quin nisi me deterreret consensus Codicum, crederem, errore Librariorum scriptum βεβρανοις pro μεβρανοις, eo deceptorum, quod in primis exemplaribus unde exscripsere, ὁ β. eâ figurâ pingeretur quæ parùm distat à μ. Hoc fieri plerumque solitum esse, norunt qui in Codicum Græcorum manu exaratorum lectione versati sunt. Locum porrò hunc, ut in Codd. duobus B. & A. legebatur, emendandum ex Vaticano putavi, restituto in locum verbi, ἔσω, τῷ. ζωὸ πωτη quod ille suggerit satis ad rem faciens.

Β Ε Κ L Α Σ.

Lib. I. Cap. XII. Τὸ συμβαὶ ὅτι τῷ πάλαι βέκλας. Notissima est impostura Photij quâ sui revocationem ab exilio eblanditus est à decepto Basilio Imperatore, fabulosâ ejus Genealogiâ suppositâ, in quâ ipsum Basilium propheticè designatum comminiscebatur vocabulo *Beclas* formato è primis literis nominum Basilij ipsius, tum hujus Conjugis Eudociæ; Filiorum præterea ipsius quatuor, Constantini, Leonis, Alexandri, Stephani. Ea fusè narrantur à Niceta in vita S. Ignatij Patriarchæ CP. & à Constantino Manasse.

Β Λ Α Γ Κ Α.

Lib. V. Cap. X. Τὸ δὲ πρὸς τὸν βλάγκα. Ita Cod. Allatianus. Barberinus verò Τὸ πρὸς τῷ βλάγκᾳ κονβουλιῳ. Vaticanus sine mentione Κονβουλίῳ sic habet: ὃ δὲ πρὸς τὸν Βλάγκαν, id referens ad vocem ναύρῳ, *navale*, superiùs positam. quid fuerit hîc *Blanca* vel *Blancas* in Monumentis aut Descriptionibus Constantinopolitanæ Vrbis reperire nondum potui.

Β Ο Α Σ Μ Ο Ι.

Lib. V. Cap. VII. Ἀσυνήθης φόφοι τὸν γλῶ ἐπέρασον ζωηχοῖς, ὃς δὲ βοασμὸς κοινολογῶν εἰπεῖ ὡς. Sic optimus Codex Barberinus, cujus autoritate corrigendum putamus Allatianum qui βοασκὸς clarè legit. Nam & Vaticanus licet in hoc vocabulo balbutiens, magis ad Barberinum inclinat, dum sic exhibet hunc locum: ὃς δὲ βασμὸς ὁ κοινοὶ λέγουσι. Apparet boatus græcâ linguâ vulgari βοασμὸς dictos, & prompta est originatio ἀπὸ τῆ βοᾷν & βοάζω, unde rectior analogia potiùs βοασμὸν formaverit quàm βοασκόν.

Γ Α Β Ρ Α Σ.

Lib. IV. Cap. XIII. Τὸ ζωὸς γῆ λάζ· ὧν δ' ἀνέκαθεν γαβρας Invenio γάβρα nomen Civitatis Persicæ apud Ptolemæum; ex qua majores Germani Patriarchæ, de quo hîc agitur, ortos oportuit. Cæterùm ratio ἀναθέσεως exigeret vt à Gabra gentile nomen formaretur, quod responderet τῷ, Λάζ. nisi noster Γαβρας in

recto

recto pro Γαβριὴς aut Γαβριὴλ posuerit, normâ quadam suâ propria ut amat cum paucis loqui.

ΓΑΣΜΟΥΛΟΙ & ΓΑΣΜΟΥΛΙΚΟΝ.

Lib. IV. Cap. XXVI. Οἱ ἀπὸ τῆδε πόλιν Γασμοῦλοι. ὃς αὖ ὁ Ῥωμαῖος δηθεὶς εἶπε, ὅτι Ῥωμαίων γυναιξὶν ἐμπεδόντες τοῖς Ἴταλοῖς. Vulgus Byzantinum Hybridas ex Latinis Patribus, matribus Græcis natos Γασμούλους vocare consueverat, ut docet nos hoc loco noster. Origo talis appellationis incerta est. Suspicari tamen licet allusum in eâ ad vocem Latinam *Mulus* Græcis etiam usitatam. Lego enim in Basilic. Eclog. 19. καὶ ὁ μυλίων, ἐὰν δι' ἀπειρίαν καὶ ἀσθένειαν οὐκ ἐκφέποι τοὺς μυλῶνας: *Et Mulio, si ob imperitiam vel infirmitatem Mulos aut Mulas tenere nequiverit.* Quia ergò Mulus δηθὲς est animal, ex commixtione duarum specierum natum, ex ejus vocabulo Græci formaverint nomen quo exprimerent istud genus Hybridarum Constantinopoli ortum ex conjugijs Græcarum cum Latinis. Vniversa porrò talium natio Γασμυλικὸν dicebatur, Pachymer. lib. 3. cap. 9. Τῷ δή γε Γασμυλικῷ, ὃς δὴ συμμίκτως ἢ τοῦ Ἰταλοῦ ἔστιν ἢ γλώσσα. Non dissimulabo Vaticanum Codicem in hoc secundo loco (nam prior capitis 26. lib. 4. in eo non comparet) vocabulum istud per secundam literam inchoare. Scriptum enim exhibet τῷ Σασμυλικῷ. Reperio etiam Nicetam Choniatem lib. 3. in Manuële Comneno; describentem idem genus hominum Σασμυλοὺς non γασμύλους vocare. Pachymeres tamen in utroque meliori Codice constans est in hoc nomine per tertiam literam auspicando, utrius prævalere debeat autoritas, arbitrio relinquo prudentis Lectoris.

ΓΟΝΙΚΕΤΕΙΝ.

Lib. II. Cap. XXXIII. Ἐξηρημδμὶς τῆς εἰς χάριν γονικευθείσης γεωματαρίοις. Ita Cod. uterque B. & A. Vaticanus autem: Τρίπον, ὅπερ ὧν ἐξηρημδμὶ τῆς γῆς τοῖς γεωματαρίοις. Apparet verbum hoc esse Agrimensorum Arva dividentiũ, & sua cuique assignantium jugera. Nusquam alibi hoc vocabulum memini me legere. suspicor autem formatum à γόνος significante μίτον hoc est filum, sive funiculum, quo in designatione prædiorum, quæ cuique in partitione terrarum attribuuntur, uti Colonjarum deductores solent. unde sunt illi in Scripturis tam sæpe usurpati funiculi Hereditatum 1. Par. 16. 18. Iosue 17. 5. & 14. Ibid. 19. 9. & 29. Psalm. 77. 54. 104. 11. & alibi. Fundus mihi conjecturæ Hesychius est apud quem lego. γόνον, μίτον. Posset etiam fortè cuipiam videri deductum verbum γονικεύειν à voce γονία focum significante, ut Meursius tradit. quòd in ejusmodi assignationibus agrorum, singulis focis, hoc est, familijs sua terræ arabilis portio tribuatur.

ΔΑΙΤΑΛΕΥΤΑΙ.

Lib. II. Cap. XXXI. Ἔγημε γὰρ καπνῷ τε λιγνύῳ Ἰταλικῆς, ὧν ὁ τῷ Βαλδουΐνῳ δαιταλευτὴς, ὅτι πολλὴν τὴν ἰδιοτέχνην ἐκείνῳ, τοῖς τοῦ ἀνακτόρου τέχνοις παρεσκεύαζε. Pro δαιταλευτὴς: quod in duobus Codd. B. & A. legitur, Vaticanus habet μάγειρος, quod secutus sum in interpretatione vocabuli à me quidem alibi non visi. Reperitur quidem δαιτυλὸς *Conviva, Sodalis*; sed fuliginis & carbonum quibus parietes deturpatos ab istis δαιταλευταῖς noster queritur, mentio, aptiùs in coquos quadrat.

ΔΙΑΒΑΙΝΑΣ.

Lib. VI. Cap. XIX. Ἐπὶ τῷ Δρβαρᾷ στρατοπεδευσάμενος Λαχανᾶς. addit Vaticanus ὅπι τῷ Δρβαρᾷ πάπῳ. quo indicat locum quemdam fuisse circa Ternobum, ita vocatum.

ΔΙΑ-

Δ I A Φ Ω N E I N.

Duplicem habemus hujus verbi usum apud Pachymerem inusitatum aut rarum utrumque; ac propterea enarratione indigentem. Prior extat lib. ii. cap. xxvii. in his verbis: ἅμ' ἔκτασιν ἐ ἅμα διαφωνίκεσιν περὶ τὰς σφενδόνας γινόμενον ἐ τοῖς τόξοις καταιξέδιασιν. Non usurpari hoc loco verbū διαφωνῶν in vulgari discrepādi aut dissentiendi notione, satis attēdenti patet. Agit Autor de Latinorū Constantinopolim obtinentiū Exercitu Daphnusiam oppugnante, tum cum capta est Constantinopolis ab Alexio Cæsare. cujus rei dum adhuc fieret, fama quasi divinitùs ad Latinos Daphnusiæ oppugnatores momento perlata, consternavit illos horrore periculi in quo versari apparebat uxores & liberos ipsorum Constantinopoli relictos. Vnde statim solverunt, suppetias, si pervenirent in tempore, laturi. Nullum hîc indicium dissensionis inter ipsos. quare verbum διαφωνίκεσιν malè hoc loco interpretaretur, qui discordibus tumultuatos sententijs ad talem Nuncium Latinos diceret. Nec dubito quin Autor studiosus affectator eruditionis antiquæ, & captare gaudens notiones abstrusas, ὃ διαφωνίκεσιν usurpaverit eo sensu quo à LXX. positum id verbum est Ezechielis cap. 37. 11. ἀπώλοντο ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, διαφωνίκαμεν, quod vulgatus ex Originibus vertit: *perijt spes nostra & abscissi sumus*. Est enim in Hebræo נגזרנו *Nigzarenu* à גזר *Gazar*, quod est abscindere: & additur לנו *Lanu Nobis*, quod nisi abundat, ut alibi non rarò; videri potest eò pertinere ut significetur divisio animi quasi à seipso. sive, ut alibi Scriptura loquitur, confractio cordis qualis contingit subitâ & magna calamitate comprehensis, cujus depellendæ nulla aut tenuis spes est. Vatablus vertit: *Succisi sumus nobis*. Puto Hesychio hunc ipsum LXX. Interpretum locum obversatum animo cum διαφωνίκαμεν interpretatur ἀπολώλαμεν *perijmus*, quæ est vox desperantium, & in occursu ineluctabilis mali angorem animi, qui verbo διαφωνῶ significatur, exprimentium. Græci tamen posteriores ex illo fortasse aut LXX. Seniorum, aut Hesychij loco, verbo διαφωνῶν exanimandi aut exspirandi notionem subjecerunt. Autor Anonymus Actorum fusissimè Scriptorum B. Andreæ cognomento Sali, quæ extant græcè in Cod. Vaticano 1574. pag. 5. referens quandam luctam per somnium ostensam, qua idem B. Andreas commissum secum Aethiopem prostravit occiditque, elisо ejus ad petram capite, sic scribit: ἔπεσεν αὐτὸς (Aethiopis) ὁ κριτὴς εἰς πέτραν, ἐ κατακοπεὶς τῇ πέτρᾳ διεφώνησε, hoc est: *Fortè ruens incidit capite in petram, ad quam valido illius impetu, interijt*. Sanè mortem illius nigri pugilis ex illo casu secutam indicari verbo διεφώνησε ostendit plausus ibi statim memoratus favitorum Andreæ, qui candidati ea visione apparebant, & gratulatio tanquam plenâ victoriâ nece Adversarij patratâ. κρότος δὲ μέγας (inquit) τῶν λαμπρύνων καὶ χαρὰ γλυκυτάτη τὸν εἶχεν. Hæc non commemorassem nisi necessaria essent ad alium Pachymeris nostri locum declarandum. Iacet is lib. vi. cap. xxiv. Ὁ δ' οὐκ ἔφθη δεθεὶς καὶ τῷ φόβῳ διαφώνησε. Agit de Coty quodam, qui jussu Imperatoris correptus à tortoribus, cum vinciretur diris supplicijs excruciandus, eorum ipso metu exanimatus conciderit mortuus. unde statim eundem addit pondus miserabile sublatum, & humo mandatum fuisse multis eernentibus. ut non sit necesse ad intelligendum mortem hujus verbo διαφωνῶν à Pachymere significari, recurrere ad Vaticanum Paraphrasten hunc locum sic exprimentem: ὃ δὲ πρὶν δεθεὶς κρεμασθῆναι τῷ φόβῳ τὴν ψυχὴν ἀποπέμπει. hoc est: *Is verò priusquam vinctus suspenderetur, metu animam efflavit*.

Δ I Δ Y M O Ω.

Lib. V. Cap. X. Ἐδίδυμε ὁ τῆς πόλεως ὁ πρὸς θάλασσαν. διδυμοῦν pro *geminare* vix apud veteres reperias. sed origo apparet; & rectè constat analogia.

Δ O K Ω N.

Lib. II. Cap. XXVII. Ὁ δοκῶν τῷ θελεματαρίων Κυτζιζάκης. Ita Codd. B. & A. Vaticanus autem more suo liberè mutans quæ obscuriora putat, ὁ πρωτος, pro ὁ δοκῶν ponit; non malè sententiam interpretans. Sunt enim Græcis etiam veteribus, οἱ δοκοῦντες; qui autoritate, existimatione, dignitate in aliquâ gente aut cœtu eminent, antiquâ & probâ, sed rariori, & ideò hîc non frustrà declaratâ notione. Talis autem erat inter hos Thelematarios, seu Voluntarios Cutritzaces, quem superiùs noster cap. xxvi. hujus Libri, ubi narravit Cæsarem, σὺν δοκοῦσι θελεματαρίων convocasse, in ijs fuisse præcipuum demonstrat, dum illum vice ac nomine omnium locutum refert.

Δ O Ξ H.

Lib. IV. Cap. XI. Ὅτι μετεμάθετο ἡ τῆς δόξης αὐτοῦ. Vox δόξης hîc peculiari notione sumitur pro Dogmate sive Doctrinâ sacrâ, quam inconcussam tenere, pro qua paciscì vitam & sanguinem Christiani cujusvis officium est. Vaticanus sic βλασφημίζει locum hunc, εἰς τὸ ὁδὸς σκανδαλισθῆναι, ὅτι μετεμαχὶ τις γέγονε τῆς βλασφημίας ἡμῶν δόξης; ἀλλ' ἴδιον, χαρακτῆρος Θεοῦ, βλασφήσας &c. Infrà lib. vi cap. 1. usurpatur hæc eadem vox, eadem notione in his verbis: Ὃ βλασφήσας σφᾶς τιὼ περὶ ἐκείνου (Θεοῦ) νομιζομένου δόξαν ἀρχῆθεν.

E Γ K O Λ Π I A.

Lib. IV. Cap. VI. Ἀξιοῦν τινὰς οἱ τῷ ἑκάστῳ διαφέροντα τὰ ἱερὰ σχεδίασματα· ἃ δὴ καὶ ἐγκόλπια ὁ κοινὸς ὀνομάζει λόγος. Intelligimus hinc, sacras icunculas, quales habemus cereas effigies Agni Dei, aut id genus sacra amuleta gestare de collo suspensa Græcos Christianos solitos, & hoc specimen atque indicium fuisse Christianæ Religionis. Nam eo nomine sibi talia mitti Sultan postulat, ut sic probaret se Christianum esse, de quo videbat dubitari. Patet unde ejusmodi religiosa gestamina ἐγκόλπια vocentur: quòd nimirùm è collo apta in sinum penderent. Fuisse autem, quod dixi, formas aut effigies quasdam sacras ijs impressas, manifestè docet noster paulò post, dum ait: Sultanem petendo res tales, se demonstrasse, τῷ θείων ἐκτυπωμάτων τὸν σεβαστιὼ *Divinarum formarum veneratorem*. Ergò illa quæ appellavit ἱερὰ σχεδίασματα & ἐγκόλπια, erant eadem θεῖα ἐκτυπώματα expressæ rerum Sacrarum formæ, Christi nimirùm aut Sanctorum. Vnde per hæc jurare solitos Christianos Orientales ad sanciendam pactorum fidem, docet Cantacuzeni locus lib. 3. cap. 17 pag. 403. Ed. Reg. Συμβασῆς (inquiens) δὲ γεμόνι τῷ γάμῳ, καὶ ἐν Ῥωμαίων ἔθει δὲ ἐγκολπίων ἐμπεδώσαντες τιὼ πρᾶξιν. Video hunc locũ parùm efficacẽ visum iri ad confirmandũ id, quod dixi, de juramento firmandis pactis per ἐγκόλπια dari solito, si Lector de isto Cantacuzeni testimonio judicet ex versione Eruditissimi Jacobi Pontani nostri. Is enim nihil ibi agnoscit Sacrum, ad civilem mereque humanam observationem cuncta detorquens; dum sic verba modò descripta latinè reddit: *Paciscentes nuptias, & more Romano pronubis monilibus de collo gestandis acta confirmantes*. Cùm ab omni reprehendendi quemquam supercilio abhorreo naturâ, tùm hujus viri præcipua me dudùm veneratio valdè alienum facit ab ejus cogitatione fugillandi. Tamen quia veritas cunctis affectibus antistat, non possum abstinere quin hîc meum ab ejus sententiâ diversum judiciũ proponam: præsertim cũ illum videam quæ in Interpretatione posuit, etiam in Notis affirmare adstruereque diligentiùs: ea porrò sint ejusmodi ut nisi coarguantur, locum tenere suum ac probari nequeant quæ noster Pachymeres hîc affirmat. Accenset ibi nimirùm Pontanus ἐγκόλπια nuptiali supellectili, arrhas & pronuba munuscula, ea interpretans, qualibus: *Vir*, inquit, *Sponsam seu Vxorem sibi futuram oppignerare quodammodo consuevit*. & mirum

statim

ſtatim in talium rerum numero nominari annulum, manûs utique ac digitorum geſtamen, non ſinûs ac pectoris, prour erat neceſse, ut ad ἐγκολπια, rerum è collo in ſinum pendentium, elaſsem referretur. Contra ea nos dicimus cum noſtro Pachymere, vulgaris usûs ac promiſcui ἐγκόλπια fuiſse. plurimumque à vero aberrare, talia ſolùm à Procis in conjugij pignus data, à ſolis accepta geſtataque nupturientibus fuiſse fœminis. Præterea contendimus religionis iſta inſignia, non muliebris tantùm aut civilis ornatûs monilia fuiſse; quippe quæ θεῖα ἐκτυπώματα, *Divinas formas* impreſsas aut inſculptas præferrent, & meritò idcircò vocarentur ἱερὰ ἀλεξίμματα *Sacra amuleta*. Putamus aurem illum cujus Cantacuzenus meminit *Romanorum morem* Ῥωμαίων ἔθος, non ad pacta nuptialia propriè reſtrictum, ſed ad omne latè pertinuiſſe conventionum genus; ita ut ex conſuetudine Conſtantinopolitanorum, quicumque quidvis invicem promitterent ac ſtipularentur, manu ad pectus admotâ & reverenti atractu pendentium illic ſacrorum amuletorum, polliciti fidem facerent; quod Cantucazeno dicitur: Ἐμπεδοῦν τὴν πρόξιν aut τὰς συμβάσεις δι' ἐγκολπίων. Er quis ſcit an non inde apud Occidentales quoque Chriſtianos invaluerit, quod hodiè in uſu videmus eſse, ut manu pectori admotâ fides verbi aut pacti confirmetur? Tam univerſalem porrò fuiſse conſuetudinem Orientalium Chriſtianorum geſtandi hujuſmodi religionis ſigna, ut neceſſitatem induceret; apparere poteſt ex eo quod noſter innuit lib. 2. cap. 25. diſtribui gratis ſolitas Militibus σεβασμίας εἰκόνας *Sacras Icones*; quas videlicet è collo ſuſpenſas in fidei ac religionis teſseram portarent. Dicet fortè adversùs hactenus ſtatuta argutior quiſpiam: Iſtam ἐμπέδωσιν συμβάσεων γάμων δι' ἐγκολπίων, cujus Cantacuzenus meminit, referri ad jusjurandum non poſse, quoniam ſtatim poſt idem Autor juramentorum his adjunctorum diſtinctè meminerit his verbis: τὸ δὲ πρόξενον ὄμνυσι δὲ καὶ ὅρκους περιόδους φρικώδεις ὑπὲρ τούτου. Primùm reſpondeo vocem περιόδους ad ὅρκους φρικώδεις relatam potiùs confirmare, quod nos diximus; ſignificat enim Apocauchum, qui iſthic loquitur, cum vehementi ſtudio incumberet ad perſuadendum Patriarchæ quod volebat, ad prius illud jusjurandum lenius geſtu tantùm & tactu ἐγκολπίων exercirum, alia horribilia φρικώδη adjunxiſſe, dira ſibi nimirùm imprecando ſi falleret, quò certiùs facerer fidem dictorum. Deinde ajo: iſtas horrendas execrationes, & capitis devotiones fuiſe ab Apocaucho tunc factas non ad pacta nuptialia pertinuiſſe, ſed ad cætera quæ perſuadere Patriarchæ cupiebat: nempe vera eſſe quæ de conſilijs Magni Domeſtici Patriarchâ deijcere Throno meditantis falsò & calumniosè ad ipſum Patriarcham detulerat: ejuſque calumniæ ut fidem faceret, ac ſe illi intimè jungendo fraudis omnis atque inſidiarum ſuſpiciones amoliretur, affinitatem obtulerat per nuptias ſuæ filiæ cum filio Patriarchæ, in quam, ut eſt dictum, jam ambo conſenſerant: & conſenſum firmaverant δι' ἐγκολπίων per tactum ſacræ Iconis, quam uterque ipſorum de more ante pectus pendulam geſtarer. quare rectè hæc ultima verba Pontanus in noſtram ſenrentiam ſic vertit. *Apocaucho inſuper caput ſuum horrendis execrationibus devovente, ni ſyncerus ſit*. En quò ſpectarent hi ὅρκοι φρικώδεις adjuncti ἐμπεδώσει δι' ἐγκολπίων, non jam ad ſponſalia firmanda; ſed ad delationis ſyncerae veritatem perſuadendam. Denique obſervet prudens Lector evidentem, & irrefragabilem horum, quæ dixi, confirmationem ex ipſo loci conſpectu palàm extantem. Refertur in illo citato Hiſtoriæ Cantacuzeni capite colloquium arcanum Apocauchi cum Patriarchâ: inrer id ille huic filiæ propriæ cum ejus filio nuptias obtulit: Patriarchâ admittente, pactum ab utroque mutuum δι' ἐγκολπίων firmatum eſt à duobus Patribus de liberorum conjugio in horum abſentiâ tranſigentibus jure paterno. quem hîc ergò locum habere poteſt arrharum nuptialium aut pronubi annuli traditio, quam hîc Interpres cogitavit? Sed de his plus ſatis.

ΕΙΡΚΤΗ ΛΗΘΗΣ.

Lib. III. Cap. XXVIII. Πολλοὶ γὰρ τῶν πολεμίων κεφαλὰς ὡς εἱρκτοῦ λήθης τοῦ ἐν Νικαίᾳ φυλακοῦ καπνιζόντων. Non dubito quin hæc ſcribens habuerit in animo Pachymeres Procopij locum lib. 1. de Bello Perſico cap. 5. ubi de Perſis deliberantibus quid de Rege Cabade redacto in ordinem decernerent, Autor ait: Οἱ δὲ κτεῖναι αὐδρα Βασιλέως αἷματος ὑδ' ὅλως ἔγνωσαν· ἀλλ' ἐν φρουρίῳ καθεῖρξαι ὅπερ τῆς λήθης καλεῖν νενομίκασιν· ἐνταῦθα ἐμβληθεὶς πύχη, ἐκ ἔτι νόμος σφίσι μνήμην αὐτοῦ ἔχειν· ἀλλὰ θανάτος τῷ ὀνομάσαι ἢ ζημία. διὸ καὶ τοῦτον τὸν ἐπονυμίαν ταύτην ἐκτῆσθαι λέγουσι. Hoc eſt ex noviſſimâ optimâ verſione: *Abhorruere tamen eorum animi ab effundendo regio ſanguine, ſatisque habuerunt aſſervare Cabadem in Caſtello oblivionis: ita dicto ex lege, quæ de eo, qui fuerit illùc conjectus, mentionem unquam fieri vetat; pœna etiam capitali ijs propoſita, qui ipſius nomen protulerint. quæ cauſa fuit appellationis eiuſmodi.* Vides in his, ut rem, ſic appellationem εἱρκτῆς λήθης ex Perſide veniſſe. Et fuiſſe ibi videtur certa cuſtodia, in quam qui darentur, de ijs mentionem deinde inferre ullam, capitale foret. Pari exemplo Imperator Michaël Palæologus, qui dum eſſet privatus, in Perſide fuerat, ut noſter docet lib. 1. videtur imitatione usûs quem ibi viſum probaverat, inſtituiſſe, ut quos Nicæenſi cuidam carceri mancipaſſet, in perpetuum ibi tenerentur; nec quiſquam orare pro ijs, aut omninò ſatagere, vel mentione tenùs auderet. Hanc imitationem innuit particula ſimilitudinis ὡς, indicans Nicæenſem cuſtodiam Palæologo fuiſſe pro Arce aut Caſtello, quam Perſæ vocabant nomine æquivalente his græcis vocibus φρούριον λήθης: Nam non eſt audiendus Chriſtophorus Perſona, dum ibi φρούριον λήθης, latinè reddit: *cuſtodiam quæ* lethe *vocabatur*. quaſi λήθη *lethe* perſicum non græcum vocabulum ſit. Haud paulò prudentiùs ultimus tempore, non merito, Interpres Procopij Claudius Maltretus noſter φρούριον λήθης *Caſtellum oblivionis* latinè reddidit. in quo videri poſſit ei caſu quodam præviſſe Pachymeres, dum lib. iv. de iſto eodem agens Ergaſtulo, in quod eâ conditione ſubibatur, ut nefas eſſet illùc ſemel introductorum meminiſſe, illud Κάστρον *Caſtrum* ſive *Caſtellum* ἀνωνομαστικῶς appellat. Cum enim de Barlaamo quodam, inquieti ac ſuſpecti ingenij homine, retuliſſet decreviſſe Imperatorem eximere ſibi ſemel omnem in poſterum de illo metum ac ſolicitudinem: quò id aſſequeretur, ait præcepiſſe cuidam è ſibi fidiſſimis, eum Nicæam abducere; ac ibi, πρὸ τῆς εἰς Κάστρον εἰσαγαγὼν στῆσαι τῆς ὀφθαλμῆς, *priuſquam in Caſtellum introduceret: oculis privare*.

ΕΙΣΙΤΑ.

Lib. VI. Cap. XXIII. Καὶ εἰσιτὰ τὰ εἰς οἶκον Κυρίου. Multa toto hoc commate ἀσύρτητα, & invicem inconnexa ponuntur. Exprimuntur enim carptim, ſolis initijs ſententiarum delibatis, quæ Græci, pacem cum Latinis haud ex animo probantes; in ſcriptis Vecci reprehendebant. quid autem hîc ſonet, aut quid ſit vox εἰσιτὰ haud in expedito eſt. Fortè εἰσιτὰ dictum ut προσιτὰ à recto προσιτὸν *acceſſibile*, ut εἰσιτὸν ſignificet *introducibile*, ut ſic dicam, vel *introduci dignum*. quaſi dicere vellent: quæſtiones quæ à Vecco moverentur, non eſſe dignas, quæ introducerentur in Domum Dei, hoc eſt Eccleſiam; An potiùs exiſtimabimus εἰσιτὰ poſitum pro εἰσιτέα, eo ſenſu, ut negare velint introducenda hæc fuiſſe in Eccleſiam quippe quæ ejus quietem turbarent.

ΕΚΚΛΗΤΟΝ.

Lib. V. Cap. XII. Εἰ δὲ διδοῖμεν ἡμῖν ἔκκλητον, σχολῆ τινα τοσοῦτον πόνοντα βαλλόμενον τῶν δικαίων ἀμφισβητεῖν. Hîc manifeſtè ὁ ἔκκλητον, ſonat *ius provocationis*. alioquin inanis eſſet quæ affertur ratio ad leniendum conceſſionis hujus incommodum.

nempe

nempe quod tale jus, licet à Græcis conceſsum, haudquaquam tamen redigendum in praxim videretur: nemine veriſimiliter curaturo conferre ſe Conſtantinopoli Romam, laborioſo & periculoſo tot marium trajectu, ad litem ſuam provocatione illuc translatam, ibi perſequendam. Eſt ergò ſine dubio ὁ ἔκκλητος, jus provocationis à judicio Patriarchæ Conſtantinopolitani, & aliorum Orientalium ad Pontificem Romanum; cujus juris agnitio profeſſioque unum erat è tribus præcipuis capitibus quæ ad Eccleſiarum conciliationem à Græcis exigebantur. Ea capita his tribus verbis deſignabantur: ὁ Πρωτᾶος, ὁ Μνημόσυνος, ὁ Ἔκκλητος. Primatus Papæ, ejuſdem inter Sacra publica commemoratio, poſtremò jus appellationis ad eundem à ſententijs Synodorum aut Patriarcharum.

ΕΛΛΗΣΠΟΝΤΙΑΣ.

Lib. V. Cap. XXI. Ἑλλησποντίας λαμπρός. Venti nomen ut ἀναρκτίας. ventus vehemens flans ab Helleſponto.

ΕΝΑΙΘΡΙΑΖΕΙΝ.

Lib. V. Cap. XXIV. Μετὰ μὲν μετ' ὄρθρον ὑπὸ τῇ ἑῴᾳ μέσα καθήμενον ἐναθριάζειν. Non eſt hîc ἐναθριάζειν *ſub dio eſſe*. Summâ enim æſtate, ut tunc erat, meridiano ſole fervente, haud eſſet illa commoda ſtatio. Intelligendum ergo Imperatorem ad auram è Septentrionali fortè patente feneſtrâ flantem frigus captaſſe. aut ſi frigore aëris cameræ vi à cœli ardore defenſi elauſis feneſtris utebatur, ἐναθριάζειν pro refrigerari poſitum fuerit; ex eo quod plerumque fiat, ut quæ ſub cœlo aperto jacent refrigerentur: translato eo verbo etiam ad refrigerationem, quæ aliter evenit. Lib. vi. cap. xxix mentio fit ὕδατος ἐξαθριαζομένου. aquæ ſub dio refrigeratæ; quod, etſi tunc quoque æſtas erat, facilius intelligitur, per noctem factum. At hoc loco diſerta fit diei mentio, cum deſignatione horæ pomeridianæ.

ΕΝΔΥΤΗ.

Lib. V. Cap. XVII. Πρὸς δὲ καὶ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐνδυτὴν &c. Rectè Meurſius docet ἐνδυτὴν, eſſe ſupremum ſacræ menſæ inſtratum. Primùm enim inſternebatur Aræ quod dicitur ἀντιμήνιον, ſacra mappa, tunc tantùm neceſsariò imponenda Altari, quando non conſtabat an illud fuiſſet conſecratum. Supra illud, aut ſupra nudam aram certò ſacratam, extendebatur in præparatione Sacrificij linteum, quod appellabant καταπέτασμα, ſupra quod videlicet ἀμνὸς Corpus ſive Caro Domini in Euchariſtiâ poſt conſecrationem præſens reclinabatur. Id velum *Corporale* Latini vocamus. Nec plus erat in ipſa functione Sacrificij. at poſt ipſam Ara operiebatur tapete ſive ἐνδυτῇ, textûs plerumque magnifici: unde in illos uſus pretioſa ſtragula offerebantur. qualis hæc fuit ἐνδυτὴ ab Imperatore Michaële Palæologo primùm magno Templo S. Sophiæ donata; deinde etiam ad Pontificem Romanum miſſa. Credibile eſt ex iſto Tapete ſuper Aram explicato ſpeciosè pependiſſe in frontem Altaris, fimbrias, tuborum aut nolarum, vel etiam malorum formis diſtinctas. unde Heſychius ἐνδύται (ſi fortè idem cum ἐνδυτῇ ſit) αὐλοὶ dixerit: quomodo αὐλοὺς φίμους Pollux memorat lib. 10: ubi de ornamentis equorum. ἐκαλοῦντο δὲ τινες (inquit) αὐλοὺς φίμοι ἀφ' ὧν κώδωνας ἔχειν ἐπηρτημένους, οἷς ἐγκρεμετίζοντες ἵπποι ἦχον ἐποίουν παρεμφερῆ αὐλῷ. ita illi; ad ſonũ referens, quod non inveriſimiliter ad ſpeciẽ quoque pertinuit. nam alioqui κωδώνων utcunq; hinnitibus reſponſantiũ, ſonus non multùm ad tibiæ cantũ accedit. Forma verò tubi aut nolæ in Appẽdicibus Ephippiorum, uti & militarium Chlamydum, elegantiam ad aſpectum habet. Has appendices Calliculas, ſive Galliculas vocabant, quas gloſſæ veteres Ἐγχάδας græcè interpretantur; ea voce rotundum aliquid & volubile deſignantes; qualia erant Tintinnabula & Malogranata ex orâ veſtis Aaronicæ dependentia Exod. 39. 23. Paſſio

S. Per-

S. Perpetuæ describens vestitum Pomponij Diaconi in visione apparentis: *Erat vestitus distinctam candidam, habens multiplices calliculas.* Hæc candida videri potest fuisse ἐνδύτης ἀυλωτὸς Hesychij. ad cujus formam ἐνδυτὴ operimentum Aræ, & ipsa ἀυλωτὸς facilè fuerit, multiplici appendice Callicularum eleganter ornata, insertis etiam speciosè unionibus, ut hic noster memorat. Diversa à superiùs dictis περὶ ἐνδύτης. καὶ τῦ καπασίρκα docet Iacobus Goar ad Euchologium pag. 627. Meursium corrigi jubens: sed non persuadet: quoniam quem laudat fundum suæ sententiæ Symeonem Thessalonicensem postquam consului, haud faventem ipsi reperi. Ait in eo errare Meursium, quòd καπασίρκα non ἀμίσους aræ nudæ, sed supra ἀντιμίνσιον sterni solitum asserat. Atqui non hoc simpliciter, aut universaliter Meursius asserit; sed tantùm quando non constabat de consecratione Altaris: cujus asserti testem producit Manuelem Patriarcham in hæc verba: τὰ ἀντιμίνσια οὐκ ἐπὶ πάσας ἀνάγκη κεῖσθαι τὰς ἁγίας τραπέζας, ἀλλ' ἐπὶ ἃς ὁ γυάρμος ἔστι. ἔστι καθιερωμένα εἰσὶν, ἔστι δ'. *Antimensia non omnibus imponi sacris mensis necesse est; sed in eas de quibus non est notum, consecratæ sint, nec ne.* Addit statim rationem. τὰ γὰρ καθιερωμένων ἁγίων τραπεζῶν τόπον ἐπέχυσι. *Antimensia enim consecratarum sacrarum mensarum locum obtinent.* unde concludit: καὶ ὅπου εἰσὶ γυάρμοι καθιερωμένοι, ἡ χρεία ἀντιμινσίου οὐκ ἔστι. *Et ubi perspectum est aras esse consecratas, opus antimensijs non est ibi.* Addit & aliud testimonium Nicephori Homologetæ sive Confessoris: qui agens de ἀντιμινσίοις: Κυρίως δὲ (inquit) ἐφ' ἑκάστης τῶν τραπεζῶν τίθεται, αἷς καθιέρωσις οὐχ ἁγίασεν. *Propriè verò super eas sacras mensas ponuntur, quas consecratio non sanctificavit.* Non igitur absolutè dicit Meursius ὃ καπασίρκα supra ἀντιμινσίῳ sterni. Vidi autem & accuratè perpendi indicatum à Goare contra Meursium Symeonis Thessalonicensis locum, qui sic habet; Aræ ad Sacrificium instructæ apparatum memorans: Καπασίρκα ὃ λεγόμενον ἔλυσε, καὶ μετ' αὐτὸ τραπεζοφόριον κέκτηται. *Quod vocatur cataſarca, statim; post illud trapezophorum habet.* agit de Aræ utique consecratæ. quæ si talis non esset, aut esse non sciretur; non negaret superimpositionem necessariam ἀντιμινσίου. Hunc locum Symeonis Thessalonicensis Goar sic vertit: *Interulam verò vestem, quæ ad carnem dicitur, & supernè mantile adepta est.* Tria non probo: quod ὃ καπασίρκα interulam &c. quod τραπεζοφόριον mantile; quod κέκτηται reddat adepta est: nam κέκτηται, hoc loco est *possidet* aut *habet*. καπασίρκα nomen proprium veli sacri in quo ἀμίσους reclinatur Eucharistia sive Corpus & caro Domini, Ecclesiastico vocabulo debuerat exprimi. Denique τραπεζοφόριον Velum potiùs est quo supernè Sancta conteguntur, quale quod nostro more supra Calicem aut sacram Pyxidem Christi Corpus aut Sanguinem continentes supra Aram extenditur. Declarat hoc mox Thessalonicensis ibidem. Ὅτι (inquiens) τάφος ἔστι καὶ θρόνος Ἰησοῦ. significat: sacrâ Eucharistiâ super Aram isto quem describit apparatu oculis fidelium propositâ duos indicari Christi status, jacentis in Sepulcro, & resurrectionis gloriâ conspicui, tanquam in Throno. Pergit idem declarans, καὶ ὃ μὲν (καπασίρκα) ἔστιν ὡς ζωῶδων ἡ ὠθισμένη νεκρός. *Ac cataſarca quidem, sive Corporale, Syndonem repræsentat qua mortuus Christus involutus est.* ὃ δὲ ὡς δόξης περίβολος, ὡς καὶ ὁ ἐπὶ τούτῳ ἐν τῷ πίνακι ἐμφαίνει ψαλμῳδὸς, Κύριος ἐβασίλευσε (λέγων) ὡραϊσμὸν ἐνεδύσατο. *Illud verò* (hoc est τραπεζοφόριον) *ut gloriâ amictus* (partim, hîc addit de suo Interpres nescio quare) *uti & qui dum superponitur* (sanctis Velum) cani solet *Psalmus demonstrat dicens: Dominus regnavit, decorem induit.* Hactenus Thessalonicensis: ex quibus ejus verbis apparet nihil Meursio Thessalonicensem adversari: sed potiùs refellere ipsum Interpretem Euchologij, in eo quod ad Ordinem Lotionis sacræ mensæ pag. 627. Τραπεζόφορος mantile fuisse dicit: illud præterea confundens cum ἐνδυτῇ, quod illi neutiquam concesserim, nisi testem laudet.

ENO-

ENOPIA.

Lib. VI. Cap. XI. Τ' πὶ ἔνδον Ἐπισκόπους ὧν αἱ ἐνορίαι. Quas nos hodiè vulgò Diœceſes vocamus, ἐνορίας Græci dicunt; regiones Epiſcopi cujuſque ditioni ac poteſtati Ordinariæ propriè ſubjectas. Nam Diœceſis vocabulum latiùs olim patebat.

EZATTΩPEIANOI.

Lib. I. Cap. XXII. Πρὸς μὲν τὸν Ἐξαυτορειανὸν Παηριάρχην πίνυσιν τινὰ πρίσιν μεγαλαυχοῦντι Νικαήνδε τύπου. Hoc eſt Arſenium Patriarcham. ſic duo Codd. Vaticano omittente; ut ſolet in obſcuris. Manifeſtè hîc memoratur Patriarcha quidam Exautorianorum diſtinctus à Patriarchâ ſimpliciter, & κατ' ἔξοχὴν ſic dicto. Exautoriani qui dicerentur, ſuſpicari licet ex his quæ tradit Meurſius verbo Ἐξαυτορεία. ubi docet ex Suida ἐξαυτορείαν dici ἀπολυτρίαν ἀπὸ στρατείας *Miſſionem à Militia*. quod & innuit Leo in Tacticis Conſt. xx. Militares dividens in duo genera. Οἱ μὲν τῷ στρατῷ εἰσὶ (ait) καὶ ὅσοι τῶν λεγομένων ἐξαυτορείας. Hinc videlicet ἐξαυτορειανοὶ vocabantur. qui emeriti, aut alijs idoneis cauſis legitimè miſſi à Militiâ Militum privilegijs gaudebant. inter quæ ſuſpicari licet & hoc fuiſſe, ut ubivis agerent non à loci Epiſcopo, ſed à Patriarchâ in ſpiritualibus penderent. quare præſtò habebãt Vicarium Patriarchæ, ad quem illo abſente recurrerent. quia verò ubi erat Imperator, ut tunc Magneſiæ, Magnus erat Exautorianorum numerus; & cum illis Propatriarcha proprius ipſorum; ad hunc congregati Proceres mittunt ut Patriarcham cujus erat Vicarius accerſeret Nicæâ, quòd ejus operâ & autoritate præſentis; res de quâ tractabatur, egeret. Hæc opinabar in loco perplexo, donec quid certius occurrerit. non neſciens tamen poſt captam à Latinis Conſtantinopolim; & mortem Ioannis Camateri, ſub quo Patriarchâ Græci ex eâ Vrbe pulſi per Latinos ſunt, electum ab ijſdem Græcis Imperij Sedem Nicææ habentibus Patriarcham titulo nihilominus Conſtantinopolitanũ, qui Sacris præſideret, Michaëlem Autorianum, quẽ alij Saurianum vocant; quinetiam Arſenium hoc capite memoratũ, qui à Michaële Autoriano Septimus eandẽ Patriarchalem Nicææ Sedem tenuit, reperio Autorianum quoque dictum. Sed quid hæc ad Παηριάρχην Ἐξαυτορειανὸν de quo hîc mentio? quærendum igitur ampliùs: niſi quis conjecturæ à me priùs propoſitæ acquieſcendum putet.

EΠΑΛΑΣΤΕΩ.

Lib. IV. Cap. XX. ἀφ' ἑαυτὸν ἐπαλαστίσας. Repetit & lib. v. cap. vi. non poſui hoc verbum in hoc Catalogo ut Lectorem docerem quid valeret. confido enim id ipſum ex Homeri lectione didiciſſe, apud quem Ὀδυσ. α. v. 252. legerit;

Τὸν δ' ἐπαλαστήσασα κατεσσύδη Γλαυκῶπις Ἀθήνη.

ubi Didymus exponit: ὅτι τοῖς λεχθεῖσιν, ὡς ἀλαστῶς ἔχοντι δηλονότι ἔδη, ἐπιπλήξασα: ſed ut admoneam de genio Pachymeris, quem delectat verba, vel ſemel Poëtarum cuipiam veterum uſurpata, in oratione ſua ponere: quæ una ex cauſis eſt ejus obſcuritatis. Sed & hoc præter Homeri autoritatem novat, ut verbum apud illum neutrum, ipſe activum faciat. Non enim ἑαυτὸν ἐπαλαστήσασα Homerus poſuit, ut noſter. &, ſi quid id refert, ſimplex quoque hujus, ἀλαστήσας, idem Princeps Poëtarum abſolutè ſine regimine casûs poſuit Iliad. μ. verſ. 165. ubi

Ἀτὰρ ὑπερκύδης . . . ἀλαστήσας ἔπαφε θυμῷ

Non autem ἑαυτὸν ἀλαστήσας, ut hîc Michaël Palæologus à Pachymere inducitur.

EΠΕΧΕΙΝ.

Lib. IV. Cap. II. Καὶ ἀπεῖχε τῷ Γωσὴφ ῥήμασιν ἐπέχειν. Videtur hoc loco ἐπέχειν novè poſitum pro *coercere* & *caſtigare verbis aſperè aliquem*. vide voces ἀναδέχεσθαι & πνθμαντὰς. nam ex ibi dictis patebit ratio interpretationis hujus loci meæ.

ΕΠΕ-

ΕΠΕΤΚΤΕΙΝ.

Lib. IV. Cap. XVI. Τὰ μὲν ἀπὸ Βασιλέα· τὰ δὲ εἰς ὃν Θρόνου καθεσθέντα προσωνυμίας ἢ ἐπαθκτισμοῦ μᾶλλον. Lego hîc ἐπαθκτισμοῦ à verbo ἐπαθκτεῖν satis inusitato illo quidem, non tamen abhorrente à stylo hujus Scriptoris antiquarij, si quis alius, & fastidire obvia, sectari avia, palmarium putantis. Fortè is legetat apud LXX. Ierem. 20. ἐπαθκτεῖ ἡμέρα. hoc est, ut Hesychius interpretatur, ὀπισθοπορεῖ, ut Suidas, ἀρχῆς ἀξία. Satis hoc illi fundamenti fuerit ad verbum ἐπαθκτεῖν fabricandum, ut alia passim multa. Nam quid hîc aliud, quod ad rem faciat, eomeomminiscamur? Cod. Barber. habet ἐπαρκτισμοῦ. Allat. ὀπκτισμοῦ. Vat. ut in similibus solet; pro eo quod non intellexit: alia omnia, nec sententiæ consentanea subjecit. Manifestum autem est neutram illarum vocum huc quadrare. Nec aliud occurrit, quod ad mentem Autoris tolerabiliter se accommodet, quam ἐπαθκτισμοῦ.

ΕΠΙΔΟΣΙΣ.

Lib. IV. Cap. XVI. Ὁ Μακάριος, παρεδρίαν τὴν τῆς Ἐκκλησίας Γρηγορίου ἐξ ἐπιδόσεως. significat: non ordinarium & proprium fuisse hunc Proconnesiæ Ecclesiæ Pastorem: sed hoc in eâ pro tempore officium exercuisse ex commissione aut delegatione, ut loquuntur, precariò & concessione quæ hic ἐπίδοσις vocatur; uti & lib. 5. cap. 8. ubi de quodam Latino Episcopo quondam Crotonæ, scribitur; voluisse Imperatorem τὴν Ἐκκλησίαν δίδοναι αὐτῷ τῷ λόγῳ τῆς ἐπιδόσεως. εἰς ἐπιμέλειαν τῆς λαχούσης, *commendare ipsi Ecclesiam administrandam ex Delegatione, non Ordinaria potestate; cum is Ecclesiæ quam dudum fuerat sortitus, cura iam vacaret.*

ΕΠΙΚΟΜΠΙΑ.

Lib. IV. Cap. XVIII. Τὰ Ζιμίθους λεγόμενα ἐπικόμπια. Ita Codd. Allat. ex quo putavi corrigendum Barber. qui ἐπιγκόπια exhibet. Vatic. clarè Allatiano consentit. sunt autem ἐπικόμπια ea quæ ab alijs ἐπικόμβια vocantur à Meursio laudatis eo verbo: nempe fudariola aut linea segmenta, quæ ligatis intus certo numero nummulis materiæ diversæ, in plebem confertam jaciebantur solemnitatibus certis. Io. Cantacuzenus lib. 1. cap. 41. pag. 125. Ed. Reg. Τῇ ἡμέρᾳ καθ' ἣν ὁ Βασιλεὺς χριθεὶς ἐξεισι τοῦ ναοῦ, ὥρᾳ ὑπὸ τῶν συγκλητικῶν, ὃν αὐ Βασιλεὺς ἕληται, εἰς ὃν δῆμον ῥίπτουσι, ἃ λέγουσιν ἐπικόμβια· διώρυγι δὲ τοῦτο ἀποδίδωσιν ἐν ἐθνικῶν τιμήμασι, δεδεμένους ἔνδον ἔχοντας νομίσματα χρυσᾶ τῶν βασιλικῶν ξύλα, καὶ δὴ ὀβολοὺς ἀργυροῦς τοσούτους. εἰ καὶ πλείω· καὶ ὀβολοὺς ἀπὸ χαλκοῦ τοσούτους. Hoc est ex versione Pontani nostri: *Die quo Imperator unctus à Templo exit; ab aliquo eius Optimatum, quem ad hoc elegerit, in populum iaciuntur quæ vocant Epicombia. Sunt autem fasciculi, segmentis linteis illigata habentes numismata aurea Imperatoria tria, totidem argentea, aut plura, & obolos æreos totidem.* Hæc ille. Ex quibus obiter colligo, cur auri non non fiat in nostro Pachymeriano loco mentio, sed argenteorum dumtaxat æreorumque nummulorum. Aurei scilicet nummi largitionibus Imperatorum causa, & nominè factis reservabantur. hæc autem Patriarchica erat, non Imperatoria Epicombiorum sparsio.

ΕΠΙΛΤΓΑΖΕΙΝ.

Lib. V. Cap. VI. Ὁ δὲ ἀλλαχῆ κύκλῳ σκιαλλόμενος, τὰ ὁμολογημένα ἐπιλυγάζειν. Duo ultima verba Vatic. de more σκαφεζειν his alijs commutat: τὰ συμπεφωνημένα ἐπισκιάζειν. significat Autor, hunc Legatum Cralis Serbiæ dissimulasse in tractando, prius conventa & stipulata inter Imperatorem & Cralem, astuto illa silentio tegendo, ne mentione factâ illorum ea rata habere videretur. λύγη Interpretibus Homeri est ἐν ἴσῳ τῷ ἀλύγῃ, ὅ ἐστι σκότῳ, σκιᾷ. unde est λυγρὸν φῶς maligna lux.

lux. Hinc ὑπαυγάζειν valebit, *obscurare*, *caligine offundere*, artifici silentio premere atque involvere.

ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΑΡΧΗΣ.

Lib. IV. Cap. IV. Τὸν δ' αὐτοπείλλιν ὀνείνῳ ὡς ὑπεπμονάρχᾳ τῆ Βασιλέως ἔξ) δικαιομένῳ ἐν τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς πεάγμασι. ὑπεπμονάρχης vox est composita ex ὑπεπίων & ἄρχω ad significandum, Principem cognitorem; hoc est, eum cui in primis cognoscendi de re aliquâ jus competit. Aptum vocabulum ad explicandam Principum aut Magistratuum sæcularium interventionem in Synodis aut Cœtibus Ecclesiasticis. Non enim ijs præsident ut Iudices cum jure suffragij decisivi. sed intersunt ut testes, solo cognitionis approbatricis arbitrio decretis autoritatem conferentes, & ad executionem robur sæcularis potestatis adjungentes. Vbi notandum Primatum istum cognitionis, qui competere Principibus non Ecclesiasticis hîc dicitur, esse respectu cæterorum sui ordinis hoc est Laicorum; inter quos primis ipsis convenit talia nosse. Alludunt igitur hæc nostri Autoris verba ad veterem memoriam Historiæ Ecclesiasticæ, quæ Constantinos, Theodosios, Marcianos, aut ab his missos; legitimè præsedisse Concilijs fidem facit; isto nimirùm quem exposui modo. quare vox Βασιλέως hîc universìm & indefinitè sumenda, quatenus non hanc determinatam personam; sed quemcumque ad Imperiale fastigium evectum indicat. Participium autem ei adjunctum, δικαιομένῳ, designat jus talis cognitionis & præsentis arbitrij in Ecclesiasticis Cœtibus, usu antiquo, & Patrum Ecclesiæ veterum consensu, Principibus competens. Reperio usum hoc vocabulo in eadem notione Demetrium Chomatenum Archiepiscopum Bulgariæ, in Responsionibus ad Constantinum Cabasilam Archiepiscopum Dyrrhachiensem, relatis à Leunclavio lib. 5. Iuris Græco-romani pag. 316. & seq. Ed. Francofurtensis An. 1640. ibi enim hæc leguntur: Ὁ Βασιλεὺς ὁ οἶα νοῦς τῆ ἐκκλησιᾳ ὑπεπμονάρχης καὶ ὢν καὶ ὀνομαζόμενος, καὶ ζωοδηκᾶς γεάμμας ὑπατεῖ, καὶ ὃ κῦρ ταύτας χαρίζεται· ἐκκλησιαστικὰς πᾶξις ῥυθμίζει, καὶ νομοθεῖ βίῳ καὶ πολιτείᾳ τῆ ὑμετέρᾳ· καὶ μεὶν καὶ δίκας Ἐπισκόπων καὶ Κληρικῶν, καὶ πεὸς γε χηρευόντων ψήφοις Ἐκκλησιᾳ. ἐπαὶ δὲ καὶ ἀπὸ ἐλαττόνων τιμῆς εἰς μείζονα. διὰ δὲ ἀπὸ Ἐπισκόπων εἰς Μητεόπολιν, ἢ αὐθις ἀρετεὶν ἢ πόλιν τιμῆς &c. Hæc ibi, aliaque in quibus si cui fortè is Autor videatur potestatem hoc verbo indicatam extendere latiùs quam ut possit contineri intra terminos sacris Canonibus & exemplis Orthodoxorum Principum dudum fixos, præstò est idonea in contrarium exceptio: Nempe hominis schismatici, qualem se Demetrius hic eodem isto scripto palàm declarat, autoritatem nihil legitimè præscribere contra Doctrinam disciplinamve Catholicam.

ΕΠΙΣΧΕΣΙΣ.

Lib. III. Cap. XXIV. Ὡς πεόσιμος ὀνείνῳ ἢ τῆς ἱερωσύνης ὑπόχεσις λῦ. Agit de Sacerdote qui attentaverat benedicere nuptijs sine facultate Chartophylacis, cui ideo in pœnam suspensio à functione Sacerdotij irrogata sit. Est ergò ὑπόχεσις Ecclesiasticâ notione, quod Iuris Canonici Consulti, *suspensionem* vocant, speciem Ecclesiasticæ censuræ excommunicatione minorem. quod etiam indicant verba mox sequentia. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἔδοξε Θεῖον ἢ τι ἄλλο μεῖζον τῷ Βασιλεῖ ἀγγελθὲν· ἀλλ ἀφορισμὸς ἀπῆκεν. quibus significatur: Imperatorem re sibi nunciatâ, ita exarsisse, quasi non suspensio illud, sed excommunicatio major fuisset; confundendo species gradusque censurarum Canonicarum. Vatic. solitâ libertate hunc locum ὡδὶ μεταφοίζει pro illis verbis: ὡς πεόσιμος .... ὑπόχεσις λῦ, sic scribens: ἐχόλασε τῆς ἱερωσύνης ὡδὶ τῆ Πατειάεχου πεος κυείου. de suo addit mentionem Patriarchæ.

ΕΤΑΑΙΡΙΡΧΟΙ.

Lib. IV. Cap. XXIX. Καί γε οὖν ὅτι τῆς εἰσαγωγῆς, ὃς ἑταιρειάρχας λέγουσιν. Hinc, præter ea quæ de hac voce notat Meursius, intelligimus: Introductores sive Admissionales Imperatorum *Hetæriarchos* dictos, quòd nempe Tribuni Prætorianorum, quibus propriè id nomen convenit, plerumque isto admittendi ad Principem officio fungerentur.

ΕΤΕΡΟΘΑΛΗΣ.

Lib. IV. Cap. XVIII. Καὶ τῷ ἑτεροθαλεῖ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Nempe Ioannis & Theodosiæ liberorum Marthæ sororis Imperatoris. Cap. sequenti de eadem Nostongonissâ loquens noster, habet iterùm καὶ τῆς αὐτοῦ ἑτεροθαλοῦς τῆς Νοσογλοϊσσης. quid sit hoc loco ἑτεροθαλὴς clarè docet Eustathius ad Iliad. χ. pag. 1283. vers. 2. Ed. Rom. Παῖδες Πατρὸς μὲν ὁμομήτριοι ἑτεροθαλεῖς λέγονται. *Filij Patris eiusdem, sed Matris diversæ.* Res porrò in præsenti sic se habuit, ut disertè tradit Pachymeres sub finem cap. xix. Tarchaniota vir Marthæ, & ex eâ pater Ioannis & Theodosiæ, ex priori Vxore genuerat antea Nostongonissam, cui videtur ad distinctionem maternum familiæ nomen adhæsisse: Hæc eo notavimus quia in vulgaribus Lexicis haud satis disertìm exprimitur hæc istius notio vocabuli.

ΕΥΛΟΓΙΑ.

Lib. V. Cap. XXIV. Ἐφ' ᾧ τὴν μετὰ τὴν ἀναδόσιμον εὐλογίαν τοῖς ἀπὸ τοῦ λειτουργήσαντος δέξασθαι. Etsi videri potest agere Autor de benedictione à Patriarchâ post perceptionem *Antidori*, hoc est ut suo loco demonstravimus, *panis benedicti*, accipiendâ: tamen verisimiliùs est εὐλογίας vocabulo panem ipsum benedictum hîc significari, ut ἐν ἄλλοις δυσὶν Historicus expresserit, dum ἀναδόσιμον & εὐλογίας distinctè meminit. duo ejusdem unius rei vocabula continuans. Retinui porrò latinè nomen *Eulogiæ*; quippe in hâc notione Latinis Ecclesiasticè scribentibus tritum. Vnum affero exemplum, è plurimis passim occursuris, ex Decreto Pij Papæ ejus nominis primi, quo putatur hunc usum sanxisse benedicti panis in Ecclesiâ distribuendi his qui ad Eucharistiæ perceptionem parati non essent. Id sic habet Conciliorum Tomo 1. pag. 234. Edit. Reg. *De oblationibus, quæ offeruntur à Populo, & consecrationibus quæ supersunt; vel de panibus quos deferunt Fideles ad Ecclesiam; vel certè de suis, Presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido & conveniente: ut post Missarum solemnia, qui communicare non fuerint parati, Eulogias omni die Dominico, & in diebus festis exinde quæ cum benedictione prius faciat.* Hæc Pius Papa & Martyr. Ex quibus vides cur exclusus participatione Eulogiæ in festo S. Georgij Michaël Augustus, dixerit ἀνόρτα ἑορτάσαμεν *Festum infestum celebravimus.* Hoc est non id fecimus, quod fieri festo die ad ejus legitimam celebrationem fas, & usus Ecclesiasticus poscebat.

ΕΥΧΕΛΑΙΟΝ.

Lib. VI. Cap. XXXII. Ἐπιλεῖν ἀγγέλαιῳ. Ad vocem ἀγγέλαιῳ hæc annotat Meursius: *sic dicebatur ἡ ἀκόλουθια quæ in consecratione Olei psallebatur à septē Sacerdotib.* Eruditus Interpres Euchologij Notis ad ἀγγέλαιῳ pag. 431. sic scribit: *Passim autem rursùs ἀγγέλαιον vocatur: quasi dicas, (nõ Olei consecrationẽ ut barbarè Meursius in Glossario) sed* Oleum cũ oratione, *compositis ad invicem ἀγ̃ης & ἐλαίῳ vocibus.* Hæc ille: quvereor ut tam facilè præstet æquitatem suæ censuræ, quam Meursius ab interpretatione suâ barbariei notam eluet. Nam revera tota ceremonia ac ritus multis orationibus ac benedictionibus constans, quo consecrabatur Oleum, ἀγγέλαιον vocatur. Videtur autem Autor Notarum ad Euchologium idem hoc loco passus, quod huma-

humanitùs contigisse refert Gellius lib. 7. Noctium Atticarum cap. 17. Grammatico cuidam celebri à se interrogato de notione vocis *obnoxius*. de quo sic ibi Gellius scribit: *Quæ verò ille Grammaticus fuerit ea usus est, ea videtur in verbo tam multiplici, unam tantummodo usurpationem eius notasse*. Sic enim & P. Goar cum plures ἀγχελαίῳ species fuerint, omnia ad unam trahit, eam quâ Oleum ad unctionem Infirmorum parabatur: à qua tamen ipse alibi diversam memorat pag. 441. cujus ἀκολουθίαν, sive officium ac consecrationis ritum, editum se vidisse ait, etsi suæ Collectioni non curaverit inserere propter suspicionē cujusdam in eo ἰδιοθρησκείας, & superstitionis. Certè hoc quoque cujus hîc Pachymeres meminit ἀγχέλαιον, tùm ab illo non immeritò Goari suspecto Euchelæo pro mortuis; quam Græci vocant πλατεῖαν ἐλαίαν ἐπὶ τῶν κοιμηθέντων, tùm à consecratione Olei pro Infirmis, manifestè diversum est. quin docuit me eruditissimus Allatius; usu obtinuisse apud Græcos, ut quidam ritus ἀγχέλαια vocentur, in quibus nullus Olei usus intervenit. uti exempli gratiâ, aliquando, inquit, florem aut ramulum Sancti cujuspiam reliquijs aut imagini præcipuæ venerationis admotum ad ægrum deferunt, qui confidens Sancti ejus precibus juvari; eo flosculo, ramo, aut etiam linteo, dolentia sibi membra contingit. Hoc, ut qui vidit fide dignissimus, testatur, ἀγχέλαιον appellant. neque hîc ἐλαίᾳ mentionem Κυρίως ac propriè, sed μυστικῶς & figuratè usurpari putant, quatenus Olei symbolo, Dei, quæ his ritibus imploratur, misericordia, designatur, & ἔλαιον αἰτεῖ ἐλαίᾳ sumitur.

ΖΥΓΗΝΟΙ.

Lib. III. Cap. XII. In titulo Capitis Τὰ κῦρ ζυγήνις, & similiter in titulo c. xiii. δοπολογία τῶν ζυγήνων. Esse hoc nomen non proprium Gentis; sed appellativum, ut ἀγρότης & χωρίτης, quibus istos aliàs vocabulis indigitat noster; manifestè patet ex fine capitis xiii. ubi sic legitur in Allatiano: Τοῦτο περὶ κῦρ τῶν ζύγνα ἀμαθεστάτων. En quos ζυγήνις dixerat, jam κῦρ τῶν ζύγνα, vocat: hoc est, Iugum incolentes, sive Montanos: Barb. tamen & Vat. vocem ζυγήνις hîc quoque retinent.

ΗΜΙΑΝΔΡΙΟΙ.

Lib. V. Cap. VI. Καὶ μᾶλλον ὁ τῶν ἡμιανδρίων. quid aliud ἡμιανδρίους interpretemur in Comitatu Virginis Regiæ quàm semiviros Eunuchos, ministrare in Oriente Principibus fœminis solitos.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ.

Lib. III. Cap. XIX. Orat Imperator excommunicatus Patriarcham Τῷ δεσμῷ τῷ ἐκείνου αὐτὸν, καὶ μετανοοῦντα τὴν θεράπειαν ἐπιζητῆν ἐν ὑπομονῇ & ὑποταγῇ. Hîc θεραπεία peculiarem & Ecclesiasticam habet notionem; significans opera quæ vocant, *satisfactoria*, puta, jejunia, humiliationes, & similia reis magni & publici criminis ad expiationem Canonicam injungi solita veteri Ecclesiæ disciplinâ. quare θεραπεία hîc id ipsum est quod Latini Ecclesiastici Scriptores *pœnitentiam* vocant: uti *Pœnitentes*, qui culpas expiant supplicijs θεραπευταὶ Philoni, S. Basilio, & alijs Græcis dicuntur. Talem apud Pachymerem esse significatum hujus vocis, demonstrat quod infra eodem capite Patriarcha Imperatori θεραπείαν τοιαύτην προστάττει. Et paulò post hæc Patriarchæ ad Imperatorem verba recitantur: θεραπείαν πολλὴν, καὶ δέξομαι: ad verbum: *fac pœnitentiam & accipiam*. unde mox vocatur ἀντίποινον θεραπεία: & additur, eam quadam æqualitate respondere gravitati criminis debere.

ΙΕΡΟΛΟΓΙΑ.

Lib. III. Cap. XXIV. Ῥηνόμιος δ' ἦν ὁ προηγούμενος ἐκείνης (τῆς Χαρτοφύλακος) τὰς ἱερολογίας γινέσθαι. & paulò post: τῶν τις ἱερέων . . . . νυμφίους ἱερολογῆ δίχα τῆς τοῦ

Χαρτοφύλακος πρωτοπαπᾶς quid sit hoc loco ἱερολογία & ἱερολογεῖν meritò quæritur. Vir eruditus editor & illustrator Euchologij sive Ritualis Græcorum, ἱερολογίας *Sacra registra* interpretatur: & ἱερολογεῖν *in registra recensere* Describens enim in Eucheologio pag. 268. & sequentibus opusculum cui titulus est. Τάξις τῆς ἁγίας μεγάλης Ἐκκλησίας: hæc ex eo verba de Chartophylace: ἔχων δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας τῶν μυστηρίων, ἱερολογῶν αὐτάς. Sic latinè reddit: *Sacra insuper registra Matrimoniorum penes se habet, quæ postquam in registra recensuerit.* Huic expositioni meus me vetat Autor acquiescere dum hic scribit πρωτοπαπᾶς fuisse Chartophylacis, ut nutu arbitratnque dumtaxat ipsius istæ quæcunque demùm sint *Hierologiæ* fierent. Hesychius πρωτοπαπᾶς esse docet τὰ ὀφειλόμενα τῷ ἀξιώματι decora aut privilegia quæ eximiè debentur alicui dignitati. splendidus in primis ac præcellens Chartophylacis Magistratus est: cui propterea vix est ut credi possit attribntum vice πρωτοπάπα & honorariæ prærogativæ pensum ac laborem non solùm penes se habendi *registra Matrimoniorum*; sed etiam manu propriâ conficiendi, nomina nubentium *in registra recensendo*, ut idem Interpres loquitur, reddens vocabulum ἱερολογῶν quo propriam Chartophylacis functionem Græcus Scriptor declaravit. Atqui hæc quidem munera nihil honorificum aut tanto fastigio dignum habentia, Actuarios potiùs ac vulgares Scribas, vel ad summum tabularij Custodes deceant. Longè aliter Thessalonicensis Symeon quid autoritatis circa Matrimonia Chartophylax exercuerit indicat his verbis: ὡς τὰ τῶν γάμων νομίμως φερόντως γίνεσθαι. *Vt legitimè celebrentur matrimonia curat.* Porrò institutione Christi qui Matrimonium ex civili contractu in Sacramentum evexit, ut id ritè perpetretur opus est sacrâ aliquâ Ecclesiastici Ministri functione quâ, ut Evaristus antiquissimus Pontifex Epist. ad Episcop. Africanos loquitur, nubentes: *Suo tempore Sacerdotaliter ut mos est cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicantur.* Hujus benedictionis effectus quis sit, docet Siricius item Pontifex Epistolâ ad Himerium Tarraconensem cap. 4. ubi interrogatus: *Si desponsatam alij puellam alter in matrimonium possit accipere?* Respondet: *Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus. quia illa benedictio quam nupturæ Sacerdos imponit apud fideles, sacrilegij instar est, si ulla transgressione violetur.* Hanc benedictionem præsentibus in Ecclesiâ Sponsis à Sacerdote conferri, antiquissimi per omnes Ecclesias moris est. Concil. Carthag. iv. Can. xiii. *Sponsus & Sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdote, à Parentibus suis vel Paranymphis offerantur.* Quia verò Episcopi est designare Sacerdotem, quem potissimùm velit istâ sacrâ circa Conjuges ceremoniâ defungi; Patriarchæ Constantinopolitani hanc propriè curam Chartophylaci, sive Cancellario, suo demandaverant, ut vel ipse per sese Sponsis hoc modo benediceret, vel Sacerdotem eligeret, qui id faceret. adeò ut citrà ejus assensum ac jussum nullus Presbyter id ritè ac legitimè posset agere. Hoc est, quod docet hîc nnster, dum ait: πρωτοπάπα εἶναι τὸν χαρτοφύλακα. ὃ πρωτοπαπᾶς ὀκέτι τὰς ἱερολογίας γίνεσθαι. *non sine facultate ac mandato eius adhiberi Sponsis à Sacerdote ullo nuptiales benedictiones.* Quare ille Τὸν τῶν ἱερέων δὲ δίχα τῆς τοῦ Χαρτοφύλακος πρωτοπαπᾶ γαμοφόρους ἱερολογεῖν: *Sacerdos quidam qui citra mandatum ac nutum Chartophylacis Sponsis benedixerat.* Suspensionis ob id pœnâ est mulctatus, nt mnx Pachymeres subjungit. Est igitur ἱερολογία sacra functio Sacerdotis circa Sponsos, quando in Ecclesia ritè matrimonio jnnguntur: id quod dudùm antea me doeuerat Nicephorus Bryennius Cæsar sub finem libri iii. Commentariorum à me nnper editorum, ubi narrans illegitimas nuptias contra omne fas attentatas à Botaniate invasore Imperij cum Maria Augusta Conjuge Michaëlis Ducæ solio deturbati adhue viventis, refert: cum jam Sponsi ambo in Ecclesiam venissent, Sacerdotem qui ad eam functionem peragendam paratus fuerat (ὁ μέλλων τὴν μυστείαν πελεῖν) collegisse se & quantum piaculi eo nscisceret reputantem, si Bigamum cujus etiam secunda Vxor adhue viveret, cum muliere cujus item Maritus adhue superstes esset, Ecclesiasticâ benedictione

con-

conjungeret, cunctatum esse prodire ex altari. Tunc autem conciliatorem sacrilegarum nuptiarum Isaacium Cæsarem alium istius loco Sacerdotem submisisse: ὃς καὶ τὰ ἱερολογίαν ἐπλήρωσεν, *qui nuptialis ritus ceremoniam peregit*. Hæc Bryennius Cæsar. qui paulò ante functionem eandem verbo ἱλογῆ designaverat, de æstu ac scrupulo prioris Sacerdotis sic scribens: Σωαγαγὼν ἑαυτὸν καὶ γνὺς ὅτι κακῶ φέρει μοιχείαν ἅμα καὶ ξιγαμίαν ἱλογῶν &c. ubi ἱλογῆ idem est quod ἱερολογῆ: utrumque autem significat sacrum illum ritum quo Sacerdos Sponsos in matrimonium conjungit: quem benedictionem ab antiquis Ecclesiasticis Scriptoribus latinè vocatum vidimus. In quo tamen est præterea observandum, esse & aliam benedictionem nuptialem, quæ Conjugibus per verba (ut loqui solent) de præsenti rato jam matrimonio à Sacerdote copulatis solet adhiberi: de qua intelligitur illa quæstio quam Theologi movent: *An sit peccatum consummare matrimonium ante Ecclesiæ benedictionem &c.* vide Sanchez lib. 3. disp. 12. Cæterùm prior illa de qua diximus Benedictio est quæ hîc ἱερολογίας & ἱερολογεῖν vocabulis exprimitur: Huc facit Georgij Acropolitæ locus, Hist. nu. 33. πληροῦσι τὰ τῶν παίδων ξυνάφειαν, τῇ Παρισίχῃ Γερμανῇ τὰ τῆς ἱερολογίας τελέσαντος. agit de nuptijs Theodori Junioris Lascaris cum Helena filia Asanis Bulgariæ Regis. Adde & titulum can. 6. Neocæsariensis recitati à Matthæo Blastare verbo γάμος: qui sic habet: ὥδει τῷ μὴ ξυνοδιάσαντι τῷ δημοσίῳ τὴν ἱερολογήσαντα.

ΙΧΝΗΛΑΤΗΣ.

Lib. VI. Cap. XVIII. Καὶ μέσον ἀυτοῦ ἵστα) καὶ καθιστᾷ ὃν τῶν Ἰχνηλάτῃ Παραβολικῶν, τῇ μὲν περιλαβεῖν οὖν ὀλιγωρήσας ἀργοῦντας, ὡς καὶ πολλὰς μνημονεῦσαι καὶ ὃ περίφορος περιωπασάμενος. Ait Imperatorem cum videret quosdam inconsulto zelo improbare concordiam cum Latinis initam, congregari jussisse Episcopos omnes & Monachos; tum ipsum in illo consessu medium orationem inchoasse, rogando ex Ichnelatæ Parabolicis, cujus loci ad hoc tempus opportuni plerosque ipsorum recordari confidebat, ne potiùs mallent imitari avidè præfestinantes, quàm prudenti patiētiâ maturitatem occasionum & rerum expectare cessando solitos. Multos dies, ne dicam hebdomadas, in hujus sum loci meditatione versatus. cujus cum intelligendi una spes & ratio sita esset in notitiâ Scriptoris in eo laudati, totum me dedi investigationi istorum Παραβολικῶν ἰχνηλάτου hîc memoratorum; ignotissimi tum mihi Operis: quoad eruditissimus iuxtà humanissimusque Leo Allatius ὁ πάνυ primò indicium, deinde etiam copiam perrari ejus &, Latinis prorsus hactenus incogniti Commentarij fecit. Totum avidè perlegi: quinetiam, quòd sic expedire visum est, raptim latinitate donatum in harum Observationum Appendicem conjeci. Ibi videbit, si tanti judicet, studiosus Lector quem ejus hîc indigitat Imperator locum, Dissertatione Parabolicâ sextâ, quâ fabellis ad id aptis stultitia traducitur eorum quos ipsis statim exordijs longorum negotiorum impatiens abripit aviditas, ad fines successusque prævorandos. Hîc agendum mihi puto de nomine ἰχνηλάτης, quod cum tamquam proprium istius vel Autoris vel Operis ponatur, neutri tamen ex origine convenit: quæ mihi fuit causa illud ab ejus titulo in Latinâ Interpretatione removendi. Primus vocabulum ἰχνηλάτης ad hunc librum appellandum adhibuit Græcus illius Interpres Symeon Seth, imitatus, ut ipse ait, sed ex parte dumtaxat, Arabem innominatū, qui ex Persicâ dialecto in quam has Parabolicas Dissertationes Perzoes ex Indicis originibus transtulerat, Arabicè illas reddens, Operi titulū imposuit compositū ex nominibus duarū personatū, quarum Dialogus majorē implet partē Dissertationis primæ, & ad secundā etiam extenditur. Earum indica vocabula quæ fuerint, nescimus: quorum tamen, ut propriorū retineri sonus, & aliarum literis exprimi debuerat linguarum. Ac ne illa quidē memorantur quæ in sua interpretatione Persicâ posuit Medicus Perzoës. Primus Arabs qui, secundus Interpres fuisse dicitur;

tur, non solùm duos istos Interlocutores Arabicis ex origine vocibus indigitavit hisce *Cylile* & *Dimne*: verum etiam Operi quindecim Dissertationum universo easdem pro titulo præposuit. Id constat ex admonitiunculâ Allatiano Codici præfixâ: quam hîc describendam duxi. Βιβλίον φυσιολογικὸν μεταχομισθὲν ἐκ τῆς Ἰνδίας ἐκ δόθεν τῷ Βασιλεῖ Χοσρόη ἐκ Περσίδι ὑπό τινος Περζοὲ σοφοῦ ἐκ ἰατροῦ τοῦ τύχοντος, καὶ μεταβεβλημένον εἰς τὴν Ἀραβικὴν γλῶσσαν, παρά τινος Συμεὼν μαγίστρου ἐκ φιλοσόφου τοῦ Σὴθ εἰς τὴν ἑλληνικὴν διάλεκτον μεταβληθὲν. καλουμένου ἐν μὲν Κυλίλε ἐκ Δίμνε, ἑλληνιστὶ δὲ Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης ἔχει δὲ μύθους παμπόλλους καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὠφελίμους. Hæc ibi: quæ sic latinè sonant: *Liber Physiologicus delatus ex India & datus Regi Chosroi in Persida à quodã Perzoe sapiente & Medico. Translatus etiã in Arabũ linguam. A Symeone verò Magistro & Philosopho cognominato Seth, in Græcorum Dialectum conversus. Vocatus Arabicè quidem Cylile & Dimne, græcè verò Stephanites & Ichnelates. Habet autem fabulas permultas & omnibus hominibus utiles.* Video ex his verbis restare dubiũ Lectori, an Persica & Arabica, quas fuisse diversas ponimus, non una revera & eadẽ fuerit versio. Dicitur enim hîc tantùm librum hunc ex Indiâ in Persidem delatum à Perzoe, ita ut quod additur de translatione in linguam Arabicam tribui eidem Perzoi queat: & intelligi versum ab eo Arabicè Chosroi oblatum, & vulgatum in Persida fuisse, ubi fortè lingua Arabica non ineognita vulgò fuerit. Verùm omnem ambiguitatem tollit quod ad calcem Operis subjũgitur ab ipso Græco Interprete Symeone Seth, post quintamdecimam Dissertationem adscriptum his planè verbis: Ταῦτα τὰ ιε. τμήματα ὁ σοφὸς ἰατρὸς Περζοὲ μετέβαλεν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς εἰς τὴν Περσίδα Μηδίαν, μετακομίσας ἐκ τῆς Ἰνδίας τῷ Βασιλεῖ Χοσρόη. ἐκ δὲ τῆς Περσικῆς εἰς τὴν τοῦ Ἀραβων μεταβληθεῖσαν γλῶσσαν. ἐκ ἧς ἡ Ἀραβικὴ παρ' ἡμῖν εἰς τὴν ἑλληνίδα, καὶ εἰσὶ παρ' ἡμῖν μέχρι τῆς σήμερον εἰς ὠφέλειαν τῶν ἀναγινωσκόντων. Hoc est, ad verbum: *Has 15. sectiones sapiens Medicus Perzoes transtulit ex Indica in Persicam Dialectum à se deportatas ex India Regi Chosroi. Ex Persica verò in Arabicam versæ linguã sunt: Ex Arabica demùm à nobis in Græcam. Et sunt apud nos usque in hodiernum diem ad utilitatem legentium.* Ita ibi. Vnde manifestum est Persicam quæ dicitur Arabicamque versionem fuisse planè diversas. Cum autem ut ex priùs descripto ejusdem Symeonis Prologo constat: titulus *Cylile Dimne* Arabicæ versionis proprius fuerit; uti & ipsa illa vocabula Arabica ex origine putantur; dicendum est & Indica Archetypa & Persicam à Perzoe concinnatam Interpretationem vel caruisse titulo, vel aliter inscripta apparuisse. Vnde quivis æquus concesserit; Nobis, qui non Interpretationes Græcam aut Arabicam, sed Opus ipsum ortu primo indicum, Latinè reddimus, necesse non fuisse Arabicæ aut Græcæ nomenclationis habere rationem; præsertim cum ea parti tantùm Operis, hoc est duabus dumtaxat Dissertationibus conveniat, quibus Coronati & Vestigatoris colloquia recitantur. quæsivi ex Magistris Arabiæ linguæ an *Cylile* & *Dimne*, Græcè Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης, hoc est Latinè; *Coronatum* & *Vestigatorem* significarent. Responderunt in *Cylile* quidem agnoscere se aliquid quod *Coronæ* notionem redoleat, in *Dimne* nihil reperire, quod ad vestigij significatum vergat. ex quo fortasse suspicari liceat mendum Exscriptoris in ista peregrinâ voce reddendâ. Sicut omninò inesse videtur in particulâ καὶ prout illa cum Arabicis conjungitur vocibus, cum Græca sit. Credibile est enim Sethum scribentem Græcis characteribus Arabicum titulum Κυλίλε ϗ Δίμνε posuisse. illud autem ϗ, quæ copula est Arabibus, Græcus librarius in καὶ convertent. Refert doctissimus Allatius Diatriba de Symeonum scriptis pag. 184. prodijsse Ferraria an. 1584. quandam hujus Operis interpretationem Italicam multis locis mutilam, in cujus Prologo legatur: hunc librum ex Indicâ in Agarenam linguam à Lelo Demno Saraceno versum fuisse: ridiculo errore ex eo nato, quòd liber idem ab Arabe interprete *Cylile u Dimne* inscriptus fuerit. id valere potest ad comprobandum meum consilium alienæ ab originibus nomenclationis removendæ; ne similiter errandi cuipiam simpliciori daretur occasio, existi-

maturo

maturo fortaſſe *Ichnelaten* nomen eſse Autoris, qui primus hoc opuſculum condidit, cum id ſine certo Scriptoris nomine editum in Indiâ Symeon Seth innuat, dum ſcribit initio præfationis ſuæ: Ἡ παροῦσα βίβλος ἐγχάφη μὲν παρὰ Σοφῶν ἀπό τε μύθων καὶ παραβολῶν: *Hunc librum compoſitum fuiſſe à Sapientibus ex fabulis & parabolis*: quod indicat nullum ei fuiſſe inſcriptum ſingularis Autoris nomen, jureque ideò me illud: *Specimen ſapientiæ Indorum veterum* nuncupare potuiſſe. ſed de his jam plùs ſatis: alia enim vocant.

ΚΑΒΑΛΛΑΡΙΟΙ.

Lib. IV. Cap. XXXI. Τότε δὲ τριακοσίους Καβαλλαρίους δοὺς αὐτῷ. Retinui *Caballarij* vocabulum in verſione idcircò quod exiſtimavi: haud ſine cauſa Pachymerem iſtâ voce hîc uſum potiùs, quàm ipſi notiſſimâ & obviâ ἱππικῶν. Nempe *Caballarius* conſuetudine jam tum illius temporis, non quemlibet equitem, ſed inſignem & primarium ſonabat: eratque (id quod hodieque in Italicâ linguâ inde ductum perſeverat) in eo verbo nobilitatis quædam emphaſis: minimè conveniens equiti gregario. Itaque cum noſter ejuſdem hujus initio capitis hunc in modum ſcribit: Ὁ Καβαλλάριος Ἀλέξιος ἀνὴρ γηγαθὰς καὶ εὐδοκιμός, intelligendus eſt ejus viri nobilitatem claritatemque iſto nomine ſignaſſe. Nec mihi eſt incredibile trecentos iſtos, ex eo Equitum genere fuiſſe, qui uſu hodiè militiæ Gallicæ *Maiſtres* Magiſtri dici ſolent; quorum videlicet unuſquiſque alios Equites ſub ſe merentes ductat.

ΚΑΔΔΗΝΑΛΙΟΙ.

Lib. III. Cap. XVIII. Συχνῆς οὖν τοιαύτης καὶ δεξιώσεως μὴ μόνου τοῦ Πάπα, ἀλλὰ πολλῶν τῶν Καδδηναλίων ἀξιωθέντος Ita conſtanter ſcribitur hoc vocabulum in tribus Codd. in hoc & alijs hujus Hiſtoriæ locis, unde non videtur dubitandum quin vocem nobis uſitatam *Cardinalis* ſic tunc Græci ſuis literis exprimerent. Nec id imputandum ignorationi ejus originis ex vocabulo *Cardo*. nam hãc haud ignotam ſibi declarat Pachymeres lib. v. cap. viii. ubi de Imperatore ſcribit: Καὶ χρυσοῦν πίμπων Καδδηναλίοις, τροφηγὸν ὁ ἄλλων ἵππων, ὡς θύρας ἔσης τοῦ Πάπα. ubi vides vocem *Cardinis* exprimi græco vocabulo τροφηγὸς.

ΚΑΘΟΣΙΩΣΙΣ.

Lib. IV. Cap. XV. Τῷ ἔτει δ' ἐκείνῳ καὶ καθοσιώσεως ἔγκλημα τοῖς περὶ τὸν Φραγκόπουλον &c. Hi accuſati ſunt, ut clarè docet Autor in conſequentibus, conjurationis in Imperatorem, quem interficere decreverant, ut ipſi faſſi ſunt. Hinc intelligitur ἔγκλημα καθοσιώσεως dici crimen læſæ Majeſtatis, & quidem, in primo capite, ut ſolent loqui: Ad hoc indicandum ideò accommodatur καθοσιώσεως vocabulum, quia vitæ perſonæque Principum res ſacræ ſunt, quas violare ſacrilegium immane ſit. unde paſſim Majeſtati Imperatorum copulatur adjunctum ſacræ: & eorum literæ *Sacræ* ſine addito appellantur, vocabulo etiam Græcis uſitato. Vſurpat & alibi noſter καθοσίωσιν; hâc notione lib. v. cap. xix. καὶ ὃ μεῖζον ἐκρίνοντο καὶ εἰς καθοσίωσιν; & cap. xx. ſequente ἀλλ' ὑ πᾶσιν πολλὰ λιπαρούντες· ἀλλ' αὖτις ἐκρίνοντο τῆς εἰς Βασιλέα καθοσιώσεως. Denique ut alia omittam loca, lib. vi. cap. xxiv. Ὑπάγαγον (μακαρίου) δίκῃ καθοσιώσεως, ὡς δῆθεν δυτικὸς ἄρχοντας κατὰ Βασιλέως διεγείραντα.

ΚΑΝΗΣ.

Lib. III. Cap. XXV. Ὑπὸ τῷ Καΐῃ, ὡς αὐτοί φασιν, τὰς χεῖρας ἐκτείνων· ἀλλ' ἀρτίως ἰδὼν, ἑαυτῷ ζωὴν ἐκείνους ἐσφενδύζετο. Non dubium quin hoc loco Καΐης nomen ſit Principis, à quo Nogas cum Tocharis miſſus fuerat: & à cujus dominio, ut paulò ante dixit Hiſtoricus, deficere incipiebat; ſuas res agens; & ſibi propriè vindicans quæ bello acquirebat. Agitur ergò hîc de Tartarorum Principe, qui Magnus Canes

nes hodieque appellatur. Lib. v. cap. v. scribitur hoc vocabulum per ι & inflectitur Καΐις Καΐνδος.

ΚΑΣΤΡΟΝ.

Lib. IV. Cap. XXII. De Barlaam & Tzuilâ, Tzycandalæ ab Imperatore mãdatum refert, ambos περὶς Νικαίαν ἀπαγαγὼν, περὶ τῦ εἰς Κάστρ@ εἰσαγαγεῖν, στρῶσαι τῦ ὀφθαλμῦ. Video hîc Κάστρ@ pro ipsâ Vrbe Nicæâ posse accipi. Nam Iustinianus Novella 128. vocem Κάστρ@ synonymam, voci πόλις videtur indicare, dum scribit: ἐν ταῖς πόλεσιν ἤτοι Κάστροις. quod si recipitur, sensus loci sit: jussisse Imperatorem excæcari Barlaamum & Tzuilam in itinere priusquam Nicæam intrarent. Et sunt exempla similium excæcationum obiter factarum; ut Basilacij ad locum Chlempinam dictum propè fontem ab hoc casu deinde nominatum βρύσις βασιλακίου, ut refert Anna Comnena lib. 1. His tamen apud me obstat 1. quòd in illo Iustiniani loco particula ἤτοι non expositivè, sed disiunctivè videri potest usurpata. & sic contrarium potiùs ostendet: nempe πόλεις & Κάστρα diversas res esse. Deinde quòd utcumque fortè minores & mediocres Vrbes Castrorum vocabulo designatæ interdum fuerint; id tamen non videtur fieri potuisse in Nicæâ Vrbe maximâ; & quæ, dum à Latinis Constantinopolis tenebatur, Sedes Orientalis Græcorum Imperij fuerit. Denique quòd cum præcedens participium ἀπαγαγὼν indicativum præteriti temporis, significet priùs abductos Nicæam duos illos, quàm excæcarentur, id tantùm factum debere videatur intelligi priusquam in Arcem sive Κάστρ@ perpetuæ custodiæ ipsorum destinatum includerentur. Docet autem noster alibi, Nicææ fuisse in hunc usum Castellum contra vim munitum, quod qui subissent, eorum de liberatione vel verbum dicere capitale foret, unde ἄρκτα λήθης *Carcer oblivionis* vocabatur, ad quam vocem quæ annotavimus vide si tanti est.

ΚΕΛΛΑ.

Lib. III. Cap. XIX. ἐκεῖν@ (Παπιδάρχης Α'γατίν@) ἄλλῃς τινὶ κέλλαν ὑποδυόμεν@ ἀπεζήτησε τὰς χεῖρας. Cella ergò cubiculum dicitur non Monachorum solùm, sed & aliorum. Nam Patriarcha tunc non videtur in Monasterio fuisse.

ΚΕΛΛΥΔΡΙΟΝ.

Lib. III. Cap. XXV. Ε'φ' ᾧ καταλαβὼν ὁ ἐν τῇ Βαρβάρᾳ κελλύδρι@ τῦ Θαυματύργου Νικολάου. Cellulam verti. est κελλύδρι@ ὑποκορισικὸν in tertio diminutionis gradu. Puto autem significari Sacellum cui adjuncta esset domuncula. Id suadet mentio S. Nicolai, cui dicata videlicet esset ædicula. Nota est ex vetustissimis Scriptoribus *Cella* usurpatio pro loco, religioso cuiuspiam cultui dicato:

ΚΕΛΤΟΙ.

Lib. VI. Cap. XXIV. Τὸν δὲ Κότυν Κελτοῖς ὀνόμασιν κρεμαστὸν κατὰ ἐπίλεν ἐκέλευσε. Vnde essent hi qui *Celti* vocabantur Constantinopoli, docet Vaticanus Paraphrastes hunc locum sic exprimens: τὸν δὲ Κότυν τοῖς Α'λαμανοῖς δοὺς κρεμαννύειν &c. Ergò Celti Pachymeri dicuntur Alamanni.

ΚΕΡΑΣ.

Lib. VI. Cap. XXXIV. Κατὰ τὸ λιμένα τὸ κέρας ὀνομαζόμενος νηός, Agit de Ioanne Lazorum Principe Constantinopolim appellente ad portum *Ceras* dictum. κόλπον si num, appellat Procopius lib. 1. de Aedificijs cap. 5. originem etiam nominis indicans: ἀμφὶ τὸν κόλπον (ait) ὃν κέρας ὁ ἐπιχώριοι, κεκλήκασι τῇ Βυζαντί@ μητρὶ τῦ τῆς πόλεως οἰκιστῦ ἐπωνύμιος καλῦσι. Hoc est ex novâ versione Claudij Maltreti: *Circa sinum ab Indigenis dictum* Ceras, *de nomine Ceroessæ Matris Byzantis qui Vrbem cõdidit.*

ΚΛΕ-

K Λ E Π T E I N.

Lib. V. Cap. VI. Ὡς δοτοζῶν θήρας καὶ κλέπτοντας. Inter sordes Cralis Serbiæ numerat illautum & tumultuarium cibatum, nullâ munditie mensarum, nullo ordine ministerij: cunctis pro se quoque aviditate venatoriâ, quidquid quasi furtim arripuerant vorantibus. talem quandam subesse intelliget notionem verbo κλεπτῶ hoc loco posito, si quis mentem sententiæ perspexerit.

K Λ I M A K E Σ.

Lib. V. Cap. XXVII. Τὸ γὰρ τῶν ποδῶν ἅλλημα ἢ παρῆχε συμβαίνειν τοῖς ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐφεστρίδος κλίμαξιν. Non dubitavi latinè vertere, *Scalas equestres*: hoc est; ex equorum ephippijs utrinque pendulas, recentiori equitandi disciplinâ. nam heroicis temporibus Græciæ Latijque instrumentum istud quo pedes equitantium sustinentur, usu ignotum, nomen non habuit. Postera ætas & rem & vocabulum invenit. Græcis quidem citerioris ævi, id ἀναβολεὺς dictum est, Latinis scala. Vtriusque testis Suidas: ἀναβολεὺς δὲ (inquiens) ἡ σκάλα Ῥωμαίοις λεγομένη πάλαι. ex quo vocabulo suas hîc κλίμακας Pachymeres traxit. Res enim clamat ipsâ agere illum de stapedibus, sive stapedis; aut stapijs, quas subices pedaneos Budæus dixit. Ego Scalæ nomen, testimonio Suidæ ante multa jam sæcula in hac notione Latinis usitatum, κλίμαξιν Pachymerianis rependere debui. Est autem ratio in promptu cur stapia scala dicta sit: quòd videlicet insccndenti equum homini scalæ vicem præstet.

K N Ω M E N O I.

Lib. V. Cap. X. Οἱ δ' ἀφυσταμένων ὅτε καὶ θεατρικαῖς ἀκούσαντες, πλὴν ὅ τῷ λόγῳ, τὰ ὦτα κνησμοῖς ἐώκεσαν. Erant (inquit) Patriarcha & ei assistentes Episcopi, ad mentionem ipsis reconciliationis cum Latinâ Ecclesiâ factam, similes ijs quibus auricula pennæ affrictu leni stringitur: etsi revera id obiter & perfunctoriè; non autem ut videri volebant gratificantes Imperatori, libenter & jucundè audirent. Ad blanditias, titillationem & γαργαλισμὸν referri proverbialiter à Veteribus strictūram auricularum affrictu pinnulæ, demonstrare accuratiùs debeo propter causam quam mox referam. Lucianus libro περὶ ὀρχήσεως non longè à principio Cratinum inducit succensentem Lycino quòd sederet in theatro spectans saltantes, & cum voluptate audiens tibiarum cantus, & mollium ac lascivorum carminum sonos, κάθηται καταυλούμενος ἡδυδρίαν ἀΐδοντα ὑφὴν ἐοδῶσι μαλακαῖς καὶ ἁβρωμένοις ἀκολάστοις ἐναρμονιούμενον, καὶ μιμουμένου ἐρωτικὰ γυναῖκα τῶν πάλαι, τὰς μαχλοπόδας Φαίδρας καὶ Παρθενόπους καὶ Ῥοδόπας ἅπας· καὶ ταῦτα πάντα ὑπὸ κρότοις, καὶ περισμοῖς, καὶ ποδῶν κτύποις &c. tum paulò post: κάθηται τὰ ὅμοια πεποιηὼς τοῖς τὰ ὦτα πλὴν κνησμοῖς. Ex quibus manifestè patet: audire cum voluptate cantilenas & numerosum strepitum saltantium, cæterisque aurium delicijs affici, à Luciano dici, pati rem similem ijs quibus auriculæ pennâ stringuntur. Confirmatur idipsum evidētiùs ex alio ejusdem Luciani loco; in libro περὶ Διαβολῆς de Calumnia, ubi ait: οἶδα γοῦν πινας ὅπως ἡδέως γαργαλιζομένους τὰ ὦτα ὑπὸ τῆς διαβολῆς ὥσπερ οὖν πτερυγίς κνησμούς. *Scio igitur quosdam tam suaviter delinitri solitos auditu calumniarum, ut ij quibus auriculæ penna stringuntur.* Hæc afferenda testimonia fuerunt ut interpretationem hujus Pachymeriani loci nostram tueremur adversùs contrariam ei sententiam Paraphraitæ Vaticani, qui pro his quæ apud nostrum Autorem in duobus optimis Codicibus B. & A. leguntur de Patriarchâ & Patribus Synodi, Πλὴν ὅ τῷ λόγῳ, τὰ ὦτα κνησμοῖς ἐώκεσαν, sic reddit: οἱ δὲ οὐδ' ἄκρῃσι ὦσι ἀκοῦσαι ἠνείχοντο. *Illi autem ne summis quidem auribus audire sustinebant.* Perperàm omninò, ut sæpe aliàs, & contra Autoris mentem locique sententiam: quæ planè exigit hîc intelligi: Patriarcham & Episcopos, ut Imperatori

gratificarentur, cui obsistere non poterant, simulasse, se libenter audire, quod is proponebat de ineundâ eùm Latinis pace: eum revera intus in animo id aversarentur, & nonnisi perfunctoriè audirent, intimum & verum animi sensum exprimere non audentes; nec adeò id necessarium putantes; quòd considerent, rem ad extremum successu carituram. His ex occasione adjungam: Locum 2. ad Timoth. 4. 3. ubi fit mentio Hominum κνηθομένων τὴν ἀκοὴν, hoc est, ut Vulgatus eleganter vertit, *prurientium auribus* ἐσοδιωτικῶν huic enarratæ hoc loco formulæ ex mente Hesychij. Nam is ubi exposuisset κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν per hæc verba: ζητοῦντες τι ἀκοῦσαι καθ' ἡδονὴν, *quærentes aliquid audire ad voluptatem*, postea κνήθομαι interpretatur æquivalenti vocabulo κνηθομίζομαι.

KOKKOI.

Lib. VI. Cap. XXIV. Κόκκους δὲ Μοναχοὺς ἤγουν τοὺς κατ' ἐκεῖνον ἴσως. Quos dicat hîc Pachymeres *Coccos* Monachos Vaticanus ipse videtur ignorasse Paraphrastes, nam hoc verbum omisit, ut cætera ferè quæ non intelligit transilire consuevit. Ne proprium id nomen putem, obstat numerus. nam quæ ratio patitur ut multi nomine uno velut proprio sint usi? An peculiaris quædam Monachorum Sodalitas hoc vocabulo designata est, sic fortè appellatorum à colore vestis coccineum præferente quippiam? Id quidem suspicabar. & fulciebat conjecturam quod statim subjungitur, fortassis expositivè, ἤγουν τοὺς κατ' ἐκεῖνον, quod licet interpretari; *eos qui circa illum*, nempe Imperatorem, erant. Non paucis hujus Historiæ locis, præsertim capitibus 2. & 18. lib. 4. video indicari Iosephum ante Patriarchatum adhuc Monachum, assiduum fuisse apud Imperatorem; adeoque, quod hinc sequitur, in Palatio diversatum; utique non solum. Nam & illi adhæsisse sui instituti comites pronum est creditu: & fratribus aut filijs Imperatoris alios Monachos similem operam navasse non est inverisimile. quid si opinemur hos quasi Palatinos Monachos, etiam ut cæteros Domus Regiæ Ministros vestitûs aliquo genere aut colore à cæteris discretos; Κόκκους Μοναχοὺς vocatos, forsitan quòd coccineum aliquid gestarent. Ego tamen ἐπίχω, plus lucis in hâc caligine alicunde, si fortè affulgeat, opperiens.

KOATBA.

Lib. VI. Titulus Cap. XII. sic habet, Τὰ συμβάντα Πατριάρχῃ ἀπὸ τοῦ κολύβου Ἀποστολῆ. Vaticanus κολυμβῶν legit. qui quidem hoc loco, non describens Autorem, sed, more suo, liberrimè παραφράζων, sic scribit. ὃν τοῖς ἐκπώμασιν, ἐξ ὧν χαλκῶν πινάκων, αἷς ἔθος ἐφθὸν σῖτον φέρουσιν, οὓς (legendum puto ὃν) ἡ ζωσθῆς γλαφυρὰ κόλυμβα λέγει. Hinc habemus ἐφθὸν σῖτον linguâ græcâ vulgari κόλυμβα dictum. Sed multis experimentis compertâ mihi hujus Paraphrastæ indiligentiâ, non satis illi fidere possum, ut Autoris ipsius nostri duobus exemplaribus optimis B. & A. probatam lectionem hujus vocabuli non præferam; præsertim eum ei palàm suffragetur Suidas. Lego igitur κολύβων non κολύμβων, & voce κάλυξ intelligo, sic docente Suidâ, σῖτον ἑψητὸν *frumentum coctum*. Pachymeres in hoc cap. σῖτον ἐφθὸν vocat, idem, ni fallor, quod antiqui molam vocabant, farris nempe moliti farinam inspergi hostijs solitam. Significat ergò hic locus solitum tunc Constantinopoli fuisse in festo Hypapantes, offerri Patriarchæ Sacris operanti patinas plenas isto farre tosto, quibus cum benè precatus solemni benedictione fuisset Antistes, eæ ut sacra Apophoreta distribuebantur præsentibus; & una earum mittebatur ad Augustum; quam mos erat ei prandenti offerri sub secundam mensam inter bellaria. Hoc sonant hæc nostri verba: ὧν (Patinarum nimirùm earum quas ἐκπωμάτων πλατείας vocat) ὡς ἀπαρχή τις ἡ χρῆσις τῷ Βασιλεῖ παρασήμου ὑπεδέχετο. Vide quæ dicimus verbo πλατεῖαι ἐκπώματα.

ΔΙΑ ΚΟΙΛΙΑΣ φωνῆν.

Lib. V. Cap. XIV. Τὸ δὲ διὰ κοιλίας φωνῆν ἀοθενὲς μὲν ἄλλως καὶ μάταιον. Vocat propriâ autoritate sine idoneo testimonio in causâ suâ loqui διὰ κοιλίας φωνεῖν proverbiali opinor formulâ ex ijs ductâ sacræ Scripturæ locis quæ Pythonissarum Mulierum ventriloquarum meminerunt Act. xvi. 16. & 1. Reg. xxviii. ubi pro eo quod vulgatus habet vers. 3. *Saul abstulit Magos & Ariolos de terra*, LXX. legunt ἐξῆρε τοὺς ἐγγαστριμύθους, *sustulit ventriloquos*. & ibid. vers. 7. *Dixitque Saul servis suis: quærite mihi mulierem habentem Pythonem*. LXX. ζητήσατέ μοι γυναῖκα ἐγγαστρίμυθον. Spiritus malus qui Python vocabatur nomine ducto à græco verbo πυθέσθαι ex σωμφάσεν, quòd responsa ederet, Hebræis loco illo cap. 28. 1. libri Samuelis vocatur אוב *Ob*: quæ vox libri Iob cap. 32. 20. utrem significat: quia scilicet Dæmon iste insidebat ventrē phanaticarum istarum, ex eoque in modum utris inflato voces emittebat, quas stulti consulentes pro oraculis habebant. Hinc quæ quis proprio sensu, sine majorum autoritate affirmaret, διὰ κοιλίας φωνῆν Pachymeri dicitur.

ΚΟΙΝΟΝ.

Lib. IV. Cap. XIII. ὑπὸ τόμῳ κοινῷ γενόμενοι Παπιδόχης ὑπηρέτας. Cave putes κοινῷ adjunctum hîc esse nominis τόμῳ. Est enim κοινὸν neutrum substantivum, Cœtum communem, & corpus universum Constantinopolitani Cleri in unum congregatum significans; notione antiquis etiam usitatâ. quid sit autem hunc conventum haberi ὑπὸ τόμῳ *sub tomo*, dicetur verbo τόμος. vide etiam verbum ὑποψήφιος.

ΚΟΙΝΩΝΗΚΟΣ.

Lib. V. Cap. XIII. Κοινωνικὸς δὲ εἶ τῇ Ἐκκλησίᾳ. sic loquens Veccus, non ea communione se conjunctum Ecclesiæ dicit, quâ quilibet Christianus, etiam Laicus, ei adhæret: sed aliâ peculiari, adscriptorum Clero propriâ, & proventibus Ecclesiasticis eo nomine participantium. quò pertinent superiora his contigua ejusdem Vecci verba: Αὐτὸς γὰρ ἐπιμελῶς εἶ καὶ ὀφφίκιον διοδεύσας καὶ πᾶσαν ἀφῖναι τιμὴ τοῖς αὐτὸν τοιήσαντα. videtur aliquid hodiè simile in usu Curiæ Romanæ ubi Notarij quidam Apostolici *Participantes* dicuntur, quæ vox κοινωνικοῖς respondet, ad differentiam aliorum:

ΚΟΝΟΣΤΑΥΛΟΣ.

Sic scribit passim hoc vocabulum Pachymeres, pronunciationem, ut apparet: Francorum, à quibus id nomen Græci sumpsere, propiùs assectatus. Illi enim *Conestable* hanc Dignitatem vocant. & sic, ut est credibile, tunc quoque per Orientem, ubi multi versabantur, proferebant. Hoc admonendum visum, quoniam alij longè aliter id nomen efferunt: & ne quis me in versione Conostaulum reddere miretur.

ΚΟΝΤΟΣ.

Lib. III. Cap. VI. Λατίνῳ μιγνύμενοι, ὃν αὐ κόμητα φασὶ σημαίνοντες Κόντον. Vocem Comitis, ut Dignitatem notat, Scriptoribus citimæ vetustatis tritam, Pachymeres hîc exprimit, prout vulgo pronunciari ab Italis solebat, *Conte*: aut ut effertur hodiè *Conte*: quod græcè κόντον reddit: & nos *Contum* expressimus. Rem autem ipsam quod attinet, etsi Pachymeres passim inquior Latinis *Contum* hunc, de quo agit ambitiosè vocatum à suis dicat, quasi ampliori vocabulo, quàm modus ejus Domesticæ Dignitatis ferret; tamen cum hunc Genuensem nominatum dicat *Vintimilia*, audivi ex ijs qui antiquitates Genuenses perspectas habent, revera Comitis nomen isti familiæ ex vetustissimo tempore tribui consueviſſe. Verùm fortasse nostrũ mo-

vit, ut istâ nimis splendidam Civis Genuensis appellationem putaret, quòd maximi tunc Principes eâ honorari satis haberent. quò pertinet, quod ejusdem libri cap. 8. scribit, de Carolo agens Rege Siciliæ: Ἀδελφὸν Ῥηγὸς πρὸ φραγγίσκων ὄντα ἐς Κόντες πεζαμβήν καὶ Καρόλον. Carolus nimirùm Frater S. Ludovici Regis Francorum, quando vocatus est ad Regnum Neapolitanum & Siculum, Comes erat Provinciæ, unde *Comte* ab Italis tunc vocabatur. quo etiam contentus titulo tunc erat, Princeps licet in paucis opulentus & præpotens, Dynasta Sabaudiæ. Cantacuzenus lib. 1. cap. 40. pag. 120. Edit. Reg. Ἐπύθοντο ὡς τῆς Σαβαυδίας ἄρχοντος, ὃν Κόντε ἢ Λατῖνοι γλῶσσα καλοῦσι &c.

ΚΟΝΤΟΣΚΕΛΙΟΝ.

Lib. V. Cap. X. Κοντοσκέλιον αὐτοκοδμῆσθαι ἤθελεν, Reperio apud Petrum Gyllium in Topog. Vrb. Constant. lib. 1. cap. 20. mentionem Portæ condescalæ, quæ græcè κοντόσκαλος dici potuit. Fortè illi vicinam & ex ea nomen ducens navale olim istud fuit Contoscelium dictum, quod tunc dirutum reædificare voluisse Michaël Augustus hîc dicitur.

ΚΟΡΔΟΚΟΤΒΑΣ.

Lib. VI. Cap. III. Ἦν ἀρχόντισσα ἐκείνου Κορδοκύβας κεκλημένη· τοῦτο ἔνομα ἢ ἄλλῳ γλώσσῃ εἰς λάχανον ἐκλαμβάνει, καὶ Λαχανᾶς ἐντεῦθεν φαμίζουσι. Pronum suspicatu est linguâ Mysorum cordocubæ vocabulum aliquid ex oleris notione duxisse; propagatum fortè ex quadam corruptione græcæ vocis κόριχος notissimam designantis oleris speciem, & vulgari olim adagio celebratæ, καὶ κόριχος ἐν λαχάνοις.

ΚΟΡΤΙΝΑΡΙΟΙ.

Lib. IV. Cap. XXIX. Μὴ ὅτι Καρδαριώτας καὶ κορτιναρίους μόνον καὶ ἐκ τοῦ θυρωροῦ ἔχειν, ἢ γε ἐκ τοῦ θυρωροῦ &c. quatuor genera Palatinorum Ministrorum gradatim dignitate crescentia memorat, Bardariotas ostij Custodes instar Helvetiorum, Cortinarios, Cubicularios, & Admissionales. Cortinarij fuisse in Aulico Satellitio ij videntur, quorum erat munus ad cortinam, extra velum intimum, *la Portiera* Cubiculi Regij, præstolari subitos nutus & fortuita imperia Principis, & admissionibus ministrare.

ΚΟΡΤΦΩ.

Lib. VI. Cap. XXXII. Ἐκχωρήσας ἀπὸ Κανίνου καὶ Κορυφοῦς. Est hîc Κορυφὼ recentius nomen Insulæ Corcyræ, hodiè, & ex aliquot retrò sæculis vulgò *Corfou* dictæ; quod ideò retinere in Interpretatione debui, quãdoquidem id Autor sciens usurpat, veteri sibi non ignoto præferens: uti etiam in μορέᾳ vel μορέα, pro Peloponneso, & in similibus feci.

ΚΡΑΛΙΣ.

Lib. V. Cap. V. Sæpè nominat Pachymeres Κράλιν Σερβίας: quam vocem etsi non ignoro à quibusdam pro appellativâ accipi æquivalente vocabulo Βασιλεὺς: tamen cum & noster, & Cantacuzenus, & alij, eam retineant; nec verbo Βασιλεὺς commutent, non est quod nos dubitemus idem facere: alioqui nec Sultanem Persidis, nec Canim aut Canem Tocharorum, nec Mepe Iberiæ dicere deberemus; sed Regis nomen pro istis vocibus ponere, quod nemo probaverit.

ΛΑΜΠΙΝΑΙ.

Lib. II. Cap. XXX. ἐν σκιαδίοις ἐκ φύλλων ἐν λαμπίναις, τοῦτο γὰρ ἔζων ὁ πάλαι. Ita uterque Cod. B. & A. Nam Vat. hæc omittit. λαμπῖνα, quid sit non reperio. Nimirùm

mirùm ex usu fortasse linguæ vulgaris Pachymeri obrepserit, ut ε pro ι in hoc vocabulo poneret. nam λεμωλιὼν nota jam vox est. Hesychius: λαμπαλιὼν ἄδδε ἀμάξης ἐφ' ἧς ὀχοῦνται ἵπποι, ἀπάλιον, ἢ ἅμα σκηπασίν. Hæc ille, congerens multa quæ simul integram vocis quam explicat, absolvunt notionem. & sanè omnia quadrare videntur in hunc locum, & in mente Scriptoris fuisse. Illa porrò verba: τοῦτο γὰρ ἦσαν ὁ πάλαι, videntur respicere festum Scenopegiæ aut Tabernaculorum à Iudæis olim celebrari solitum in memoriam vitæ à Patribus in Tabernaculis transactæ per annos quadraginta in Deserto. Etsi autem Scriptura ubi hoc festum præscribit, meminerit tantùm diserte Tabernaculorum erectorum extra domos; satis tamen pronum creditu est, adhibita ad hunc usum plaustra ramis virentibus supernè tecta; & cætero splendore varij ornatûs, agrestis festivitatis lætitiæ celebrandæ accommodata, quæ hîc noster λεμωνίας vocat.

ΛΕΙΤΟΥΡΓΕΙΝ.

Lib. V. Cap. XII. Ὅπως ἐνεδίδου ἀπελθόντας Ἀρχιερῆς λειτουργεῖν τε καὶ μνημονεύειν αὐ μόνον ὁ Πάπας ἢ τοὺς σὺν τῇ πόλει βοηθείας ἐπόχοιτο. Hoc loco res ipsa exigit ut λειτουργεῖν non simpliciter sonet Missam sive sacram Liturgiam celebrare, sed id facere simul cum Latinis, ijs unà communicando. in quo erat sita Schismatis amotio. Nam Schismatici Græci Latinos ut Excommunicatos & Hæreticos in consortium Sacrorum admittere recusabant.

ΛΕΠΑΣ.

Lib. V. Cap. XVII. Ἀντέχεσθ' γὰρ ὡς λέπας πέτρας ὄνπερ. Vetus Proverbium ex Aristophane in Pluto ubi Chremylum sic loquentem facit sub finem.

Ὡς ἀνύσας ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, θ' ἡμᾶς
Ὥσπερ λέπας τῷ μέλανι πρόσοχεσθε.

Ad quem locum sic annotat Vetus Scholiastes. λέπας κογχύλιον ἐφιζάνον τοῖς πέτραις ὅτ' ἀυταῖς προσπήγνυται δυσαπάστως ἔχον, ἐπειδάν τις αὐτὸ βγλήθεται λαβεῖν: Similia idem docet ad versum hunc alium ejusdem Aristophanis in Vespis, non longè à principio

προσκαθῆσθ' ἀεὶ παῦ
Ὥσπερ λέπας προσοχθίζοντες τῷ κίονι.

Idem alij Scriptores tradunt. *Lepadem* hanc concham Plautus latinè vocat non semel. Plinius tamen videtur *Buccinum* appellare. ubi enim lib. 9. cap. 36. *Buccinum* dixit esse, *minorem concham ad similitudinem eius buccini quo sonus editur, unde est causa nomini*: paulò post addit: *Buccinum nõnisi petris adhæret, circaque scopulos legitur.*

ΜΑΚΑΡΙΤΗΣ.

Lib. IV. Cap. XIII. Ἐκ Γερμανοῦ τοῦ μακαρίτου πολλὰ τῶν τῆς πάλαι τῆς Ἐκκλησίας καθίσα. Aliquando credidi designari hoc loco S. Germanum P. C. scriptis clarum, qui Christi ann. 714. imperante Anastasio Augusto ex Cyzicenâ Sede in Constantinopolitanam est translatus. Impellebat ad sic opinandum mentio antiquitatis bis hoc loco repetita, quasi indicans Germanum hunc Patriarcham novum ex ultimâ vetustate exempla & præcepta emendandæ Ecclesiæ inde usque ab Actis & Scriptis Sancti Germani accersere studuisse. Verùm re attentiùs consideratâ probabiliùs existimavi, agi hoc loco de Germano longè recentioris memoriæ Patriarchâ, cujus mortem & elogium habes apud Acropolitam in Imperio Ioannis Ducæ Batatzę sub quo floruit: Ἐπῆλθε μὲν καὶ ἡμερῶν τῷ Πατριάρχῃ Γερμανῷ τὰ τηνδὲ καταλιπόντα τοῖς τῆς θείας ἀπάρχαις σκηπτρα, καλῶς καὶ ὁσίως διοικοῦντα καὶ καλῶς τελειοῦντα τὸν αὐτοῦ πομάντατα πολίτην. Sic Acrop. pag. 39. Hist. Vt hunc potiùs indicari hîc putè suadet vox μακαρίτης civilem magis quasi quemdam, ex usu Græcorum, quàm religiosum, qualis Sanctis ab Ecclesia declaratis debetur, honorem designans. Præterea recentiorem quandam defun-

ctorum

ctorum memoriam indicans. Non enim qui ante multa sæcula sunt mortui, cum nominantur, μακαρίτης dici solent: sed ὁ πρόσφατος πλὴν παντὸς, quos qui viderint adhuc vivant. Sic hujus libri cap. xxiii. Irenem Augustam Ioannis Ducæ uxorem, quæ commodùm eodem cum hoc Germano vixerat tempore, & ante virum decesserat, μακαρίτιδα vocat. Nullo igitur modo agit hoc loco Pachymeres de Sancto Germano Patriarchâ illo vetustissimo, quem si nominaret, non μακαρίτην, sed μακαρίου diceret, verùm de isto altero qui viginti circiter annis priùs decesserat memoriam sui laudabilem relinquens.

ΜΑΜΑΚΟΥΘΟΣ.

Lib. V. Cap. X. Μαμάκυθοί τινες, ἤ τι ἂν ἄποιμι. ἀναιδῶς τῆς παῤῥησίας ἔχοντες. Vituperat hîc Pachymeres Patriarcham & Antistites, qui ei aderant, quòd non acriter obstirerint primæ propositioni reconciliationis Ecclesiæ Græcæ cum Latinâ: sic suum animum ostendens Schismati addictum & aversum à Pace; utcumque aliud aliquando simulaverit. μαμακύθους autem Græcos illos Præsules vocat, stultitiæ illos insimulans; ut ostendit, quod mox adjûgit quasi declarandi gratiâ, ἀναιδῶς τῆς παῤῥησίας ἔχοντες: Id porrò vocabuli mutuatus videtur à suo Hesychio, quem librum ipsi fuisse familiarem ex alijs locis intelligimus. In Hesychij verò Lexico hodiè legitur μαμακυθᾶν, μαίνεσθαι. verùm ego non dubito quin in suo meliori exemplari Pachymeres legerit μαμάκυθᾶν: unde hîc posuit μαμάκυθοι. Id colligo ex Eustathio qui ad vers. 562. & 563. Ὀδυσ. κ.

Ἐλπήνωρ δ' ὡς ἦκα νεώτατός τε, ἠπὶ τι λίλαιο
Ἄλκιμός τ' ἐν πολέμῳ ἠπὶ φρεσὶν ἦσιν ἀρηιφίλος.

Multos ennmerans stultitiæ infamiâ celebres, post Sannam, Coroebum, Margiten; quorum notissima dementia in proverbium & scomma simili vitio laborantium transierit, hæc adjungit: Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Μαμμάκυθον, καὶ τὸν Μελιτίδην, καὶ τὸν Ἀμφιτίδην, οἱ λαβόντες ὅπη μανίας ἦσαν: *Similiter autem & Mammacuthum & Melitidem, necnon Amphitidem qui celebres insania fuere*. ubi significat ista propria fuisse nomina insanorum quorumdam, quæ deinde in similium ipsis appellationem translata fuerint, prout de Sannâ nominatim observaverat, sic antea scribens: τὸν μωρὸν ὀίδαμεν Σαῦναν καλούμενον ὡς ἀπό τινος κυρίου ὀνόματος. *Stultum scimus Sannam vocari tanquam à quodam proprio nomine*. Cujus rei testem citat Cratinum Comicum, ita continnè subjungens; καὶ τῷ Κρατίνῳ κωμῳδῶν τοῦτον, τὸν Θεοδότην Σαῦναν. quia verò Eustathius constanter hanc vocem cum duplici μ scribit, fortè sic ea apud Pachymerem (etsi ambo Codd. optimi B. & A. concorditer cum unico μ scribant) emendanda fuerit. Vaticanus solitæ sibi licentiæ in hoc præ cæteris capite indulgens, cum alia passim in eo scripta verbis quibus libuit effert; tam in hâc voce quiddam καρόζεται. sic enim habet: μάκυθοι τινες ὄντες. Videtur autem ex aliâ origine hanc vocem accersere, nec viri singularis olim fuisse nomen proprium agnoscere; sed propagatam putare ex verbo μακοᾶν, quod Hesychius exponit παρασκευὴν ποιεῖσθαι μὴ ἀκούειν, *desipere, simulare se non audire*. Et hanc potissimùm secundam dissimulati auditûs notionem huic sic à se decurtato vocabulo imputandi occasionem fortasse sumpserit ex eo, quod paulò superiùs legerat apud Autorem; Patriarcham cum Synodo ab Imperatore provocatos ad seriò cogitandum de ineundâ cum Latinâ Ecclesiâ concordiâ ὑπαπολαύειν ἀκακοίνας *perfunctorie audisse*: & cum rem averfarentur, non tamen obstitisse: sed quasi dissimulantes se percepisse quod dictum fuerat, astuto silentio lucrifecisse invidiam aut periculum palàm resistendi, ἐν ᾧ δὲ ἰσχὺς αὐτοῖς ἀντιβολῆσαι: *non ijs inerat resistendi vis*. Eos tamen non se continuisse intra fines meræ dissimulationis aut silentij; sed præterea etiam, ut Imperatori gratificarentur, significasse: placere sibi mentionem illatam ab eo Pacis, manifestè affirmat noster, ut ostendimus superiùs verbo κινήσωσι. quare non illos μαμακύθους, aut

μακύ-

μαχήτους idcircò vocavit: quod simulaverint se non audire; sed quòd declaraverint sibi probari, quod proponebatur; haud satis providentes quid inde consecuturum esset, in quo ponit stultitiam eorum hoc verbo reprehensam.

MANDYAS.

Lib. IV. Cap V. Ὁ δὲ Βασιλὺς ἡσύχιος τῇ ἱερᾷ μανδύᾳ καὶ Παρημέρχῳ κατήχων. Hesych. μανδύας. εἶδος ἱματίου Περσῶν πολεμικὸν sortè πολεμικοῦ. Eustathius ad Ὁ Δυσ. τ. sub principium Αἴλιος Διονύσιος λέγει. ὅτι Περσικὸν ὄνομα καὶ ὁ μανδύας. ἔοικε δὲ φαινόλῃ. *Ait Aelius Dionysius, Persicum esse nomen Mandyam, similis autem est pœnulæ.* Veteres Glossæ verborum juris μανδύας ἱμάτιον. Ὁ λουρικός; sed hæc ut tiara & alia cum res tum nomina ad usum Sacrorum sunt translata. Docet eruditissimus Pater Goar. O. P. Notis ad Missam S. Ioannis Chrysostomi pag. sui Euchologij 113. fuisse Mandyam inter Pontificales vestes, id quod cappam sive pluviale Latini Christianorum rituum Expositores vocant, A quâ nec formâ nec notione multum abest penula; quam ad sacrorum usum jam tum ab Apostolicis accommodatam temporibus non immeritò viri doctissimi suspicantur ex Pauli loco 2. ad Timoth. 4. 13. Fuit præterea Mandyas propria Monachorum vestis ex humeris ad pedes usque defluens & totum ambiens corpus, à parte sola anteriori aperta; qualem etiam in Ecclesiâ Græcâ retinere in Pontificatu ij solebant qui erant ex Monachis promoti. Ex quo genere cum esset Arsenius ex Apollonienſi Monasterio ad Thronum Patriarchalem olim assumptus, ut tradit Gregoras lib. 3. non mirùm si Mandyam etiam extra sacras gestaret functiones. Nam civili & ordinario vestitu fuisse tunc indutum illum cum privatim & familiariter Imperatorem domi suæ inviseret, res ipsa exigit. Nondum me pœnitet μανδύαν sacram penulam hoc loco vertisse; & qui perpenderint quæ de penulæ formâ & usu à veteribus traduntur; & ea cum traditis de Mandya contulerint, haud multum ut spero repugnabunt. Vide & Codinum sæpiùs vocem μανδύας usurpantem.

MARMOTTZAS.

Lib. IV. Cap. XIII. περσονηδίζοντες μαρμώτζαν περσονόμαζον, περσαΐζοντες ὄνομα Περσικόν. Erat igitur μαρμωτζας nomen Persis familiare; quòd in eâ Gente multi proprium haberent. Id autem idcircò à maledicis Germano impouebatur, quod is, ut paulò post dicitur, remotiorem originem generis à Gabrâ Vrbe Persidis; propinquiorem à Lazis duceret. Codex Allat. Μαρκωτζᾶν legit. Anonymus verò ms. quem Allatius exscribit in Exercit. contra Creygtonum pag. 605. Μαλχωτζᾶν. & fortasse μαρκωτζας in Barber. legendû fuit, fallente in ms. similitudine characterum μ & κ.

MARROT.

Lib. I. Cap. XI. Τότε λέγεται ἀκούσαι φωνὴν. . . . καὶ ἡ φωνὴ λέξις ἦν Ζωμήθης· ὅτι μὲν οὐκ ὄπως ἑλληνικὴ. ἀλλ' ἦν δέ τις ἑτέρα γλῶσσα περσικὴν δοκοῦσα. μάτην γὰρ ἐλέγετο καὶ πλέον ἐδήλου. Lib. II. Cap. VIII. Ὡς δὲ ὁ μάρτυς ἐτετιμωρεῖτο &c. Dyrrhachiensi Episcopo pro Michaële Palæologo adhuc privato, & tum periclitante ac solicito Deum oranti audita vox refertur incognita nullam ad linguam pertinens *Marrou*, quam sibi recitatam Manuël Disypatus Episcopus Thessalonicensis sic est interpretatus, ut portendi per eam Imperium Michaëli diceret. Indicari enim isto vocabulo ex primis sex vocabulorum literis ἑξαγγελὴς conflato, hanc sententiam divinitùs ostensam: *Michael Augustus Romanorum Palæologus ocyus vocabitur.* sic latinè expressimus servata elementorum veritate, illa Græcâ: Μιχαὴλ αὐτὸς Ῥωμαίων Παλαιολόγος ὀξέως ὑμνηθήσεται.

MATRONA

Lib. I. Cap. XII. Ω'ς δ' ἐκεῖνος μὲν τοῖς μαξίναις, ὡς ὁ Ῥωμαῖος ἔφασαν, ὡς εἰκὸς μεγαλωνύμως. Matronæ nomen id veteri usu Romanorum, sonat Mulierem Patriciam & Gente nobilem. Clemens in Actis Petri. Ὡ'ς καὶ τὴν ἀληθῆ γυναῖκα τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ ἐξ ὁ λόγιος ματρώνας οἴδε καλεῖ. Ait ergò noster solitum Theodorum Augustum Viris domo minimè nobilibus, cæterùm apud se gratiosis, conciliare matrimonia Virginum Patriciarum: quibus illi deinceps Matronis ampli ac beati forent.

ΜΕΓΑΛΟΒΛΑΧΙΤΑΙ.

Lib. I. Cap. XXX. οὗτος δὲ ὁ πάλαι ὀλίγους δὲ Ἀχιλλεὺς ἦν, μεγαλοβλαχίτας καλῶν, ἐπιφέρων. In his apponenda post καλῶν distinctiunculæ notula fuit, quæ mss. mss. deerat; ne dici videretur: Achillem jam tum suo tempore Phthiotas suos Megaloblachitas appellasse. Sed & cum participium καλῶν Ioanni adjungitur, id ita intelligendum, ut non solus ita eos vocaret, communitet enim eâ tempestate invaluerat, ut Thessaliæ Montana Magna Blachia vocarétur. Nicetas in Balduino Flandro pag. 313. Edit. Basil. An. 1557. Ὧν δὲ Τύπος καὶ ἄλλος τις τὴν θεσσαλίας κατέχων μετοχὴν, ἐκ τῶν μεγάλων βλαχίων κεκλήσεται, τοπάρχης ἐπὶ τοῦ ἐκεῖ. Hujus, qui tempore Balduini Megaloblachitis imperitaverat, unus è successoribus fuit hic Ioannes Michaëlis Despotæ Nothus, de quo hîc Pachymeres. Meminit etiam μεγάλης βλαχίας Georgius Aeropol. Historiæ sectione 15. pag. 23. Edit. Reg. & sect. 38. p. 33.

ΜΕΛΕΟΙ.

Lib. VI. Cap XXIII. Τὸ δὲ τῆς μάχης ἐξ· ὅτι κινοῦσι δόγματα· μέλεοι. εἶτα ὑμῖν μὲν ἐφῆκε. Hæc valdè perplexa sunt, more ac indole Autoris, non rarò quædam dimidiata congerentis. Videtur autem hîc summatim & fastigia carpens, indicare quæ essent tunc hominum querelæ de Scriptis Vecci. Porrò vox, μέλεοι, sic ibi abrupta pendet punctis clausa in utroque ms. B. & A. Nam Vatic. hunc locum, ut ferè cæteros difficiles, securus transilit. μέλεος, ut notum est, significat *in Cassum*: unde & nomen μέλεος est, vanum & supervacaneum sonans. Si emendatione curandus hic locus esset, posset rescribi μάταιος, ut intelligeretur dogmata moveri frustrà, incassum, intempestivè, sed meliùs citrà ullam in contextu mutationem intelligemus, commemorari summariè & per inchoatas tantùm sententias, quæ tunc ore vulgi contra Veccum & ei adhærentes jactabantur: hæc nimirùm: *Moveri ab ipsis intempestivè dogmata. Vanos esse homines, & insania miscentes iurgia &c.* Expleriique incompleta oratio posset repetendo ὅ ὅτι superiùs positum, in hunc modum: ὅτι κινοῦσι δόγματα· ὅτι μέλεοί εἰσι &c. mox recitat verba ipsa reprehendentium Veccum & sequaces ejus: εἶτα ὑμῖν ἐφῆκε &c.

ΜΕΣΑΖΟΝ.

Lib. V. Cap. VI. Πέμπει δὲ πρέσβεις ἐκεῖθεν, ὁ καὶ μεσάζων ἐκείνων, Γεώργιος ὄνομα. Chronicon Constantinopol. μεσάζοντα nomen Dignitatis agnoscit, quam cum Magni Ducis, Magni Domestici & Protostratoris & Protovestiarij Dignitatibus amplissimis comparat. & eam tunc tributam memorat cuidam Cantacuzeno, quæ erat familia ex primarijs. unde intelligimus Magistratûs id nomen fuisse in Constantinopolitanâ Aulâ in primis splendidi. cui proportione similem apud suos Serbos hîc memoratus Georgius gereret. Sequestrum latinè dicere poteram: sed cùm sit, ut dixi, & Meursius observat, Dignitatis propriæ Græcorum nomen, usitatum ipsis vocabulum retinere satiùs est visum.

ME-

ΜΕΣΟΘΙΝΙΑ καὶ ΜΕΣΟΘΙΝΙΤΑΕ.

Lib. IV. Cap. XXVII. ὧν δ' ἐξ Ἀλιζώνων πλείστοι καὶ ἐς πόλεμον ἀγαθοὶ. ἐς καὶ μεσοθινίτας ὁ κοινὸς ἐπικαλῶν. Alizonas, sive ut Eustathius scribendum præcipit, pleriſque non obtemperantibus, Halizonos, memoratos Homero, Herodoto, Straboni, Stephano, & alijs, quamquam cum aliquâ Scripturæ varietate, Scythiæ Europæ Populos, communi Græciæ Byzantinæ recentioris Dialecto *Meſothinitas* dictos, credendum ſcilicet Pachymeri eſt. Ad intelligendam autem ejus appellationis rationem affulgere ſortè lux nobis à Plinio poterit qui lib. 5. cap. 30. Haliſernem (niſi error in Scripturâ eſt) eorum Civitatem in eâ orâ collocat, quam idem deinde cap. 32. à Thynis univerſam docet habitatam. unde quòd in mediâ Thyniâ eſſent facilè Meſothyni à Græcis dici potuerint. A quâ Etymologia ſi quis abhorreat ob diſcrepantem ſcripturam vocis, Thynia, per y ſcripta, à Thiniâ Pachymeri memoratâ, quam ille ubique per i ſcribit, accipiat aliud veriloquium in Strabonis teſtimonio fundatum. Is enim lib. 13. in Troadis deſcriptione Allazonium Oppidum Halizonum iſtorum, quos alij, ut indicavi, Allazonas vocant, collocat ad lævam Aeſepi amnis. quia enim ἁλὶ littus Græcis ſonat, Halizones inter littora hinc Fluminis Aeſepi, hinc Propontidis ſitam regionem incolentes, meritò μεσοθινῆται dicti fuerint. Nec omittenda ex occaſione declaratio loci noſtri Autoris cap. ix. lib. 1. cui quæ hîc diximus ſacem præferunt. Scribitur ibi ſic: πρὸ δὲ καὶ τοῦ Παλαιολόγου ἐς κεφαλὴν πταγμὸς μεσοθινίας καὶ ἀυτῶν ὑπιμάτων ὀλίγα συνεξαιρεῖται, καὶ τὰ πολλὰ κατ' Ἰταλῶν φρονήσεως &c. Narratur illic Michaëlem Palæologum tũ cum maxime ac ſtrenuè exerceret præfecturam ſibi creditam Romanarum Copiarum contra Italos pugnantium, monitum à Coty quodam de conſilio Imperatoris excæcare ipſum parantis, fugiſſe cum monitore in Perſidem. Sed quid ſibi vult quod Palæologus ἐς κεφαλὴν πταγμὸς dicitur μεσοθινίας καὶ ἀυτῶν ὑπιμάτων. Traditam illi fuiſſe regendam Meſothiniam Provinciam nulla uſquam alibi eſt mentio. Et Provinciam hîc ſive regionem μεσοθινίας vocabulo indicari, vix ferat continuè adjuncta mẽtio *Optimatum*, & quidem cũ pronomine *ipſorum* καὶ ἀυτῶν ὑπιμάτων. quîd hic dicemus? Aliud ſanè poſtquam multa diſquiſivi non occurrit, niſi μεσοθινίαν hîc poni pro legione quadam aut parte Romanarum Copiarum ex ijs conflatâ Militibus, qui Meſothinitæ vulgari linguâ dicebantur. Hoc videtur nos docere noſter Autor dum illo cap. xxvii libri iv. ſic loquitur ex verſione noſtra: de Romanis agens Copijs validiſſimis Ioannis Deſpotæ ductui permiſſis: *Conflabatur hic Exercitus ex differentibus corporibus & velut Collegijs Militum.... unum erat Paphlagonicum.... aliud cum & ipſum multitudine, tum vi & arte præſtans bellica, ex Halizonibus quos Meſothinitas vulgare dicat idioma.* En quid Meſothinia hæc fuerit cui tunc præpoſitus Michaël Palæologus ab Imperatore fuerat: non regio, ſed legio μεσοθινία Pachymeri dicta, compendio militariter loquentibus tum ſortè uſitato; quale adhiberi hodieque videre me memini in narrationibus præliorum aut oppugnationum in noſtrâ Galliâ, ubi Legiones, Navarica, exempli cauſâ, vel Nortmannica, Navarra & Nortmannia dici non rarò leguntur. Iam ſatis cobęret, quod additur, καὶ ἀυτῶν ὑπιμάτων in quo modus ipſe loquendi gradationem indicat. ut aliquid amplius licet in eodem genere, Optimates iſti fuiſſe intelligantur. Nempe non ſolùm Imperator Michaëlem Palæologum Legioni Halizonum Meſothiniæ vulgò nuncupatæ ἐς κεφαλὴν ἔπαξεν, *meit en teſte*, ut Galli hodiè loquuntur; hoc eſt, Ducem præpoſuit; ſed etiam (quod honorificentius ſuit) ſubeſſe eidem voluit Cohortem ὑπιμάτων dictam, de quâ voce vide ſis, Lector, quæ paulò inferiùs annotabimus. Non omittam admonere apud Acropolitam cap. 64. Hiſt. μεσοθωνίαν, de quâ hîc actum, cum ν ſcribi. Codices Pachym. cum ι μεσοθινίαν conſtanter ſcribunt. Hos nos expreſſimus. Sic & in Tocharorum, & alijs quibuſdam vocabulis Acropolita à noſtro

differt. nec noſtri judicij eſt definire uter erraverit. quare rem integram relinquimus, quod reperimus damus.

M E P E.

Lib. III. Cap. XXI. Ὁ δὲ καὶ (γυναῖκα τὴν τοῦ γυναικὸς Δεσπότου Ἰωάννου) τῷ μάπῃ Ἰβηρίας Δαβὶδ εἰς γάμους ἐδίδοτο. Air Mepe Iberiæ Davidi datam in uxorem filiam ſpuriam conjugis Deſpotæ Ioannis. ubi quid ſuſpicemur aliud quàm ſupremam in Iberiâ poteſtatem vocabulo iſto deſignari. ut ſicut Cralis in Serbia, Sultan in Perſide tunc dicebatur, qui rebus illic præerat; ſic Iberorum Aſiaticorum Rector *Mepe* vocarerur. De quo tamen, ampliùs, pronuncio, quoad certius ejus rei teſtimonium ſuppetat.

M E T A A H Ψ I Σ.

Lib. V. Cap. VIII. ὅτι πάντων ἄλλων, πλὴν μεταλήψεως· ἣν δὲ ἴχνους. Ait admiſſos ad omnem communionem ſacrorum Latinos à Græcis juſſu Imperatoris, reconciliationem Eccleſiarum procurantis, exceptâ μεταλήψει quam non quærebant. Et tamen antea dixerat eos communicaſſe etiam ἐν μεταλήψει τοῦ θείου ἄρτου ὃν ἀντίδωρον λέγουσιν. *in perceptione ſacri panis quem antidorum dicunt*. qui panis cum repræſentaret Euchariſtiam, videntur etiam Latini non recuſaturi eam cum Græcis percipere. Nimirùm μετάληψις ex uſu Græcorum propriè ſignificat ſumptionem vini conſecrati, ſive ſpecierum Sanguinis Chriſti, quam ideò in communione laicâ Latini *non quærebant*; ὅτι ἴχνους, quòd eâ ſibi ſciebant interdictum ritu Occidentalis Eccleſiæ. Docuit me hanc proprietatem vocis μετάληψις vir pererudirus, & in primis ſciens Græcorum Rituum Iacobus Goar O. P. qui Notis ad Liturgiam S. Ioannis Chryſoſt pag. 150. Eucholog. refert: Græcos in ipſa altaris conchâ depingere imaginem Chriſti Domini Pontificijs veſtibus ornati, decuſſatis manibus panem conſecratum dextrâ, Calicem verò ſiniſtrâ proferentis, inſcripto ad dexteram & ſacrum Chriſti Corpus vocabulo, μετάδοσις; ad lævam verò & calicem, noſtrâ hac voce μετάληψις. Hinc habemus μεταλήψεως vocabulum aliquando propriè accommodari ad perceprionem ſacri Calicis. dixi, aliquando, quia præter id quod ſuperiùs, ut modò admonebam, μετάληψις adjungitur τῷ θείῳ ἄρτῳ: etiam infra cap. xxxvi. lib. vi. Imperator moribundus dicitur: πλὴν ἀγίου μεταλήψεως δέχεσθαι. Videtur autem indicare illic Hiſtoricus voluiſſe, ſumpſiſſe tunc illum Euchariſtiam quo modo ſolebant ſumere morituri apud Græcos; hoc eſt ſub utraque ſpecie. Nam æquè opinor ad utramque ſpeciem pertinenr memorata paulò priùs σύμβολα τοῦ δεσποτικοῦ θανάτου. Niſi fortè quis ſuſpicetur extremo languore conflictantibus dari ſolitam alteram tantùm ſpeciem, nempe liquidam, quam commodiùs tranſmitterent per fauces catharro obſeſſas. Et ideò μεταλήψεως ſolius, hoc eſt vini conſecrati, converſique in Chriſti Sanguinem, factam hîc mentionem, quòd id ſolum tum Auguſtus perceperit. Nam ſolitos jam olim Græcos fuiſſe ægrotis in eum vi morbi ſtatum redactis, ut ægrè panis ſpecies glutirent, ne ſine viatico abirent, ſpecies vini miniſtrare ſoles, docet Petrus Arcudius lib. 3. de concordiâ Eccleſiæ Oriental. & Occidental. &c. pag. 335.

M E T O X I O N.

Lib. IV. Cap. VIII. καὶ εἰς μετοχιὸν τῆς Ἁγίας. Agit de domunculâ cum Sacello Divi Nicolai ad mare ſitâ, quam dicit fuiſſe μετοχιὸν τῆς Ἁγίας *Metochium* Oxeæ Inſulæ Propontidis ad quam deportari juſſus Expatriarcha Arſenius, in eâ ædiculâ, quippe imminente in rectiſſimum illuc trajectum, aut fortè etiam ad Monaſterij Oxeenſis, cui addicebatur eò relegatus Arſenius, jus dominiumque pertinente, obiter is depoſitus eſt. Libro v. cap. ii. nomen idem iterùm à noſtro adhibetur in

his

his verbis: τῷ δὲ μόνῳ ἐκείνῳ (loquitur de Monasterio quod fuerat Blemmidæ) τὴ τῦ γαληνοῦ μόνῃ ὑποτιθῦναι εἰς μετοχίῳ. Indicat Monasterium quod fuerat Blemmidæ, contributum & subjectum Monasterio Galesij. Aliquæ Religiosæ familiæ habent extraordinarias domos, quædam quæ vocant *Hospitia*, ubi diversentur illarum Ministri aut Religiosi, qui negotij causâ in locis illis peregrinantur. Videtur quid simile voce μετοχίῳ hîc designari.

MHNOAOΓEIN.

Lib. IV. Cap. XXIX. Ε'δὴ δ' ἦν καὶ σεσάλφ, καὶ ὑπογεγράφειν βασιλικῶς· πλὴν δὲ μηνολογῆν. Hoc loco μηνολογῆν significat mensem apponere Diplomatibus aut chartis Regijs; quod sibi uni Michaël Augustus reservatum voluit, nominatim excipiens ne id Andronicus Filius, quem in Imperij consortium admittebat, facere, se vivo, posset. Vnde idem noster in Andronico (quod aliud opus, Deo dante, mox edemus) lib. 1. cap. 1. narrat eum post Patris Michaëlis mortem primum in scripto jussu Regio mensem apposuisse: αὖτη πρῶτος μηνολογησάμενος πρόσταγμα. quo eodem scripto ad Patriarcham perlato, ait illum cum mors Michaëlis celaretur, Pachymeri sibi ipsi fortè adstanti regiam illam chartam dedisse, ἐρευνῶν εἰ ἄρα τὸν ἔχοι γνῶναι ἀφ' οὗ χαρακτῆρος, ἢ πῶς ἂν εἴη ὁ μηνολόγημα: *quærens num qua ipse conjectura certò posset dignoscere cujus manu expressus mensis esset*. si enim Andronici esse constaret; certum foret argumentum obijsse Michaëlem. Ne autem id facilè discerneretur in causâ erat, quòd manus & forma literarum Andronici, sic congruebat cum Paternâ, ut nonnisi ægrè, etiam à perito distingueretur: ὥστε τοῦτον γὰρ καὶ παρεῖκτο τοῖς τῦ πατρὸς, ὡς μὴ ῥᾳδίως ἀφεγνῶναι ἔχειν καὶ ᾧ ἐδήμουν. Gregoras lib. 4. pag. 52. Edit. Basil. An. 1562. referens ornatum insignibus Imperij à Patre Andronicum, addit: ἐπέτρεψε δ' αὐτῷ ὁ πατὴρ καὶ δι' ἐρυθρᾶς ὑπογράφειν γραμμάτων πρόσταγματα, ἢ μήπω μέχρι καὶ ἴνδικτον· ἀλλὰ, Ἀνδρόνικος Χριστῦ χάριτι Βασιλεὺς Ῥωμαίων. *Permisit verò ipsi Pater edictis subscribere rubris literis; cæterum sine mense & Indictione: sed; Andronicus Christi gratia Imperator Romanorum*. Hæc Gregoras. ex quibus intelliges quid sit quod Pachymeres scripsit ὑπογράφειν βασιλικῶς *subscribere regiè*. est enim id ὑπογράφειν δι' ἐρυθρᾶς *subscribere rubris literis*.

MNHMONEYEIN καὶ MNHMOΣYNON:

Lib. V. Cap. XII. Ὅπως ἐνεδίδου ἀπελθόντας Ἀρχιερεῖς λειτουργῶν τε καὶ μνημονεύειν: Hæc offerebantur à Græcis Papæ, si vellet abstinere à juvandis Latinis Constantinopolim tunc occupantibus. Verbo μνημονεύειν significatur distincta mentio Papæ in Sacris Græcorum Liturgijs publicè, ac nominatim facienda. Ipsa porrò talis commemoratio ὁ μνημόσυνον absolutè antonomasiâ compendiariâ dicitur in hâc Historiâ, ut superiùs diximus verbo ἐκκλησία. Ab hâc Romani Pontificis inter sacra commemoratione cur tantoperè Græci abhorrerent, causam non esse, sapienter ostendit Imperator, his illos urgens verbis: τίνα δ' ἔχει αἰτιολογίαν ἢ ἐπ' Ἐκκλησίας ἀφορᾷ τῷ ὀνόματι (subaudi, Papæ) ὅπου γε καὶ μὴ Ῥώμας ὄντας ἔστιν ἄλλους, οὐδένα μετέχειν τιμῆς δὲ τῆς κοινωνίας, τοῖς ἐκκλησιάζουσι ζωπυρουμένης τῷ ἱερεῖ. quasi diceret: quid tantùm refugitis à nominando inter Sacrum Papâ, cum ibi multos alios, minoris utique dignitatis, nominatim exprimi usu olim legitimo invaluerit? Verissima hæc sunt: Nam in Liturgiâ S. Ioannis Chrysostomi hæc legimus pag. 78. Euchologij, ἐντεῦθα ὁ ἱερεὺς μνημονεύει ὧν θέλει ζώντων καὶ τεθνεώτων. Ὑπὲρ ζώντων λέγει. Ὑπὲρ σωτηρίας, ὑπομονῆς, ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τῦ δούλου Θεοῦ Ν. *Hic Sacerdos meminit quorum vult vivorum & mortuorum. Pro vivis dicit: pro salute, protectione & remissione peccatorum servi Dei N.* En ut nominatim mentio fit in Sacro quorumvis ab arbitrium Sacerdotis: Pag. deinde 79. Ὁ δὲ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ· ὑπὲρ πρώτου μνήσθητι Κύριε τῦ παναγιωτάτου Μητροπολίτου ἡμῶν τῦ Ν. *Sacerdos verò exclamat: In*

primis memẽto Domine, sacratissimi Metropolitæ nostri N. quilibet igitur Episcopus à Sacerdote in Diœcesi ejus celebrante, nomine expresso memoratur. quinetiã, ut mox additur, idé honos habetur simplici Sacerdoti, & Imperatoribus. Sic enim adscribitur: καὶ ὁ Διάκονος ἐπὶ τῆς θύρας τοῦ λέγει. τῶν δ' ἅγιος παναγιωτάτου Μητροπολίτου ἡμῶν Ἐπισκόπου ὅστις αὐτὴν καὶ ἐπὶ τῶν προσκομιζόντων τὰ ἄχραντα δῶρα τούτων ἀλλαβέσθαι ἱερέως τῶν δ' ἡμῶν· ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ἀοιδιμωτάτων καὶ θεοφυλάκτων Βασιλέων ἡμῶν καὶ πάντων καὶ παντὸς· ὁ χορός· καὶ πάντων καὶ παντός. *Et Diaconus ad ianuam stans, dicit: .... & pro offerente sacra munera hæc devotissimo Sacerdote N. pro salute piissimorum, & à Deo custoditorum Imperatorum nostrorum, & cunctorum & cunctarum. Chorus repetit, & cunctorum & cunctarum.* Quia enim Imperatorum vocabulo Augustus & Augusta cum liberis eorum significabantur, addebatur ista utriusque sexûs expressio.

M N I A.

Lib. IV. Cap. XVIII. Ἔστι καὶ ὃ ἐν μνίοις θαλάσσης, ἐστὶ τῆς νέας ἀποπίνοι θαρρῦντι σώζεσθαι. Non solùm alga & muscus, sed quidquid innatans aquis soliditatem aspectu mentitur quandam, *μνίων* vocabulo designatur: quantum ex collatis Hesychii, Suidæ, Oppiani, Nicandri & aliorum locis datur intelligi.

M O P E O N.

Lib. III. Cap. VI. ἀπὸ τῆς μορέως ἀγομένη Λατίνῳ. Quæ olim Peloponnesus dicebatur, eam hodiè Græci vulgò *Moream* vocant. Videtur autem Pachymeris ætate, ὁ μορέως dicta. unde & hanc vocem supplevimus in lacunâ capitis ix. ejusdem lib. iii. Ad quem locum vide Notas. Alicubi tamen Pachymeres *μορέαν* scribit: sed constantiùs in neutro id vocabulum usurpat.

M O Σ Υ N E Σ.

Lib. IV. Cap. XXVII. Ὅσα τε ὑπὲρ μαρυανδινούς τε καὶ μόσυνας. Scio alios Scriptores Mosynos non Mosynas hos populos vocare; tamen cum *μόσυνας* non possit esse à recto *μόσυνοι* sed à *μόσυνες*, plus sapere quàm meus Autor nolui.

M O Υ Γ O Υ Λ I O I.

Lib. V. Cap. IV. ἐξ ὁμοφύλου Τοχαρέως ἢ αὐτοῖ μουγουλίους λέγουσι. Videtur dicere: Eos quos Byzantini Tocharos vocarent; ipsorum Tocharorum usu & linguâ Mugulios dici consuevisse.

M Υ P I O Σ Τ Υ Σ.

Lib. VI. Cap. XX. Ἐμαρτύρησε δὲ καὶ πλείστους ἐκ μυριοσίας ὅλας ἀλόχῳ τῇ ἑαυτοῦ καταναυσάντων. Hoc vocabulum *μυριοσίας* sic scribitur in duobus ms. ms. Vaticano omittente. Flectitur videlicet à recto *μυριοσίς*. quo non dubito, etsi alibi exemplum non reperi, quin Pachymeres *μυριάδα* significet. Sicut cap. xxxiii. lib. vi. ἑκατοντάς centuriam appellat, sic scribens: ἐξ ὅτι πλῆθος ἀρχαῖς ἑκατοντάσι διαλαμβάνουσι. Et ejus æqualis Scriptor Georgius Acropolita χιλιοσύα Chiliadem nominat in his verbis pag. 4. Edit. Reg. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τοὺς ἐπὶ τὸν πόλεμον χωρῆσαι χιλιοσίας πολλάς. ubi rectè doctissimus Interpres Leo Allatius χιλιοσίας πολλὰς reddit: *multa millia*.

N O Σ I A.

Lib. VI. Cap. XXXII. Καὶ ὡς νοσιὰν τὴν Ῥωμαΐδα καταλαβὼν κατ' ἐλπισμὸν ἔχοντες. Vocabulum νοσιὰν sic clarè scribitur in Codd. Barber. & Vatic. Allatianus autem videtur legere νοσσὰς: sed ex cæteris quoque vestigijs titubantis illíc calami satis apparet errorem esse, ac omninò rescribendum ubique νοσιάν. Videtur autem νοσιὰ positum à Pachymere ἀγχιστικῶς pro νοσσία, quæ vox significat *Nidum cum pullis implumibus*.

lus. Perstringitur enim proverbiali similitudine confidentia Latinorum, qui Romaniam, hoc est Imperatoris Constantinopolitani ditionem universam; tàm facilè se comprehensuros sperarent; quàm ludibundè à fortè incurrente tollitur avicularum recens ovis exclusarum tota cum ipso nido familia.

ΟΙΚΕΙΟΧΕΙΡΟΣ.

Lib. VI. Cap. XXVI. Μέλης ὁ οἰκειοχείρεως ἀσφαλείας μὴ μόνῳ παρασκαζ τλιὲ ἐρμάλιν, ἀλλὰ καὶ πλέῳ ἰδ ἕτοιμος εἰ καλδοι παρέχειν. De Muzalone malis inflexo ad obsequendum Imperatori. quæ sint istæ οἰκειοχείρεως ἀσφάλειαι divinandum. nam illud οἰκειόχειρες alibi non reperi. licet opinari, voluisse significare Autorem, non solùm spopondisse Muzalonem obedientiam in posterum, sed ea prompti obsequij documenta in præsens exhibuisse, quæ fidem abundè facerent sponsioni; & Imperatori metum omnem adimerent, ne promissis ille postmodum non staret. sint ergò οἰκειόχειρες ἀσφάλειαι cautiones & securitates; quasi dato pignore ex proprijs in antecessum repræsentatis spondentis officijs acceptæ.

ΟΞΕΙΑ.

Lib. V. Cap. XVII. ἐνδύτλιν ὁκ χρυσοπάσου ὀξείας ἀλλὰ μαργάρων &c. Duo hic sunt adjectiva fœminina sine suis substantivis; supplendis videlicet à Lectore, ut fit cum frigida simpliciter ponitur, pro aquâ frigidâ. voci χρυσόπασος videtur ex Autoris mente subjungenda ἔσθης aut ξυσὶς ex Eubulo Comico, cujus Pollux initio libri sexti hæc refert verba: ταῖς ξυσὶν ταῖς χρυσοπάσοις φοίνιξιν. verbum στρώννυμι ἐνδύτῃ convenit quæ stragulum aut instratum supremum erat Aræ maximæ, ut suo loco declaramus. vocabulo ὀξεῖα equidem βαφὴ adapraverim ex Eustathij loco mox describendo verbo ὀξυλδικὸν: ex quo intelligitur ὀξεῖαν βαφὴν roseam esse tincturam.

ΟΞΥΛΔΙΚΑ.

Lib. IV. Cap. XXIX. Καὶ τὰ ὀξύλδικα σχήματα ἀπεβάλετο καὶ πόπον. Verti: è roseo candentia insignia, doctus ab Eustathio ad Odyss. κ. ubi cum ex Chæremone retulisset, Ὅτι χοιρὸς μὲν τὰ αὖθι ἔαρος πίνεται πόνια ὑπάλειπτα. ἰδίως δὲ τὰ ῥόδα, ὀξυφεγγῆ καὶ ἔαρος πρωτίμαπα. sic continuò admonet: ἔνθα ὅρα ὃ ὀξυφεγγὲς, χρήσιμον ὂν εἰς ὃ ποιοῦν τὸ νόημα ἢ ὀξείας βαφῆς. *Ubi observa vocem* ὀξυφεγγὲς, *utilem ad intelligendum quænam verè sit tinctura quam* ὀξείαν *nominant*. quibus verbis satis indicat ὀξεῖαν βαφὴν trahere aliquid è colore vigentis rosæ, aut potiùs eundem ipsum esse. Itaque jure opinor meo ὀξύλδικον sum interpretatus è roseo cãdens. Neque tale fuisse Imperij gradu inferiori à Despotâ participati insigne, novum est; cum & rubeus & candidus ex quibus ὀξύλδικον mixtus est, ambo Regiæ potestatis characterem usu antiquo præferant. utique cum purpura in veste regiâ, candor in Diademate commendaretur. Sed & habemus Pachymeris ipsius testimonium hoc confirmans lib. vi. cap. xxxiv. ubi cum retulisset decrevisse Imperatorem ornare Ioannem Principem Lazorum, postquam ei filiam Eudociam despondisset, Insignibus quæ tribuerentur Despotis usu aulæ Constantinopolitanæ, mox illa ipsa Insignia Despotæ vocat τὰ ὁκ πορφύρας δίχεσα. bicoloria ex purpurâ, hoc est ut hic loquitur, ὀξύλδικα ex candido & roseo mixta.

ΟΠΤΙΜΑΤΟΙ.

Lib. I. Cap. IX. Τῷ Παλαιολόγῳ εἰς κεφαλὴν πανωμὶς μεσοθυρίας καὶ ἀυτοῦ ὀπλιμάτων. Docuit nos pridem eruditissimus Rigaltius in Glossario, quod ipse didicerat ab Autoribus idoneis ibi laudatis, ὀπλιμάτες vocem esse Castrensem, certum genus aut ordinem Militum signantem. unde tantò magis confirmantur, quæ de vocabulo μεσοθυρία Legionem aut Cohortem sic nominatam indicante supra suo loco diximus

omni-

omninò illo Pachymeris loco Michaëlis Palæologi militaris Italico navata bello indicatur opera. unde illa verba τὰ πολλὰ κατ' Ἰταλὸν στρατηγῶν, de industria sic verti, ut de bellicis ejus, quo de agitur facinoribus sermonem hîc esse Lector intelligat. quænam verò & ex quo genere hominum Cohors hæc Legiove Optimatum dicta in Romano tunc esset Exercitu, difficile divinatu sit in Scriptorum ejus temporis eâ de re silentio. Fieri potuit ut Nobiles voluntarij, & suo sumptu militantes sic appellarentur. qui Optimatum vocabulum domo afferrent indicium natalium Patriciorum aut censûs domestici. Fortè etiam qui militarem fortitudinem experimentis illustribus probassent, in certam honoris gratiâ segregati Legionem hoc designabantur nomine: quomodo autor est Olympiodorus in Excerptis Photianis τὸν Ῥοδογαΐσου Γότθων σὺν κεφαλώτας, capita ipsa & præstantissimos quosque Gothici Exercitûs quem ductabat Rodogaisus, Optimatos sive Optimates fuisse vocatos. habemus etiam ex Mauritio lib. 2. strateg. cap. 3. unumquemque Optimatum, Militem sibi obsequentem secum duxisse, qui ὡπλισμένος armatus dicebatur. quod ipsum argumentum est excellentioris supra vulgus Militum dignitatis ὁπλίτων, ad quam respicit vox ἀσπιδῶν hîc à Pachymere posita, indicans superiorem honoris & dignationis gradum in Præfecturâ Optimatum supra Præfecturam Mesothiniæ fuisse.

ΟΤΔΕΙΣ.

Lib. III. Cap. XXII. ἐνεπίσευσε δὲ τὰς Θεώπας οἰκονομίας ἐξισώσῃς ἀνδράσιν ὕδεσι. Videtur hîc novè usurpatum adjectivè vocabulum ὕδης in dat. plurali ab ὕδας ad significandum viles homunculos de fæce plebis ac nihili. Nam τοῖς ὕδεσι statim opponit μεγάλους, sic subjungens: μεγάλων ὑπὸ τύπους πεπαγμένων ὁ πρώην. Lib. iii. cap. xviii. Iosephus Galesij Germanum Patriarcham alloquens, ait: Καὶ σου ὀλιγωρῶν ὡς μηδενός. Hîc quoque positivè, ut sic loquar, usurpatur ὁ μηδὼς. Nempe non verus sed intrusus, & suppositicius Patriarcha Germanus habebatur. hoc exprimit noster verbo *nullus*, μηδὼς.

ΠΑΠΙΑΣ.

Lib. V. Cap. V. Γλυκᾶν Κεφαλήτην καὶ μέγαν Παπίαν ἐσύρων. De Magno Papiâ sic Codinus cap. 5. num. 34. ὁ μέγας Παπίας (sic enim scribit cum noster π simplex ponat) ἔχει μὲν πάλαι ὑπηρεσίαν ἀνεπιγνωστον, νυνὶ δὲ ὐδεμίαν. *Magnus Pappias habuit olim ministerium incognitum: nunc autem nullum.* Tamen Pontanus noster ad Cantacuzenum docet ex Zonará Magnum Pappiam dictum Iudicem illum summum ad quem Commentarienses de personis Reorum & numero, de qualitate delictorum, de clausorum Ordinibus referre debebant.

ΠΑΡΑΚΟΙΜΩΜΕΝΟΣ.

Lib. III. Cap. XVI. Καὶ ὁ Μαχητὴς, ὃν Παρακοιμώμενον ὁ Κρατὴς ἔσχε. Et paulo post καὶ τὸν Παρακοιμώμενον Μαχητὴν. Apparet ex his officij Aulici id vocabulum esse: unde & mox eo, sine proprio nomine virum idem designatur, dum additur; ὧν δ' ὑδρομύστης ὁ παρακοιμώμενος. Erat nempe hic, ut loquitur Codinus, Cubiculariorum & Epheborum Imperatoris caput. ὁ παρακοιμώμενος τῷ κοιτῶνι διρίσκεται κεφαλὴ τῶν ἐν τῷ κοιτῶνι παιδοπούλων, καὶ τῶν κοιτωναρίων. Quocirca equidem Præfectum Cubiculi latinè dixi: licet viderem Vvolfium in Excerptis Gregoræ subjunctis Cubiculariũ interpretari. Sed veram ejus vocis notionẽ magis videtur Pontanus assecutus initio sui Cantacuzeni, ex cujus sententiâ interpretor, ut dixi, παρακοιμώμενος hoc loco, Cubiculi Præfectum, nempe Imperatorij, sive ut interdũ dicitur, sacri Cubiculi. Quia verò hujus erat officium excubare noctu Imperatori, aut excubijs præesse, παρακοιμώμενος vocatur plus significante vocabulo quàm sonet; haud ad interpretationẽ suffecturo excubitoris nomine, quòd æquè cuivis Cohortis Vigilum Gregario conveniret.

veniret. Pachymeres lib. vi. cap. xii δεξιοῦται πίμπειν τῷ κοιτωνίτῃ παρακοιμώμενῳ βασιλικῷ βασιλεῖ. En ut singulari nomine effertur hoc nomen personam indicans præstantem, majorisque dignitatis quàm quantam capiat Excubitoris simplex mentio. Videtur officium simile ejus quod in Aulâ Romanâ hodiè vocant *Maestro di Camera*; & in Gallicâ: *Premier Gentilhome de la Chambre*. sed & παρακοιμώμενος generale interdum vocabulum esse, omnes indicans, qui ex officio in Cubiculo Imperatorio stationem ordinariam habebant, intelligitur ex ijs quæ annotamus ad vocem σφενδόνη.

ΠΑΡΑΠΛΗΚΤΙΖΕΙΝ.

Lib. V. Cap. XI. Ὥστε καὶ σὺ μὲν λέγοιτας ἐκ Πατρὸς Υἱὸν καὶ ὑμᾶς δὲ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα Ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, παραπλησίζει καὶ ἄμφω εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντε: Ex abundè perspectâ notione vocabulorum παραπλὴξ & παράπλησις, licuit significatum divinare verbi παραπλησίζει Lexicographis vulgaribus indicti; & tamen à Sancto Gregorio Nazianzeno usurpati, cujus locum Ioannes Parastron, qui hîc loquens inducitur, tacito autoris nomine recitat. Sanctus enim ille Doctor Oratione de Spiritu Sancto ante medium, cum hanc proposuisset interrogationem Hæretici Pneumatomachi τίς οὖν ἡ ἐκπόρευσις; *quæ igitur est processio?* Respondet: ἀπὸ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ Πατρὸς, κἀγὼ τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ φυσιολογήσω, καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ Πνεύματος. *Edisserе tu mihi ingenerabilitatem Patris, & ego generationem Filij enarrabo & processionem Spiritus.* Tum subdit: καὶ παραπλησίσωμεν ἄμφω εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντες. *& insaniemus ambo in Dei mysteria immittentes oculos.* Ita scribitur hic locus in editione merè græcâ Basileensi Anni 1550. pag. 221. vers. 4. longè meliùs quàm in Parisiensi Græco-latinâ, ubi παραπλησίσωμεν legitur quasi ex παραπλήσσω quod rectum non est.

ΠΑΡΟΧΕΤΣ.

Lib. II. Cap. XXIX. ἐμήνυσε γε πρύτανιν Τύπιν καὶ παροχέα ὡς δυνατὸν ἐμεγάλυνεν. Ita Codd. B. & A. Vatic. pro his habet: καὶ ἐγραμματοκομωδιῶν ἐμεγάλυνε. præterquam error est in scripturâ θ intruso in locum τ in voce γραμματοκομιστῶν, etiam videtur, ut non rarò solet hic interpolator potiùs quàm descriptor Pachymeris aberrasse à mente Autoris: qui cum dicit πρύτανιν Τύπιν καὶ παροχέα μεγαλυνῆναι. Autorem & præbitorem horum magnificatum fuisse ab Imperatore, non vult significare ipsum præmio effecisse Tabellarios, qui lætum nuntium attulerant; de mercede quippe illis liberaliter persolutâ dixerat antea: καὶ αὐτὸδου μὲν τῷ λόγῳ τὰ μείζω: sed vel agit de Cæsare, qui rem tantam feliciter fortiterque peregerat; cui propterea se debere profiteretur Imperator successum istum; & ejus virtutem ac meritum eo nomine celebraret: vel per voces πρύτανιν καὶ παροχέα Deum indicavit bonorum omnium fontem, cui peculiariter acceptam referens tam insignem felicitatem eum magnificaverit. Hoc confirmari potest ex ijs quæ mox subdit. Συνεκάλει πάντας εἰς ἐυχαριστίαν τῷ κρείττονος; *provocabat cunctos ad gratias Numini agendas.* Et hujus gratulationis occasione habita Concio, quæ capire sequenti recitatur, multa habet in hanc sententiam. Quod hîc peculiariter notandum venit est vox παροχὴς posita ut videtur pro παρόχῳ *prebitor, largitor*. cujus formę exemplum haud passim reperias. Legitur tamen & inferiùs lib. vi. cap. xxiii. ubi recitato D. Damasceni loco Patrem æternum προβολέα τοῦ ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος *Prolatorem* sive *emissorem enunciatorij Spiritus* vocantis; ait, quosdam ut falsò affictum Damasceno hoc dictum rejecisse, quosdam autem id legitimum ejus Sancti Doctoris testimonium agnoscentes, in eo vocabulum προβολὰς in παροχὰς mutasse.

Γ Η Λ Ε Τ Σ.

Lib. VI. Cap. X. Γέγραπται γὰρ εἰς παροιμίαν καὶ Πηλεὺς ὠφλεν αὖ ἢ ἐκλύσθη. Peleum hîc memorari Patrem Achillis, & in exemplum caſtimoniæ proponi, apparet; ut ſtatim poſt Ariſtidem in ſpecimen abſtinentiæ à furto alieniſſimæ. Non tamen occurrit adhuc mihi teſtimonium antiqui Scriptoris iſtam eximiam pudicitiæ laudem Peleo aſſerentis, cujuſmodi quodpiam obverſatum animo ſcribentis hæc Pachymeris ſuſpicor. neque enim videlicet omnia quæ ille legit in noſtras venére manus: ac fortaſſe ne nunc quidem ſuperſunt. quàm multa enim vetuſtatis Græcæ monumenta quingentis his ferè annis, quot à Pachymeris ætate ad hanc noſtram intercedunt, perire funditùs contigit; aut certè hactenus ἀνέκδοτα ſervari. ſed nec cuncta edita vidimus. Animadverto tamen Homerum crebrâ quam inſert mentione Pelei frugalitatis ei virtutiſque laudem ferè tribuere videri: quarum videlicet merito ab Actore Pthiæ regnante, ad quem ex Aeginâ confugerat, proprijs filijs prælatus, generque ac Regni ſucceſſor electus ſuerit, ut Euſtathius refert ad Iliad. β. pag. 321. Ed. Rom. ad quam fortè Hiſtoriam alluſerint fabulæ quæ prælatum Dijs ipſis judicio Principis Deorum, in felicitate nuptiarum; conceſsâ ipſi in Sponſam Thetide quam Iuppiter ipſe pro ſe ambire potuiſſet, celebrant Peleum: cujus generis illa ſunt Catulli:

Teque adeò eximiè tædis felicibus auctæ
Theſſaliæ columen Peleu: cui Iuppiter ipſe;
Ipſe ſuos Divum Genitor conceſſit amores.

Nec fortè à genio Pachymeris multum aberraret qui ſuſpicaretur; ita meminiſſe illû Pelei Herois inculpati, ut alluſerit ad etymon nominis ejus ἀπὸ τοῦ πηλὸς quod *lutû* ſignificat, formati, velut innuens: non magis affinem fuiſſe Veccum ſpectatæ ſanctimoniæ hominem, ſuſpicionibus impudicitiæ, quàm ſi fictum ex cretâ & luto corpus, non autem ex carne concretum habuiſſet. Invenio alluſionis non uſquequaque abſimilis exemplum apud Euſtathium ad Iliad. ι, pag. 772. Ed. Rom. explicantem dictum facetum in Cauponem qui vænale vinum turbare fæcium admixtione ſolitus, audivit à quodam: μὴ ποίει Ⓦ οἰνέα πηλέα. *ne facias Oeneum Peleum.* quod ut ἀπροπέλως *ſalsè* dictum ibi Autor laudat, ſic enarrans: μὴ τρυγίαν κακὴν, ἐν τῷ κρατῆρι ὀξαμυνῇς, μεταβαλὼν Ⓦ οἶνον εἰς αἷς πῖθον. ᾧ δοκεῖ παρονομάσθαι παρονομάσας ὁ πηλεύς. *Ne faces diluens & crateri admiſcens muta vinum velut in lutum. Iudicra enim paronomaſia videtur verbo, Peleus, lutum indicaſſe.* Hæc qui non probarit, condoleat infeliciter conantibus, & meliora, ſi habet, ſuggerat gratè accepturis.

Γ Λ Α Τ Ε Ι Α Ι Ε Κ Π Ω Μ Α Τ Ω Ν.

Lib. VI. Cap. XII. ἐμοὶ δὲ τῷ ἐφθῷ ὄντι, ζωμὸν καρποῦ ὠπωρᾶν πανελλομβίας πρὸς ἐκπωμάτων πλατείας εἰς ὁλοχίαν παρατιθέναι quærebam hîc quid eſſent ἐκπώματα πλατεῖα, quas ex ære fuiſſe mox indicat noſter de ijſdem iterùm agens his verbis: χαλκᾶς ἐκείνας πλατείας ὑποδοχάς. ſolus Vatic. χαλκᾶς πίνακας appellat, ſed huic fides apud me quidem, dudùm eſt ex quo decoxit. certè πίναξ nimis generale vocabulum eſt; neque in tabulis aut laminis æreis comm.odè id *frumentum coctum*, ſive jam molitum, mola videlicet ſarris toſti, ut Antiqui loquebantur; ſive granis integris naturali formâ, commodè geſtari potuit. Ne multis: mihi attentè conſideranti hunc locum, veniebat in mentem ἐκπώματα πλατεῖα & πλατείας ὑποδοχὰς dici hîc à Pachymere vaſa menſaria, quæ *Sottocoppe* Italis hodiè dicuntur: quorum eſt uſus in ſcyphis porrigendis. Habent ea ſupernè latitudinem capacem ſcyphorum ſimul multorum (unde πλατεῖαι ἐκπώματα rectè vocentur) labro per circuitum ad aliquam latitudinem reſupinato coronatam, innitentem pedi ſuppoſito rotundo, qui & manubrij uſum præſtat miniſtranti Pincernæ. Ejus formæ lances, aut ſi dicere

liceat, capedines, argenteæ ferè hodiè visuntur in Procerum Convivijs: Tenuiores fictilibus utuntur. ætate Pachymeris nondum peruanis ditatâ metallis, æreæ increbuerant: sed materiæ vilitas encausto picturæ variæ fructus autumnales aſſimulantis tegebatur, ut docet hoc loco noster. Negari non potest quin percommoda fuerit istiusmodi vasis forma ad istas *Eulogias frumenti cocti* tum decorè admovendas aris; tum inde post Sacerdotis benedictionem deportandas in domos tutò; latitudine, ex quâ πλατεῖαι dicuntur, paulisper concavâ, & capacis rotunditatis, facilè admittente materiam talem, & à lapsu prohibente, beneficio editi circum marginis, illius nempe, de quâ dixi, modicè reductæ & altè per circuitum extantis loriculæ. Voces quoque tum ὀκτωμάκτον tum ὑποδοχὴ aptissimè in nostram sententiam accidunt. indicant enim usum istius vasis eò factì, ut pocula, ὀκτωμάκτῳ, imposita exciperet, sic offerenda convivis manu Pocillatoris. Porrò πλατεῖαι videntur substantivè dici. nisi quis malit, cum sola hæc vox ponitur, subaudiendam & tacitè supplendam illam alteram ὑποδοχαί.

ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΣ καὶ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΖΩΝ.

Lib. IV. Cap. II. Iosephum Monasterio Galesij Præpositum vocat Pachymeres ἄνδρα πνευματικὸν καὶ ὡς Πατέρα πεφιλημένον τῷ Βασιλεῖ. Primo aspectu vox πνευματικὸς hoc loco videtur idem sonare cum eo quod lib. iii. cap. xix. memoratur πνεύματι ζῶν *spiritu vivens*, quod ibi dicitur de Monachis sanctimoniæ opinione venerandis, sumpta ex Paulo Apostolo formulâ loquendi, quales Imperator pro se adhibuit μισήσας πνεύματι ζῶντας καὶ Συνήθη τῷ Πρεσβυτῇ: tamen si quis introspiciat, aliud in eâ latêre deprehendet haud negligendæ notionis. Argumento sit: quod paulò post eodem capite scribitur: famam emanasse; interdictum Iosepho huic ab Arsenio Patriarchâ fuisse, ne fungeretur officio πνευματικῷ: Græca sic habent: ὡς καὶ ὑπημάσεσι τὸν ἐφ' ᾧ μηδὲ πνευματικὸς ἀναδέχοιτο. Nimirùm πνευματικὸς est Græcis Christianis idem quod Latinis Ecclesiasticis *Confessarius*, ut etiam rectè dudùm Meursius observavit. itaque suspicor ὅ, καὶ, abundare ut sæpè alibi apud nostrum, sic in loco descripto; & cum πνευματικὸς καὶ ὡς Πατέρα πεφιλημένον τῷ Βασιλεῖ Iosephus dicitur, nihil aliud indicari nisi eum Patrem spiritualem hoc est Confessarium Imperatori fuisse. Ex quâ observatione lux affulget posterioribus à me descriptis Pachymeris verbis. Horum enim hinc patet esse sententiam: Iratum Imperatori Patriarcham vetuisse ne Iosephus deinceps etiam privatas ejus confessiones exciperet, ἀναδέχοιτο (de quo verbo quæ suo loco notamus, huc confer) aut ipsum *in foro* (ut loquuntur) *conscientiæ absolveret*. Hactenus siquidem post anathema Imperatori publicè dictum, in quibusdam quæ antiquus usus vetabat excommunicatis permitti, connivendum putaverat Patriarcha, ut Pachymeres superiùs admonuit: de hoc genere videtur & hoc fuisse: nimirùm tolerare ut privatim confiteretur, & in foro conscientiæ absolveretur. id quod nunc tandem offensus instantiâ Iosephi prohibuerit; & videlicet jurisdictionem abstulerit necessariam ad absolutionem validè impertiendam. Vnde cum nihilò seciùs postea Iosephus perrexisset dare, ut priùs, operam confitenti Augusto, & illum videlicet de more absolvisset. ansam Iosephi eriminandi, Arseniani ab eo jam Patriarchâ schismate discissi, sumpserunt, quasi attentasset rem nefariam, ferendo sententiam absolutionis Sacramentalis, sine potestate jurisdictionis, quo modo lata talis sententia sine dubio irrita est. unde id attentasse in Sacramento, nihil minus sit quàm sacrilegium. Est autem & id extra dubium: emanare ab Episcopis ordine Hierarchico jurisdictionem istam. quare si eam ritè Patriarcha revocasset, certum erat, non potuisse deinde Imperatorem à Iosepho audiri aut absolvi sacramentaliter. Ad id porrò quid Iosephus responderet, commemorat Pachymeres, quamvis subobscurè in Codd. B. & A. sed in Vatic. clariùs: negatum nempe ab ipso factum: pertendisse inquam haud eò deveniſſe Arsenium Patriarcham

ut sibi jurisdictionem adimeret, & omninò interdiceret absolutione Imperatoris. Verba hæc sunt Historici sub finem hujus capitis. Κἂν μὴ γεγονὸς ἐφημίδοτο· ὡς καὶ ὁ Ἰωσὴφ Παζιαρχήσας ὕστερον, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τούτου, διϊσχυρίζετο. Sic in Codd. duobus. At Vatic. sic habet: ὅμως ὁ Ἰωσὴφ Παζιαρχήσας ὕστερον διϊσχυρίζετο ψεῦδος εἶναι τὸ λεγόμενον (melius diceret τὸ λεγόμενον) ὑπὸ πολλῶν. *Ioseph postmodũ Patriarchatũ gerens pertĕdebat falsum esse quod à multis iactabatur*. nempe ut paulò superiùs dixerat: ὡς χωρὶς ἐκ τοῦ Παζιάρχου βουλῆς ἀπηπορεῖτο (Iosephus) τὴν Βασιλέως ἀνάδοχον. sine nutu & assensu Patriarchę Iosephus ingesserit se ad audiendā sacramentaliter confessionē Imperatoris. φέρε δὲ (subjungit statim) καὶ λόγου ἄξια πολλοῖς, ὡς ἐβουλήθη ὁ Πατριάρχης ἐκεῖνον (Iosephum) ὥστε μὴ εἶναι τοῦ Βασιλέως πνευματικόν. *Fertur scilicet sermone multorum: Patriarcham interdixisse Iosepho ne esset Confessarius Imperatoris*. Ita clariùs, ut dixi, Vaticanus Paraphrastes: à quo germanam Autoris sententiam hîc expressam confirmat Pachymeres ipse, prout ejus contextus ab optimis Codicibus exhibetur, infra lib. iv. eodem cap. xxviii. sic de Iosepho dicens: ὃν ἀφωρίσθαι ἔλεγον ὅτι τῷ μὴ βασιλέα εἰς πνευματικὸν ὑποπεσεῖν δέχεσθαι: quæ ibi sic verti: *Quod illum aiebant in excommunicationem incurrisse, sub cuius interminatione veritum ei olim à Patriarcha fuisset, habere deinceps Imperatorem loco spiritualis filij, & illius confessiones, ut antea consueverat, in posterum accipere*. Non poterit autem me quisquam opinor reprehendere, quod πνευματικὸν Confessarium interpreter, quin priùs arguat vulgatum Florentinæ Oecumenicæ Synodi Interpretem, qui pag. 17. tomi 32. Edit. Conc. Reg. illa verba τιμιώτατος πνευματικὸς χὴρις Γρηγόριος, sic latinè reddit: *Honorabilis à confessionibus Domnus Gregorius*. Erat scilicet Confessarius Imperatoris Græcorum, qui Concilio Florentino interfuit. Vt omittam alia ejusdem notionis verbo πνευματικὸς subjectæ testimonia à Meursio, ut dixi, receitata: quæ si quis omnia consideraverit nę is haud poterit judicare; addidisse me quidquam sensis Autoris mei dum ab eo memoratam πνευματικὴν ὑπόταξιν ad ministrationem privatam Sacramenti Pœnitentiæ, & exceptionis secretarum confessionum retuli.

ΠΟΙΟΤΗΣ.

Lib. V. Cap. IX. Περὶ ὃ καὶ ἡ ποιοσημασία τῆς ποιότητος εἴληπται. Hoc est si ad verbum reddas: *Iuxta quod & appellatio qualitatis sumpta est*. quid autem istud est relativo *quod* indicatum? nempe, ut apparet ex præcedentibus: obliquum adaptari & exequari debere ad rectum, non è converso, rectum ad obliquum. Confido vel ex hoc loco, cui multi alij simili ἀπιστίᾳ, & insuspicabili cohæsione tenebrosi per hanc Historiam occurrunt, assensurum mihi Lectorem prudentem si dixero: Oedipum non Davum esse oportere Interpretem Pachymeris: Scriptoris, si quisquam ullus, antiquarij, cuique meliori jure quàm illi in quem Latinus Epigrammatarius hoc versu lusit; exprobraveris:

Non Lectore tuis opus est, sed Apolline libris.

Sed παρέργων ἡ ποιοσημασία ἄλλης, opus vocat ipsum; & attentus confessus dici à me causam expectat, cur in ποιότητος vocabulo non, ut vulgò consuevit, *qualitatem*, sed *regulam* intellexerim. Vereor enim ut apud plerosque satis sit allegare, quod verissimè possum, manifestum ex inspectione præcedentium verborum; loci sententiam id flagitasse. Non enim deerunt qui exigant etiam aberrationes & deliria Scriptorum ab Interpretibus exprimi; atque adeò in isto genere quàm superstitiosissimè ineptire, fidem vocent. Ajo igitur, opinatum esse me; vidisse aliquid uspiam Pachymerem quo motus ad existimandum sit, ποιότητα regulam interdum significare; istamque, ut solet, quamvis raram, notionem oblatâ qualicumque occasione usurpare affectasse. Non est inverisimile homini obsoletorum verborum aucupi, talium collectorem & enarratorem diligentem, familiarem Hesychium fuisse; cujus vocabularij haud paulò correctiora Constantinopoli ante hos quadringentos annos;

hoc

hoc est, ætate Pachymeris, exemplaria fuisse, quàm illud ex quo Aldus Manutius editionem expressit suam, nemo prudens dubitaverit. Suspicor itaque Pachymerem in verbo ποιότης apud Hesychium longè aliud legisse, quàm hoc ibi hodiè apparens nullius pretij: ποιότης χρῶμα ὑδατὴ νότου. quid quæso νότου, quid ὑδατὴ ad ποιότητα? quid illud ipsum χρῶμα quam inopinatum &, ut liberè dicam, ἀπροσδιόνυσον? ac pro illis quidem ὑδατὴ νότου reponendum putarim ex ijs quæ ad verbum γρωμάτη annotavi ἢ γόμου, μάτου. quod nunc attinet, γρῶμα pro χρῶμα in Hesychio Pachymeriano suspicor scriptum appatuisse. *Groma* vox est ex quâ qui Agrorum metiendorum rationem tradidere, in unum collecti corpus, Gromatici Scriptores, nomen invenerunt. Est enim id instrumenti vocabulum istâ in arte præcipui, quo ad dirigendas limitum lineas in terrarum partitione aut dimensione utebantur. *Groma* sive *Gruma*, ut vulgò explicant, *Mensura quædam est qua flexæ viæ ad lineam diriguntur*, Aut, ut Nonius habet, *loca media in quæ directæ quatuor congregantur viæ*; quod nimirùm in illo centro campi dimetiendi Agrimensores grumas suas intenderent, & ijs adjuti vel lineas ipsi primi rectas designarent, vel curvitatem priùs descriptarum deprehensam corrigerent. Istorum hanc actionem expressit Ennius cum *Grumam dirigere*, scripsit. In Glossarijs veteribus ab Henrico Stephano & Bonav. Vulcanio editis legitur *Gruma* γρῶμων. unde verbum *grumat*, quod ibi explicatur per illa græca μαγεῖα ἔξιστι. Paulò post ibi ponitur *Grumari* καταστρέψαι Δοριεῖς. pro quo Vulcanius legi jubet *Grumare*, διορθοῦσθαι. uti & pro eo quod ibidem mox cernitur *Gruma* βασιλικὴ γρῶμη reponendum contendit: *Gruma* διόπτρα τετραγωνικὴ. Videtur vocabulum istud antiquum *Gruma* à Priscis Latinis ex græco γρῶμμα formatum. Est autem γρῶμμα, ut aliæ Glossæ Græco-latinæ veteres docent, ἢ σταθμὸς *Scripulum*. Scrupulum autem, sive Scripulum, ut ex Varrone & Columella libris de re Rustica viri docti colligunt, mensura est adhiberi solita metiendis agris, nempe *Gruma*, sive *Groma*, quæ erat instrumentum cujus ope dirigebatur oculus ad lineas ducendas exactè rectas, promiscui usûs Architectis & Agrimensoribus, unde διόπτρα τετραγωνικὴ dicta, ut vidimus. Ex his liquet *Groma* sive *Gruma* idem esse, quod γρῶμων, σταθμὸς, διόπτρα τετραγωνικὴ, Scripulum sive Scrupulum, quæ omnia vocabulis latinis *amussis, norma, regula*, respondent: & instrumenta significant, quibus visus humanus ad dijudicationem recti à curvo, aut ad exæquationem obliqui ad exactè directum, utitur: ad quod cum esset usus opportunus funiculorum, etiam γόμου, μάτου hoc instrumentum dici potuit; quæ verba Hesychio funem sonant agrimensorium. Porrò cum Hesychius, qui tam multa nobis ignota monumenta verera viderat, alicubi fortè reperisset hoc instrumentum, γρῶμμα sive γράμμα dictum ποιόλιν aut ποιότητα vocari, & hoc inter notiones abstrusas vocabulorum, quales innumeras Opere illo suo complectitur, exprimendum putasset, fieri facilè potuit, ut ex eo Pachymeres, captator cupidus verborum inusitati significatûs, ποιότου vocabulum hoc loco pro regulâ posuerit. Hactenus scripta cum ostenderem Illustriss. D. Abbati Octavio Falconerio, ipsius ea limatissimo judicio subijciens, suggessit ille: videri posse, antiquum Etruscum vocabulum *Piota*, è Græco ποιότης expositæ hîc notionis ortum, promiscuo tunc usu Gentium ambarum, & Latinis sive Italis permultis Constantinopoli, & in multis alijs Orientalis Imperij Insulis & locis peregrinantibus, aut degentibus; & vicissim non paucis Græcis Pisas atque Etruriam visentibus, variâ commerciorum vice. Constat sanè apud Dantem Alighierium antiquum, & maximi nominis Poëtam Thuscum, vocem *Piota* pro pede usurpari. vide ejus Infernum sub finem Cantûs xix. Vocabuli autē *pes*, & æquivalentium in cunctis linguis usus est frequentissimus ad significandam mensuram, sive instrumentū metiendi. undē ille tritus Horatij versus

Metiri se quemque suo modulo ac Pede verum est.

Ejusdem generis & nominis erant instrumenta plures simul pedes dimetientia, quæ

pro ratione numeri, retento pedis nomine, distinguebantur. Ex his erat decempeda dimetiendis usitata Porticibus ex Horatio eodem

nulla decempedis
Metata privatis, opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Nam ut supra vidimus Architectis & Agrimensoribus communia erant hujusmodi instrumenta mensurarú. Quia porrò plerumque fit ut mensuræ nomen rei mensuratæ tribuatur, & dicatur, exempli gratia, *Pes terræ*, *palmus* sive *ulna panni* &c. ita videmus Italicum vocabulú *Piota* terræ interdum tribui, fortè ex dimensione agrimensoriâ cujus instrumentum *Piota* vocaretur. *Piota* (ajunt Autores aceuratissimi Lexici Etrusci) *diciamo la zolla di terra che abbia seco l'erba*. Ad quod citant *Pietro Vettori Trattato* VI., in hæc verba: *non vengono a star molto fuor della terra per cavarsi del semenzaio con essa, cioè in una* piota &c. *Piota* ergò Italicè idem quod pes, unde & instrumentum agris metiendis dictú sic fuerit: & vox ποδὸς græcis ævi sequioris eâdem notione usurpata, istum usum Hesychio notante; & Pachymere exscribente; prout hactenus diximus, non affirmantes, sed quærentes; & quasi micantes in tenebris.

ΠΡΑΓΜΑΤΑ.

Lib. VI. Cap IX. Τὰ γὰρ τῆς Βασιλείας τῆν Βυλγάρων πράγματα, ἃ δὴ καὶ κάλλιστα ἐκτήσατο Ῥωμαίων λαβόντος ὑπομνήσεων ὁ πάππας, φρατηγοῦντος τῆ Βασιλείας Ἰσαακίου, καὶ ὑπὸ τοῦτο πῆσαν συμβὰν κατ' αὐχμὸν μᾶλλον ἢ κατὰ χρείαν. Hoc loco vox πράγματα similem notionem habet eius, de qua annotasse aliquid memini Scholijs ad Catenam Græcorum Patrum in Evangelium S. Marci, brevi; nisi literæ Amicorum fallunt, Parisijs edendam. similem, inquam, non enim pecuniam signatam; sed signa, vasa, gemmas, & ejus generis pretiosam & speciosam supellectilem hîc eo verbo designari loci sententia exigit. De re ipsâ hîc indicatâ, hoc est de Clade Isaacij Augusti cujus occasione ista venerint in potestatem Bulgarorum, diximus in Notis ad eum locum. Pro voce κάλλιστα in Cod. Barber. legebatur μάλιστα, sed & in ejusdem otâ Codicis κάλλιστα tanquam verior lectio agnoscebatur; & cum eam solam optimus & ipse Codex Allatianus in contextum reciperet, non dubitavi quin præferenda esset. Vaticanus solitâ securitate utramque omittit. convenit autem adjunctũ κάλλιστα satis aptè ad significandam speciem insignem Coronæ, Sceptri, vasorum aureorum, torquium: monilium, gemmarum, vestiumque Imperatoriarum, quæ hoc loco designantur verbo πράγματων. Galli hodiè usu simili yocant *effets* res pretio æstimatas, prout distinguuntur à pretio ipso & nummis.

ΠΡΟΣΕΛΩΝΤΕΣ.

Lib. III. Cap. XVII. Τὸ γασμυλικὸν θαρρούντως ἔχε πρὸς μάχας . . . . . οἵτινες δὲ λεγόμενοι προσελῶντες, οἷς ἁλσὶν καὶ μώλωπι πίθηλος. Remiges hos fuisse, qui προσελῶντες, quasi proprio artis aut ordinis vocabulo dicebantur, & ipsa origo suadet vocis ἀπὸ τῆ προσελαύνειν sive προσελᾶν *prorsum impellere*; & disertè noster tradit, tum hîc, tum cap. xxx. libri V. ubi quem semel προσελάτην dixerat, postea ζωνοπίμας vocat προσορίτας. Vvolfius in Excerptis Pachymerianis Gregoræ subjectis, vitiosam hujus vocabuli scripturam exprimit, ex mendoso videlicet Codice, dum hanc recitat, ex hoc haud dubiè loco sententiam: *Gasmulicum ad bella erat animosum*: *Pyzylontes verò agendis remis strenui*.

ΠΡΟΣΠΑΙΩ.

Lib. IV. Cap XI. ἀλλὰ ὁ τῆ μύθου, ὡς ἀληθεία, προσπαίων, ἐναίρεται. Vix alibi reperies προσπαίειν; etsi παίειν, uti & alia ex eo composita, frequens sit. quid aliud putemus, quàm metaphoram hîc esse à sagittâ in scopum intentâ, & illum feriente, ductam

ductam. sic enim ait fabulam incurrere in verum, ac illud quasi percutere, ut sagittam scopum. Simile quiddam sacrarum literarum Interpretes adnotant ad illud S. Pauli ad Rom. 10. 4. *Finis legis Christus*, Lex ibi vocatur tota Historia vetus sacris libris commendata, quibus & res à Patribus gestæ, & sacrorum Appararus ac cæremoniæ traduntur, omnia Christum venturum præfigurantia. In quo alluſisse Apostolus putatur ad originem vocis hebraicæ *Legem* significante. תורה *Thora* enim à radice ירה *Iarah* est, cujus prima notio est *iecit*, *proiecit*. unde ejus est usus proprius in ejaculatione. 1. Regum 20.36. De Ionathane sagittam ejaculante scribitur ויהוא-ירה החצי *Vehu Iara hachetsi*: *& ipse iecit sagittam*. quò pertinere putatur multorum Psalmorum inscriptio: *in finem*: hoc est in Christum. in quem procul indicandum, & quasi indigitandum pleraque ibi scripta dirigebantur: nec frustrà: veritate quippe Prophetijs exactè respondente, figuræ in rem incurrerunt. Fabulæ morale præceptum adumbrantis par ratio est. ut enim figura prophetica, cum res figurata exhibetur προσπαίειν ἀληθείᾳ *in veritatem incidere* dicitur, sic & apologus, cum eo significatum officij monitum declaratur, & quasi ad rem ipsam applicatur.

Π Ρ Ω Τ Ο Σ.

Lib. IV. Cap. XX. Ἐφ' ᾧπερ χριθὰν πεπῶκε πρὸς τῷ πρώτῳ ἐν θέμιδι: Hîc πρῶτος absolutè & substantivè usurpatur pro supremo illic Præside sacrorum, nempè Patriarchâ.

Π Ρ Ω Τ Ο Κ Η Ρ Υ Ξ.

Lib. VI. Cap. XXII. Καὶ αὖθις ἀδελφὸν ὡς πρωτοκήρυξ τῆς Ἐκκλησίας ἀλίσας). quem antea vocaverat Δομέστικον Ἐκκλησίας nunc appellat πρωτοκήρυκα; synonymâ, opinor, usurpans eam vocem pro πρωτοψάλτης. Nam ut Codinus habet cap. 17. num. 40. ὁ πρωτοψάλτης ἔχει Ἐκκλησία, ἀλλὰ Δομέστικον. quibus significat, Præcentorem, hoc est, cum cujus officium est cantum inchoare in Choro, non πρωτοψάλτην solere dici, ut res exigeret; sed *Domesticum Ecclesiæ*. Hæc mihi causâ fuit opponendi in versione πρωτοκήρυκος vocabulo latinum *Præcentoris* nomen.

Π' Υ Λ Α Ι ἡγὴ Π Υ Λ Α.

Lib. V. Cap. X. Πύλας ὠθεῖται ἀφαρμάς ἐν σιδήρου &c. Hîc vocem ἀφαρμάς emendavimus indicio Syntaxis cum ἀφαρμαῖς, quod in Codd. B. & A. Vatican. omittente, legebatur, quadrare ad vocem πυλας non potest. Proba in hunc locum est παράφρασις Vatican. Cod. his verbis: ἡγὴ πύλας ἐν ταῖς πέτραις ὕγρων ἄλυσι (lego ἄλυσιν) σιδηραῖ ἡγὴ ἰσχυραῖ καπαυλίζει. Non ergò portæ aut valvæ ex ferro solidæ intelligendæ hîc fuere: neque enim id finit rei subjectæ natura. Non, inquam, portui, ut domui, aut conclavi obduci solidum ostium potest. quî enim, aut quibus moliendi machinis tantæ latitudinis postes essent, quanta explere atque obturare, quàm vastè hiat, valerent totum os Portûs, quo magnæ ac longæ naves prælongos hinc inde protendentes remos, eæque non singulares, sed plures interdum simul, aditum, exitumque habere commodum debeant? Ergo hîc noster cũ πύλας dixit, intellecturum putavit prudentem Lectorem tale ostium, quod Portui claudendo apponi posset. catenam nimirùm ferream. Addam hîc satis raram notionẽ vocabuli πύλη aut πύλα cujus usum reperi in græcâ versione Speciminis Sapientiæ Indorum, quem librum latinitate à me donatum, huic Historiæ Imperij Michaëlis Palæologi Augusti, à quo id opus in quadam Concione allegatur, hortatu Amicorum, tanquam παρεμπέρασμα adjunxi. Ibi in primâ Præfatione quæ Historiam inventionis, & deportationis ejus libri ex India in Persidem recitat, pagina Codicis quo utebar Græci nonâ, sic legitur: πλοῦ ἀφ' ὅσοι ἀρετὴν λήψομαι μίαν πύλαν ἐν τῇ ὑφασμάτων τῆς κώμης Φτϊξαϊνήτα ἐν ὧντῇ δεξαθήσομαι κἀγὼ δοῦλός σου ἐν πάσῃ τῇ συγγνώμῃ μου. λαβὼν δὲ ὁ Περζοὶ ἐν τῇ βασιλικῶν ἱματίων &c. In his verbis primùm

occurrit

occurrit quærendum, quid sit πύλα ἐκ τῆς ὑφασμάτων. Nam *porta* notio, quæ naturalis est πύλη, quàm hîc sit intempestiva nemo non videt. Omninò agnoscendum est, πύλα hîc pro πῖλα positum à πίλεω *plico involvo*, ut volumen aut scapus panni cujuspiam hoc vocabulo nunc significetur. Fundum habeo conjecturæ Eustathium, qui ad illum versum 411. Iliadis θ. φερόντων δὲ πύλησι πολυπλύχα ἱλύμποιο. sic annotat pag. 721. Edit. Rom. παρηχητικῶς δέ πως, ἢ ἐτυμολογικῶς φθέγξεται ἡ πύλη καὶ ὁ πολύπτυχος. φθὰ δὲ πίλεω τὸ καὶ ἄμφω. ἵνα ᾖ πολύπτυχος ὁ πολύπυλος. Hæc ille. in quibus vides πύλω à πίλεω deduci, extrito subjuncto τ. Addam ex occasione de panno hîc memorato Pagi *Phuistan*: quòd in illo videlicet pago texeretur: fortè inde natum vulgare nomen hodiè in Galliâ panni cujusdam ex gossypio texti, quod *Fustaine, Fustanium* appellatur. Ex consequentibus porrò verbis intelligitur genus hoc panni Regis aut Regiæ familiæ usibus fuisse reservatum. itaut vestiri eo nemo posset sine concessu peculiari Regis. unde characterem haberet eximij honoris, & apud Principem gratiæ, indumentum tale. propterea enim addit Perzoës accipere se istam vestem ob prærogativam honoris ei annexi communi æstimatione: ἵνα (inquit) ἐν ἀωτῇ δοξασθήσομαι καὶ ὡδὸς σὺ ἐν πάσῃ συγκλύσῃ μου. In quo etiam significat non suâ se solius causâ istum admittére honorem, sed familiæ ac cognationis inde conspicuæ futuræ; sic ambitionis invidiam pietatis & caritatis in consanguineos laudabilis ostentatione redimens, aut saltem minuens. Confirmant autem quod diximus de reservatione hujusmodi panni ad usus Regios, illa extrema verba: λαβὼν δὲ ὁ Περζωὲ ἐκ τῆς βασιλικῶν ἱματίων. cur enim quæ priùs nominaverat ὑφάσματα τῆς κώμης φωϊσὲν nunc ἱμάτια βασιλικὰ vocaret, nisi quòd ijs uti Regi soli & familiæ ipsius, liceret; & si quibus privilegium idem à Rege eximij honoris gratiâ tribueretur.

Ρ Ω Σ.

Lib. VI. Cap. XXXII. Οἶμαι δὲ καὶ πρὸς τοῦ ὀνομασίαν ἔχειν φθὰ τοῦ τοὺς Ῥῶς ὁμοιότητα. Ait Ducem Latinorum quem descripsit ferum, ardentem, & capite rufum, hominem vastæ staturæ, cui erat nomen Rhos Solymas, videri nactum appellationem ex similitudine cum eo quod vocat Ῥῶς *Rhos*, quid autem est hoc? An scripserit Pachymeres Ῥῶς pro Ῥῶξ. Ῥῶς sanè constanter scribunt duo Codd. optimi B. & A. Vaticano hoc comma omittente. Atqui Ῥῶς nihil, quod sciam, huc faciens significat. Ῥῶξ autem ex Eustathio Παρεμβολαῖς ad Odyss. υ. pag. 1633. Edit. Rom. est φαλαγγίου εἶδος species animalis noxij dicti Phalangij. De hoc Plinius lib. 29. cap. 4. *Phalangium.... est plurium generum. unum simile formicæ, sed multò maius, rufo capite*. Huic comparatum hunc Ducem à Pachymere crediderim. dixerat enim antea & rufa eum comâ fuisse, & vultu rubente, quippe accenso naturali ardore. unde credibile sit vel ξ in σ scienter mutatum ab antiquario Scriptore exemplum ejus mutationis alicubi fortè Scriptorum veterum nacto, vel errore hîc Librarij Ῥῶς pro Ῥῶξ positum.

Σ Α Λ Π Α Κ Ι Σ.

Lib. VI. Cap. XXI. Καὶ Σάλπακις ᾧ, ἐν αὐ ὑ ἐκείνων γλῶσσα ἀνδρεῖον εἶπεν Ait *Salpacin*, quod erat cognomentum Mantachiæ cujusdam Ducis Exercitûs Persarum, Persicâ linguâ significasse fortem.

Σ Τ Α Υ Ρ Ο Π Η Γ Ι Α.

Lib. VI. titulus est Capitis XI. Ὅτι βασιλικὴ παρὰ παλαιῶν ἔθει τοῖς σταυροπηγίοις. Apud Matthæum Blastarem titulus est. ὅτι μόνῳ τῷ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως δίδοῦ σταυροπήγια πάντα πέμπειν. *Soli Patriarchæ Constantinopoleos concessum esse stauropegia quocumque mittere*. Tum rem ipsam sic explicat: Μόνῳ τῷ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως

ἐκ

ὲν Cωνθείας ἐφέζη μαχεῖς σαυρωτήρια τε διδόναι, καὶ τὴν ἀναφορὰν καὶ μνήμην τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχειν, καὶ μόνῳ ἐν οἷς κέκτηται ἰδίοις χωρίοις ἀπανθήποτε κτήμασι, καὶ τοῖς ἀκινήτοις κτήμασι τῶν Μετοχικῶν τούτων Μοναστηρίων. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τῶν Μητροπόλεων αὐτῶν ἐνορίαις. ἵνα αὐ τῷ τὸν ναὸν ἀνεγείραντι δηλαδὴ προσγένηται. *Soli Patriarchæ Constantinopolis ex longa consuetudine permittitur stauropegia, sive crucium fixiones, concedere & relationem ac memoriam nominis ibi habere; non solùm in prædijs aut terris, quæ peculiari iure possidet, ubicumque sita sint; & in immobilibus possessionibus subiectorum ipsi Monasteriorum: sed etiam in Diœcesibus Metropoleon ipsarum, ubi videlicet ab aliquo Templum ædificante advocatus fuerit.* Ex his licebit intelligere σαυροπηγίων nomine hîc significari jus supremum Patriarchæ in Ecclesias Patriarchatûs sui, quo possit eximere quæ loca quasve personas vellet à potestate Episcopi cujusvis, & intra fines Diœceseon suum licet Antistitem habentium certa sibi Monasteria vel Ecclesias valeret excipere; citra nutum aut assensum proprij locorum illorum Metropolitæ. Hanc autem potestatem videtur exercuisse Patriarcha frequentiùs in prædijs & agris sibi vectigalibus, & in Templis de nouo erectis, quorum fundatores, ad operis amplitudinem & commendationem id rati pertinere, affectabant ut uni ἀμέσως Patriarchæ illa subijcerentur, à jurisdictione propriorum loci Præsulum exempta. Quia verò cum locum aliquem in alienâ Diœceesi situm eximere ab autoritate Ordinarij & sibi reservare Patriarcha vellet, id declarare solebat fixa ibi Cruce, cum certâ inscriptione, cujus formulam videre licet apud Meursium, ideò ipsa exemptio & jus illius σαυροπηγίων verbo indicabatur. Id clarè patet ex hoc in quo versamur loco nostri Historici. Is enim cum in titulo capitis mentionem posuisset Novellæ Imperatorię circa σαυροπήγια; ejus Novellæ sententiam in ipso capite sic refert: προσέταττε γοῦν ὁ Βασιλεὺς ἀλλάττα πλεῖστα διορίζομένη καὶ τάττουσα, ἐξ ὧν· τὰ ὁπανθήποτ' ὄντα Πατριαρχικὰ ὄντα ἐν χώραις ἢ μοναῖς, ὑπὸ ταύτην ἐκποιοῦσθαι ἂν τὴν ἐνορίαν τάξιν. *Prodijt Imperatoria Novella qua cum alia decernebantur quædam: tum illud in primis, ut quæ ubicumque cuiusque modi prædia vel Monasteria Patriarchico iuri reservata censerentur, ea deinceps Episcopis, quorum in proprijs Diœcesibus illa essent sita, subijcerentur.* Ita ille: quibus verbis vides declarari quid in titulo voce σαυροπηγίων intellexerit. Plura de his non dico, quod & Meursius verbo σαυροπήγιον, & post illum Vir pereruditus Iacobus Goar O. P. paginis 612. & 613. sui Euchologij copiosè ac diligenter hoc vocabulum edisserant, planè in sententiam nostri Pachymeris.

ΣΤΥΨΙΣ καὶ ΣΤΥΠΤΗΡΙΑ.

Lib. V. Cap. XXX. Τὰ τῆς κατ' αὐλὼν Φυκαίας ἐρευνὰ μέτωπα χάλκεως ἔχοντα. Et paulò post: ὃν τῶν αὖω μερῶν Δίδι θαλάσσης ἀξένου καπήλῳ συντηρίας μέτωπα. Non dubium quin utroque hoc vocabulo alumen designetur, merx expetita ob usum celebrem in tingendis pannis laneis, ut ait hic noster. ἐκεῖ πολλῇ ἔνι χρωστῇ ταύτῃ τὰ ἐξ ἐρίων ὑφάσματα. Quod distinctius Plinius exequens, docet lib. 35. cap. 15. cum sint aluminis species duæ, candidi, & nigri; inficiendis claro colore lanis candidum liquidumque utilissimum esse; contraque fusco aut obscuro fuco ijsdem imbuendis nigrum accommodatum. Mox ibidem Plinius loca percensens ubi alumen provenit, Pontum memorat, unde hîc noster refert solitos illud per Euxinum exportare Genuenses. Phocææ tamen non meminit, ubi fodinas aluminis ponit Pachymeres; seriùs videlicet detectas, nec Plinij jam tum ætate celebres.

ΣΥΜΒΟΛΑ ΔΕΣΠΟΤΙΚΟΥ ΘΑΝΑΤΟΥ.

Lib. VI. Cap. XXXVI. Εὐθὺς γὰρ τὰ τῆ δεσποτικῆ θανάτῳ σύμβολα ἀπεκπίζονται, ἃ λαβὼν ἱερεὺς σαλιαθεὶς εἰς ἔδη &c. Manifestè in his særa Eucharistia designatur illis verbis: σύμβολα δεσποτικῆ θανάτῳ Dominicæ mortis symbola, quæ statim post ἄγια δώρα nuncupat. cujus appellationis rationem nemo requiret, qui meminerit illud

Apo-

Apostoli 1. ad Corinth. 11. *Quotiescumque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat*, Vnum addo de voce σύμβολον, cum simpliciter dicitur, summam Christianorum Dogmatum indicare apud hunc nostrum quoque, ut cum is mox addit moribundum Imperatorem in procinctu sacri accipiendi Viatici ὃ ἅγιος δεξάμενος Σύμβολον, Symbolum videlicet Apostolicum fidei suæ profitendæ recitasse. Alibi sæpe in hâc Historia Symbolum Nicænum absolutè Symbolum nominat. intelligebatur enim de quo diceret, ex subjecta materiâ cum tractaretur controversia de additione *Filioque* Symbolo Nicæno, vel, si exactiùs loquimur, Constantinopolitano, à Latinis insertâ. Vide quæ annotamus ad cap. xi. libro quinto.

ΣΥΓΧΩΡΕΩ καὶ ΣΥΓΧΩΡΗΣΙΣ.

Lib. V. Cap. XVII. *ἵνα ὁ Βασιλεὺς παρεστηκὼς τῷ θείῳ ναῷ δῶρον ὕστατον ἐπαξιοῖ συγχωρήματος*. Ait oblatum ab Imperatore sacro Templo pretiosissimum Altaris Velum cum absolveretur ab excommunicatione, dignum se ac tali gratulatione donum. ut hîc, sic & alibi verbú συγχωρῶν in istâ notione sumitur. uti & συγχώρησις pro ipsâ absolutione hoc ipso capite: *αὐτὸς ὡς λέπρας ἐκείνῳ* (Iosephi Patriarchæ novi qui eum ab excommunicatione solverat) *ἀλλ' οὐ πολὺ ἀπ' ἐκείνου συγχώρησιν*: propter absolutionem, quam cum frustrà ab Arsenio petijsset, à Germano accipiendam non putasset, denique à Iosepho tertio ab Arsenio Patriarchâ impetraverat.

ΣΥΝΑΠΤΗ.

Lib. III. Cap. II. *ἐν ταῖς Συναπταῖς μνημονεύεσθαι*. Synaptæ nomen Latinè retinui, quia non reperio unum aliud in nostrâ linguâ verbum, quo tes voci Συναπτὴ subjecta satis exprimatur. Multa de eâ utiliter docet Meursius. Videtur aliquid simile illi parti Litaniarum nostrarum, quâ Deo continuâ serie multa commendantur: Ecclesia, Pontifex &c. adjunctâ cuique acclamatione populi; *Te rogamus audi nos*. pro quo Græcis est: τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. *Dominum rogemus*.

ΣΥΝΩΝ.

Lib. VI. Cap. XIV. Pachomius Literator dicitur: Τῷ Σπαταροπούλῳ Μιχαὴλ συνών. Hîc τῷ Συνῆναι verbo non quælibet indicatur præsentia; sed intimus convictus domesticumque in re literariâ ministerium. quale divites olim exigebant ab ijs quos apud se habebant, ut eorum eruditione, cum esset opus, aut vacaret, juvarentur. Hi haud serè aliter quàm Σύνοικοι vocabantur, ut intelligitur ex longo & pereleganti Luciani de his libro, cujus ipse titulus (inscribitur enim περὶ τοῦ δεῖν μισθῷ Συνόντων) hanc quam asserimus hujus vocabuli notionem demonstrat.

ΣΥΡΙΩΑΝΝΗΣ.

Lib. IV. Cap. XXXI. Ἐκεῖσε τοίνυν ὁ μέγαν Κύριον καταλαμβάνει ἀμανυμοῦντά ὁ συριωάννης· διὸ καὶ γλῶσσαν εἶπε. Agit de Ioanne Duce profecto Thebas, & illic reperiente Magnum Dominum, quem linguâ popularium ibi Syrioannem vocitatum ait. & tamen cognominem ipsi fuisse Ioanni Duci. unde intelligitur additionem illam primæ syllabæ ad nomen istud non pertinere; sed adjunctam ei consuetudine illarum Gentium originis Francicæ, vel ex longâ cum Francis consuetudine, nomen *Syre*, quod ex Græco Κύριος factum putatur, suo Principi accommodantium. Suspicor idem nomen, licet paulùm diversè scriptum, fuisse Συρμαίνης, quod cuidam nobili Comano in Baptismo inditum refert Cantacuzenus lib. 1. cap. 11.

ΣΥΑΙ-

ΣΦΑΙΡΟΣ ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΙΟΣ.

Lib. III. Cap. XIV. Ὡς εἰκὸς πεφοιτήκει πλέον, καθυφίειν συγχεχύσθαι ἅπαντα, καὶ ἐμπεδόκλειον σφαῖρον. Primo mihi loci hujus occurſu venit in mentem laudari hîc ſententiam Philoſophi veteris è Diſcipulis aut Sectarijs Empedoclis, cui nomen Sphæro eſſet. quidni enim talis appellationis quiſpiam dediſſe operam Empedocli potuiſſet, cum Sphærus alius è Cleanthis Scholâ, notus Autor multorum operum, Diogeni Laertio memoratus ſit? Animadverti poſtea obortam opinionem eandem Hieronymo Vvolfio hunc locum in ſua Excerpta conferenti. Sed conſideranti rem attentiùs brevi patuit: σφαῖρον hîc pro σφαῖρα poſitum, planè ſignificare follem orbicularem, quales videmus pilas majores ſpiritu confertas, quas Itali *palloni*, Galli *balons* nominant. Excipiat aliquis contra: non reperiri nomen iſtud hâc formâ: ſed fœmininæ ubique terminationis & generis apud Scriptores Claſſicos legi. Concedo. quid tum poſtea? An eſt adeò alienum à Pachymeris more quiddam in talibus κομψεύεσθαι? Præterea ſuſpicari licet viſum ipſi aliquem librum idonei Autoris ex ijs multis, qui ad nos non pervenerunt, ubi σφαῖρος pro σφαῖρα poneretur. ſed verbi controverſiam profligaverimus, re ſemel ipsâ conſtitutâ. Demonſtrato, inquam, loci quem tractamus ſententiam exigere, ut σφαῖρος follem rotundæ formæ ſignificet; ſimul evicerimus iſtam hujus vocabuli hoc loco notionem eſſe minimè dubiam. Ergò ad id nos accingamus. Ait hîc Pachymeres Patriarcham Arſenium, poſtquam Michaëli Palæologo Imperatori, ob excæcatum Pupillum & Collegam ſuum in Imperio Ioannem Puerum, ſacris interdixerat, diſſimulaſſe tamen dum quædam fieri videret minimè cohærentia cum anathemate ritè intorto. Nam cum eum qui tali, ut paulò ante loquitur, *gladio Spiritus* à cõmunione Fidelium plane abſciſſus fuiſſet, nefas eſſet, juxta ſacros Canones, admittere ad ullam participationem Sacrorum: tamen ex eo tempore non deſtiterunt Conſtantinopolitani Sacerdotes & Clerici nominatim memorare in ſacro Choro, atque inter ipſa Liturgiæ myſteria Imperatorem licet excommunicatum: connivente ad hoc coram ſe uſurpatum, Patriarchâ metu majoris mali. Verebatur enim ne ſi & hoc vetuiſſet, excuſsâ quâ utcunque continebatur Imperator, verecundiâ quadam ſacræ poteſtatis, omnia in extremam perturbationem impelleret. Eveniretque tale aliquid quale in Vlyſſis nave, dormiente ipſo, feliciter ad Portum aſpirante, temerariâ cupiditate Comitum ejus accidit: qui:

Ἀσκὸν μὲν λύσαν, αὖεμοι δ' ὅλ πάντες ἔφυσαν·
Τὼς δ' αἶψ' ἁρπάσασα φέρε πόντονδε θύελλα
Κλαίοντας γαίης ἀπὸ πατρίδος.

Vt ipſe Vlyſſes lugens Alcinoo narrat Odyſſ. κ. ſub. init.

Vtrem quidem ſolverunt: venti autem omnes erupere:
Ipſos verò ſubitò rapiens tulit in Pontum procella
Flentes à terra patria.

Ejuſmodi quempiam *fœtum tempeſtatibus utrem*, ut alicubî loquitur Horatius, hîc σφαῖρος vocabulo deſignavit Pachymeres; ejus figurâ Imperatoris irritabilem animum adumbrans, quem jam æſtuantem irâ gravi ob anathema inflictum, ſi rursùs Patriarcha laceſſeret, periculum erat ne is totas habenas furori laxaret. Audio: diceet fortè quidam eruditus Lector: ſed tunc oportuerat hunc σφαῖρον ὀδύσσειον non ἐμπεδόκλειον dictum à Pachymere. Nam quid utribus Aeolijs cum Empedocle? Ad hęc occurſurus rogo æquum arbitrũ rerum informare ſecũ ne gravetur ideam ingenij Pachymeris ſupra modum antiquar ij; & eruditionis abſtruſæ, quod multis ex locis patet, oſtentatoris penè putidi. Ergò is non ſatis habens indicaſſe, notam ſibi ventorum in utres coactorum ab Aeolo, & Vlyſſi traditorum fabulam; etiam innuere curavit, haud ſe ignorare; quod nam eſſet ejus fundamentum fabulæ. Non

enim de nihilo illa Homerus finxit: sed alluſit in eo ad magicam vim utrium quorumdam, quibus ad ventos ſopiendos Præſtigiatores jam olim uterentur. è quorum poſtea numero fuit Empedocles. Hic enim inter alia magicæ artis experimenta, qualium edendorum modum ac viam ſe traditurum jactabat, ſedandorum & excitandorum ventorum arbitrariam poteſtatem numerat, ſic in quodam Poëmate Diſcipulum alloquens:

Γαίοις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵτ' ἐπὶ γαῖαν
Ὀρνύμενοι ποιῇσι κατηφίσιον ἀῢτμήν.
Καὶ πάλιν αὖ κ' ἐθέλῃσθα, παλίντιτα πνεύματ' ἀπάξεις &c.
Sedabis indefeſſorum ventorum furorem, qui ſupra terram
Ruentes flatibus devaſtant ſata.
Et rurſus, ſi libuerit, revocata reduces eorum flabra.

Quomodo autem hæc præſtaret, tradit Timæus Hiſt. lib. 18. ſic recitatus à Diogene: Ἐποίει ποτὲ σφοδρὸς πνεύσαντας, ὡς ἔδει καρπούς, λυμῆναι κελεύσας (Ἐμπεδοκλῆς) ὄνους ἐκδαρῆναι, καὶ ἀσκοὺς ποιῆσαι, τοὺς δὲ λόφους καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε τοὺς δ' αὐλῶνας τὸ πνεῦμα. *Etesiis aliquando vehementer flantibus, ſic ut fructus corrumperentur, juſſis excoriari Aſinis, utres ex eorum pellibus factos expandit hiantes auram verſus in jugis collium & montium, quaſi ad ſpiritum comprehendendum.* Innuit autem Hiſtoricus hinc conſecutam tranquillitatem, velut ventis in carcerem compactis. quod populus admiratus Empedocli Κωλυανέμου *ventorum inhibitoris* cognomen indiderit. Euſtathius quoque Παρεμβολῆς ad Odyſſ. κ. meminit Empedoclis tanquam arte præditi ventorum compingendorum in utres eorum ſimiles quos Aeolus Vlyſſi donavit, ejus hæc verba ſunt: Ἀνεμοκῆται δ' οἱ Κορίνθιοι ἀνέμους κοιμίζοντες. οἷς ὑπερδεξιὸς λέγεται ἀκοῦσαι καὶ ἐμπεδοκλῆς· ὃ καὶ εἰς ἀυτὸν πίπτειν ἐοίκασι. *Anemocetæ ſectæ hominum nomen eſt Corinthi ventos ſopientium: qua valuiſſe in primis perita dicitur Empedocles, cujus in hoc genere Ars ab Hiſtoricis celebrata eſt.* Ita ille, locos alludens non ſolum modò memoratos Timæi & Laërtij, ſed aliorum etiam Hiſtoricorum puta Porphyrij; cujus in vita Pythagoræ, Editionis Holſtenianæ, Typis Vaticanis, hæc leguntur pag. 19: Ὧν μεταλαβόντας Ἐμπεδοκλέα τε καὶ Ἐπιμενίδην καὶ Ἄβαριν πολλαχοῦ ὠφεληκέναι τοιαῦτα· δῆλα δ' ἀυτοῖς τὰ παύματα γεγράφθαι. ἄλλως τε καὶ ἀλεξάνεμον μὴν ἐκαλεῖτο Ἐμπεδοκλέης: quæ poſtrema verba eruditiſſimus Holſtenius ſic vertit: *Quin & Empedocli cognomen erat Alexanemi ſive Averrunci ventorum.* Hanc ex veterum lectione de Empedocle famam obverſantem animo Pachymeres habens, dum periculum exitioſiſſimæ procellæ prudenti conniventiâ vitatum ab Arſenio Patriarchâ, utrium Aeoli Vlyſſi traditarum, & ab ejus Comitibus, ingenti pernicie ipſorum, temerè contrectatarum, exemplo illuſtraret, non ſe tenuit quin fabulam cum Hiſtoriâ commiſtam oggereret Lectori; Homericos ventorum folles, cum aſininis à Timæo memoratis Empedoclis utribus unâ mentione conjungens σφαῖραν Ἐμπεδοκλέους. ſic quidem conjectabar. rectè an ſecùs: æqui Lectoris eſto judicium.

ΣΦΕΝΔΟΝΗ.

Lib. VI. Cap. XX. Καὶ τῷ θαλαμιαίῳ τῆς μεγάλης σφενδόνης. Meminit hujus Officij Codinus cap. 4. ubi tradit τὰ τῆ θαλαμιαίᾳ σφενδόνης φορέματα. quibus is veſtibus & inſignibus poteſtatis uteretur. Gretſerus noſter ibi vertit: *Præfecti Sigilli ſeu Annuli ſignatorij geſtamina.* melius quam Iunius, qui θαλαμιαῖος σφενδόνης *Accubitorem fundæ* interpretatur: aut etiam quam Interpres Iuris Græco-Romani, cui θαλαμιαῖος τῆς μεγάλης σφενδόνης *Accubitor magnæ palæ* dicitur. σφενδόνη propriè *funda* ſaxis jaculandis, uſitatiſsimâ translatione à formæ quadam ſimilitudine ductâ, palam Annuli ſignificat, ut notiſsimum eſt; nec minùs perſpectum obſignari literas olim ſolitas Annuli palâ, certis inſculptâ characteribus aut formis. ceræ chartis appoſitæ impreſsâ. Hinc σφενδόνη *palæ Annuli*, Sigillum dicitur: quod

cum

cum duplex aut multiplex Imperantibus esset, maximi omnium custos ὁ δεκομιζόμενος μεγάλης σφενδόνης hoc loco appellatur. quare autem ὁ δεκομιζόμενος? opinor quia ex ijs erat, qui ex officio assiduè apparere circum Imperatorem, aut in proximo ad subitas evocationes semper esse debebant, cubiculum Principis diù ferè, noctuque frequentantes. Vide quæ diximus verbo ὁ δεκομιζόμενος.

Σ Χ Ο Λ Η.

Lib. I. Cap. XVII. in Cõcione Palæologi: Σχολὴν γὰρ ἄλλον ἄλλοι. Et Lib. V. Cap. VI. Σχολὴν γοῦν δοκῶ ἄλλην ἢ ἀλλοτρίων. Peculiarem, ni fallor, vim habet vox σχολὴ hoc loco, emphasim ferens cujusdam interrogationis ironiâ submistæ. Agitur de Serbis populis, quos propria Civium & popularium suorum rapere solitos, verisimile non esset ab externis per eorum fines peregrinantibus temperaturos. hac fermè sententiâ: qui suos diripere non dubitant ab alienis scilicet abstinebunt? Iterùm in simili notione usurpatum hoc vocabulum habetur lib. v. cap. xii. in his verbis: Εἰ δὲ διδοῖμεν καὶ ἔκκλητον, σχολὴ τινα τοῦτο τὸν τηνικαῦτα θαλαττεύειν πρὸς δικαίαν ἀμφισβητῆσαι! *Si verò & ius provocationis concesserimus, periculum fuerit scilicet, ne quis tam vasto mari ius suum persecuturus Romam se conferat?* Aliũ habeo hujus idiotismi testem Symeonem Seth in græcâ ex arabico interpretatione libri quem ipse ἰχνηλάτην vocat. hunc nos latinè redditum ad calcem harum Observationum Mantissæ loco damus. Ejus in secundâ Dissertatione sic græcè legitur: Εἰ γὰρ μὴ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογήσοιτό τις, σχολὴν γ' ἂν ἑτέρου ὑπεραγωνίζοιτο; *Qui enim ne se quidem ipsum in periculo defenderit, ab eo scilicet expectetur, ut fortiter pro alterius capite decertet?* In septimâ quoque sic Regina maritum alloquitur, conquerens non communicari sibi ab eo scitu necessarium arcanum. εἰ γὰρ ἐμοῦ γ' ἂν ἀπεκρύβης, σχολὴν γ' ἂν ἑτέρῳ πιστόν. *Si enim de hoc me colas tuam Coniugem, alijs id scilicet fateberis?* Ita etiam loquitur Georgius Acropolita in Proœmio Historiæ pag. 2. Edit. Reg.

Σ Ω Λ Ε Α Σ.

Lib. III. Cap. II: Μετεσώμει τὸ ζῶμα καὶ ἄμβωνα καὶ σωλέας. Quid sit σωλέας magna & perplexa quæstio est. Legi accuratè, diù meditatus sum, quæ de hoc argumento Viri doctissimi Ioannes Meursius, Leo Allatius, Iacobus Goar Ord. Præd. Iacobus Gretserus & Ludovicus Cellotius Societatis nostræ scripsere. In rei deinde inquisitionem ipsius attentione longâ & acri incubui. Exponam hîc si potero breviter & clarè quid disseusis cunctis verisimillimũ compererim, luce præsertim mihi affusâ ex eruditissimâ Diatribâ Illustris. Leonis Allatij ad Fabium Chisium, hodiè Alexand. VII. de hoc propriè argumẽto novissimè & accuratissimè scriptâ. Incipio à cõsideratione nominis. σωλέας, sive ut Symeon Thessalonicẽsis Dialogo de Sacramẽtis emendatiùs scribit, σωλέας, vel etiã ut apud Euchologium, in Ordinatione Diaconi legitur, σωλέα, non est vocabulũ Græcæ originis, ut omnes facilè consentiunt. nec ferè vidi qui dubitent quin Latinum sit, in hellenismum, ut alia plurima, usu intrusum: Si ergò disquisierimus, quid Latinis valeat *Solea*, fortè non fuerit id inutile ad judicium statuendum de re ipsâ, voce hâc indicatâ, quænam tandem sit. Sextus Pompeius Festus optimus enarrator antiquarum notionum verbis Latinis subjectarum, non suâ solius, sed Marci præterea Verrij Flacci, antiquioris nec minùs accurati Grammatici, autoritate significatum vocabuli *Solea* nobis edisserit his verbis: *Solea, ut ait Verrius, non est solum ea quæ solo pedis subijcitur, sed etiam pro materia robustea* (vel ut habet alia lectio) *robusta, super quam paries crassitius extruitur*. Paulus hunc locum exscribens particulam *pro* negligit. Sic enim habet: *Solea vel ea dicitur quæ solo pedis subijcitur.... vel materia robustea super quam paries crassitus extruitur*. In margine Editionum optimarum, Venetæ anni 1560. ex Bibliothecâ Antonij Augustini, & Parisiensis Scaligerianæ anni 1584. ἀντὶ τοῦ *pro* suggeritur alia lectio *per* ea

qua conjectura fortè non vana ducatur, ſcriptum olim in Archetypo fuiſſe: *Pes à materia robuſtea &c.* nam pes dicitur quod aliud ſuſtinet, ut *pes menſæ*, Plinio lib. 12. cap. 1. *Eodem ebore numinum ora ſpectarentur & menſarum pedes.* quo ſenſu ſtereobaton pes eſt ſtylobati. Vitruvius lib. 3. cap. 3. *Supra terram parietes extruantur ſub columnis dimidio craſſiores quàm columnæ ſunt futuræ, uti firmiora ſint inferiora ſuperioribus, quæ ſtereobata appellantur, nam excipiunt onera.* paulò poſt: *extructis autem fundamentis ad libramentum ſtylobatæ ſunt collocandæ: ſupra ſtylobatas columnæ diſponendæ &c.* Materiæ porrò mentione robuſteæ, non propriè intelligendum hic querceum lignum: ſed metonymicè corpus quodvis duritiei quantæ opus eſt moli graviſſimæ portandæ. alluditur enim in ſimilibus origo architecturæ, quæ primùm ævo rudiori, lignis ædificabat; ex quibus querceum fundando aptum judicabatur; ob dotes quas memorat Vitruvius lib. 2. cap. 9. his verbis: *Quercus terrenis principiorum ſatietatibus abundans, parumque habens humoris & aeris & ignis, cum in terrenis operibus obruitur, infinitam habet æternitatem, ex eo quod cum tangitur humore, non habens foraminum raritates propter ſpiſſitatem, non poteſt in corpore recipere liquorem, ſed fugiens ab humore reſiſtit.* Retinebantur autem, etiam poſt ſubſtitutos in ſtructuris ligno lapides, vocabula priora. ut Paulus ex Feſto, verbo *Rubum* tradit: Robum dictum in carcere locum quo præcipitatur maleficorum genus (puta faſtigium propugnaculi in præceps imminens, unde maleficij convicti deijciebantur, ut Manlius ex rupe Tarpeiâ) cauſam appellationis ſtatim tradit: *quòd ante arces robuſteis includebantur.* hoc eſt: quoniam apud veteres mos erat Arcium clauſtra ad ſummum uſque mœnium lignis roboreis extruere, inde poſtea quoque quam è faxis tolli propugnacula conſuevere, manſit priſcum vocabulum materiæ. ut *robus* etiam tum faſtigia aggerum ac pinnæ murorum dicerentur, quamquam ipſum roboris aut robuſtei nomen materiæ querceæ proprium non eſt, ſed coloris: unde bos *robus* ſive *rubus* Priſcis erat. Paulus ex Feſto: *Robum rubro colore, & quæ rufo ſignificari, ut bovem quoque Ruſtici appellent, manifeſtum eſt. Vnde & materia quæ plurimas habet venas eius coloris, dicta eſt* robur. *hinc & homines valentes & boni coloris*, robuſti. Hæc Feſtus, quæ demonſtrant nihil referre ad rem ipſam quæ *Solea* in ædificijs vocatur, lignea ne ſit, an ſaxea, marmorea, vel ærea ſtructura. Hactenus informatam ex originibus latini ſermonis ideam rei quæ *Solea* dicitur, conferamus ad uſum diſquiſitionis præſentis: & indagemus in Templis Græcorum ecquid fuerit, quod in hanc formam incideret; unde ſtatuere poſſimus ipſum Id ὑποχείμια fuiſſe, quod vocabulo, ὑωλέας, indicatur & à noſtro hîc Pachymere, & à Græcis recentioribus paſſim plurimis. Adyta in Chriſtianis apud Græcos Templis inde uſque ab originibus religionis ſepta repagulis fuere, quæ & greſſus ab ijs profanorum, & oculos arcerent. Ac principijs quidem exiguo defungebantur: neceſſarium ſecretum majeſtati Sacrorum contenti quomodocumque obduxiſſe. Aræ gradibus infernè ſupra ſolum obtendebantur è materia cancelli: hi greſſus excludebant non initiatorũ à ſacro Septo: ſuper hos vela tendebantur; hæc conſpectum myſteriorum concioni adimebant. Euſebius lib. 10. cap. 4. de Conſtantino Templa Chriſtiana Græcis exſtruente ſcribit: Τὸ θυσιαστήριον ὡς ἂν ἐν τοῖς πολλοῖς ἄδυτον, τοῖς δοκοῖς ξύλων περιφραγὲν δικτύοις. *Altare, ut eſſet inacceſſum populo, ligneis ſepſit clathris.* Sic ille de cancellis memoratis, quos alij κιγκλίδας vocant, ut Symeon Theſſalonicenſis. Gregorius verò Nazianzenus ſingulari numero totum cancellorum ſeptum κιγκλίδα vocavit illo verſu

Κιγκλὶς διείργουσ' ἱερὸν βάθος ἀλλ' ὀφρύας.

Quia enim intra ſeptum locus erat Sacerdotibus, pleriſque tunc ejuſmodi; ut faſtu ſolùm ac ſuperbia non exercitatione virtutum ſupra vulgus eminerent, elegantèr ait cancellos qui dirimebant Sacerdotes à populo, non vitas ſed ſupercilia diſcreviſſe. ſimiliter loquitur Conſtantinus Porphyrogenitus infra referendus. Erant hi cancelli pervij portulis per quas aditus exituſque Presbyteris patebat. Hæ καγκελοθυρίδες

Codi-

Codinó dictæ. Sed tam hæ quam intercolumnia, aut ſpatia oculis pervia cancellorum, velis oppanſis protegebantur à populi aſpectu. βηλόθυρα his nomen, quo non tantum Codinus eſt uſus, ſed etiam Anaſtaſius Bibliothecarius in Stephano, his verbis: *Fecit & in eadem Baſilica egregij Doctoris Gentium Velothyra quatuor, ex quibus unum auro textum.* Paulò poſt Velothyrorum uſum qualem dicimus, diſtinctiùs indicans, ait: data à Pontifice eodem *Velothyra ſerica tria in circuitu Altaris.* hoc eſt, ut apparet, intendenda tegendo ab oculis populi Presbyterio, quod & in Latino ritu erat circum Altare. Illuſtrat hæc omnia S. Germani locus in Myſtagogiâ, quem ideo deſcribam. Κίονα ὅπου τὰ ξύθρα ἀφορίζοντα τὸ θῦμα ἀπὸ λοιποῦ ναοῦ, ἐκ κάγκλης εἰσι τῆς ἀφορισθείσης τόπου δηλοῦντα, ἐν οἷς σημαίνει τὸν μὲν ἔξωθεν τῷ λαῷ ἔσωθεν· τὸν δὲ ἔσωθεν τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις ὑπαλλάσσειν, καὶ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν ἔξεστιν βαδίζειν. *Columellæ ſive thoraces ſeparantes Altare à reliquo Templo, & cancelli locum orationis manifeſtant & ſignant quouſque exterius ingredi populus poſſit: ac quod interius eſt, Sancta Sanctorum eſſe, locum ſolis pervium Sacerdotibus.* In his verbis notari velim voces illas κίονα καὶ ξύθρα, quibus deſignantur altè extantia tigna τῆς δικτυώτου ἢ δικτύου *Cancellati Septi reticulato opere hiantis*: rimis tamen aut intervallis velorum oppāſu tectis, ut diximus. Atque hæc priùs fuere. Poſtea invenit Imperatorum magnificentia rationem iſta ornandi, & ſalvo uſu religionis, ac neceſſitate ritûs, in auguſtiorem conformandi ſpeciem. Pro cancellato è materiâ Septo pretioſiorem è marmore aut ære; argento quin etiam & auro, illuminantibus opus gemmis quoque inſertis, ſcenam obtenderunt ſacro Altari, omni architectonicâ elegantiâ viſendam; columnis, ſignis; vaſis, floribus, figuris viſu pulcherrimis. Conſtantinus Porphyrogenitus de vitâ, & rebus geſtis Baſilij Auguſti, poſtquam retuliſſet eum munificentiâ planè regiâ Templi, quod extruxit parietes dextra lævaque tectorio ex argento aureis interſtincto floribus & gemmis, obduxiſſe. Οἱ δὲ ἐκ δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν τοῖχοι, ἀργύρῳ ἄφθονῳ καὶ αὐτοῖ ὑπερείδμῳ ἔχοντα διλωσιμῷ χρυσῷ, καὶ πηλοῖς πεποικιλμένοις λίθοις καὶ μαργάροις λαμπουσῶσιν. Statim addit de ſacro Septo, ſive Solea: Ἡ δὲ διαίρεσις τὰ ἅδυτα τῆς θείας οἴκου ταύτης κιγκλὶς, ἡφύλακας, ὅσον ἐβῆμον ἐν αὐτῇ ἐδιαφαίνει ἕως τῶν σόλων μὲν καὶ τὰ κάτωθεν ἐξ ὀρύγου δόλου τὴν σύστασιν ἔχοντα, ἡ δὲ τοῖς κεφαλὴν τούτων ὑπερειμένη δοκὸς ὅλη καθαροῦ χρυσοῦ πᾶσα ζωώτησε, καὶ πλούτου πάντα καὶ ἐξ ἰνδῶν ἐδιεκχυμένου πάντοθεν ἔχουσα, ἐν ᾗ καὶ πολλαὶ μέρη καὶ ἡ θεανδρικὴ τοῦ Κυρίου μορφὴ μετὰ χυμευτοῦ ἐκτύπου). *Quis verò adyta hujuſce Divini Templi ſeparant Cancelli, Deus bone! quantas in ſe divitias continent? quorū colūna parteſque imæ omnes ex argento conſtitutæ ſunt, & capitellis earum ſuperincumbens trabs tota ex puro auro conſtat univerſas Indorum divitias omni ex parte circumfuſas habens. in qua multis locis & Theandrica Domini forma opere Chymico expreſſa eſt.* Hæc Conſtantinus: qui & ali bi ſimilia de magnificentiſſimâ decoratione Templi alterius per eundem Baſilium Auguſtum factâ referens, poſtquam dixit & Templi parietes, & ipſa præſertim interiora adytorum argento, auro, gemmis & unionibus ſplendidiſſimè ineruſtata; propriè addit de exteriori ſacie Septi Altare abſcondentis: Καὶ ὁ μὲν τοῦ ὅλου διέργασμα τὰ ξυπαρίκια κιγκλίδες, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς θέσεσθαι, καὶ τὰ αὐθεν ἐξ ὑπερῴοις χρυσοπάζοντα, ὅτε σοῦς φαίνει, καὶ αἱ τοῦ τούτων ἐπιστύλιδες, καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι, ἐξ ὀρύγου πάντα θεσεκχυμένου ἔχουσι καὶ χρυσόν. *Et qui ab exteriori Templi parte Sanctuarium ſecludunt cancelli, & in ipſis columnæ, & quæ ſuper eas ſunt hyperthyra, & intus ſelle, ipſaque ſacra Menſa, omnia ex argento circumfuſum habent aurum.* Ita ille quibus ſimilia Codinus de Templo S. Sophiæ memorat. Res porrò ipſa loquitur, & architecturæ ratio exigit, iſti moli columnarum & cæteri ornatûs ſubſterni baſim debuiſſe è ſolo extantem: quam & Conſtantinus indicavit illis prioris teſtimonij verbis ὁ σόλοι μὲν καὶ τὰ κάτωθεν, *Columnæ parteſque imæ omnes*, quibus exprimit eam ſubſtructionem iſti ſcenæ ſuſtinendæ quam ex Vitruvio ſuperius vocavimus ſtereobata ſuper quæ ſtylobata ponuntur columnarum ſedes proxima. Hoc autem veteri latino verbo proprijſsimè *Solea* eſt.

Id

Id quod ipsi Græci intellexerunt, superpositos isti quasi crepidini ornatus σωλῆς appellantes, vocabulo à Solea cui innituntur ducto. Theodori Studitæ verba hæc recitat Georgius Hamartolus in Leone Armeno: Οἵ τε θεῖοι κίονες καὶ οἱ σωλῆς καλοῦμενοι, ἃ δὴ σεβάσματα, τῇ ἱερᾷ, διαπαντὸς ὑπαστηρίζουσι. *Necnon sacræ columnæ, & qui Solij vocantur: quæ venerandum, à Templo, intersepiunt Altare.* Parem κομψολογίαν videtur Cedrenus affectasse dum σὺν σωλῆς verbo plurali vocat multa illa & varia vestibulum, & quasi proscenium Aræ sacræ componentia ornamenta. Verba ejus hæc sunt: Ἡ τρύλλα τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας φθονικὴ δαὶ ἔπεσε τὸν τε ἄμβωνα καὶ σὺν σωλῆς ἐξ ὀνυχίτου λίθου ὄντας, συνέτριψε καὶ εἰς χοῦν ἀπεύλισεν. *Trulla Sancta Dei magnæ Ecclesiæ, camerata in fornicem concidit, & ambonem ac Soleas, qui erant ex onychite lapide contrivit & in pulverem comminuit.* Hæc Cedrenus. Tam erat opinor in eâ Ecclesia unus σωλῆς, quam unus ἄμβων. cur igitur Historicus ἄμβωνα in singulari, σωλῆας in plurali meminit? quid verisimilius dicamus, quam idcircò id factum, quia σωλῆας à σωλῆς aut σωλῆος (nam fortè σωλῆς scripserit) studuit distinguere, verisimilitudini etiam narrationis consulens, nam contritum illa ruinâ in minutum usque pulverem Soleam hoc est stereobata solidè structâ ex materiâ prædura marmorum aut etiam metalli, credibile minus erat. de columnis, sigillis, lilijs, pomis, & alijs figuris ex onychite gemma supra Soleam erectis, quæ cuncta σωλῆας vocabulo intelligit, res erat à fide non abhorrens: quod ista & subtilioris formæ, & mollioris materiæ, insuper etiam primos impetus ruentium ex fornice lapidum excepissent. Non inficias iverim tamen alios passim Autores, uti & nostrum hîc Pachymerem, dum *Soleam* simpliciter nominant, æquè stereobata cum superpositis stylobatis, basibus, columnis, capitellis, trabe; cymatio, epistylijs, sigillis, vasis, ac reliquo ex arte coronamento, unâ verbi notione comprehendere. Quin etiam pro certo habeo; idque magnoperè animadvertendum puto; non solam hanc substructionem cum suis ornamentis, ὃ βῆμα δηλῶ τοῦ ναοῦ, Altare ac Presbyterium à Templo reliquo dirimentem, nuncupatam fuisse *Soleam*; sed id nomen præterea extensum ad significandum aliquantum spatii soli ac pavimenti Ecclesiæ inter Soleam & locum ubi stabat populus interjacens. Quemadmodum enim βῆμα, quod propriè gradum sonat, & Altare, gradibus videlicet sublatum synecdochicè indicat, significabat præterea spatium soli satis latum, quod ab infimo Altaris gradu, usque ad cancellos aut soleam patebat; intra quod spatium statio Antistitum & Sacerdotum erat, id quod extra omne dubiũ est, ex sexcentis passim obvijs Scriptorum optimorum locis manifestum: Ita dicendum quoque necessariò est Soleæ appellationem propagatam ad designandum similiter spatium aliquod Soli, quod statim à Soleâ versus populi ac concionis locum tendebatur, quo in spatio Subdiaconi, Lectores alijque inferiores Ecclesiæ Ministri stabant, quibus jus non esset intra sacra Septa, in ipso hemate, aut Presbyterio, stare. Docet hos nos clarè Symeon Thessalonicensis lib. de Sacr. his verbis: Ὑποδιάκονοι καὶ ἀναγνῶσται καθῆς χρὴ ἑστῶσι τοῦ βήματος ἐκτὸς ἐπὶ τῶ σωλέα· ὃς δὴ καὶ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. *Subdiaconos & Lectores, sedere oportet extra Bema, circa Soleam; qui & Bema Lectorum nuncupatur.* Bema hic dici locũ intra sacra Septa ab Altari ad cancellos pertinens nullus dubitat, quale vulgò Presbyterium Latini nuncupamus. Hinc ait Thessalonicensis, exclusos Subdiaconos, Lectoresque legitimam stationem habuisse ἐπὶ σωλέα *circa Soleam*; quem propterea Soleam, nuncupatum ait βῆμα ἀναγνωστῶν, quasi dicas *Altare Lectorum*, idcircò, quod ut βῆμα ἱερέων. nempe sacrum Altare, locus erat intimus ad quem progredi Sacerdotes possent, Sacris in eo peragendis; ita Soleas meta erat ultima ministerij Subdiaconorũ & Lectorum, quos penetrare in sacra Septa nefas erat. Rursus ut spatium circa Aram intra quod usque ad cancellos aut Soleam Sacerdotes consistebant, βήματος appellatione comprehendebatur; sic etiam spatiũ ante Soleam in quo erat Subdiaconorũ & Lectorum statio,

Soleæ

Soleæ quoque vocabulo designabatur, itaut in hisce duobus Soleas fungeretur ipsis vice βήματος, & ideò βῆμα ἀναγνωστῶν *Bema Lectorum* vocaretur. Hæc sententia est verborum Symeonis manifestè docentium: illam intimè admotam Soleæ Templi partem impertiri solitam nuncupatione Soleæ, pet extensionem scilicet popularem, & minùs rigidâ proprietate. Atque hoc valet ad intelligendum id quod alibi scribit idem Thessalonicensis, libro nimirùm contra Hæreses: Γίνεται δὲ εἴσοδος εἰς τὸν σολέαν ἐκ τοῦ βήματος Διακόνου καὶ ἱερέως διχα φώτων. *Fit introitus in Soleam è Bemate Diaconi & Sacerdotis sine luminibus.* Describit sacram quamdam functionem quâ mos erat prodire ex Presbyterio in Templi partem ei prætentam, Sacerdotem cum Diacono. Illam porro Templi partem una *Solea*, sive Cancellis à Presbyterio diremptam, *Soleam* appellat. Pari notione accipienda necessariò vox *Soles* est apud Ioannem Cantacuzenum Historiæ lib. 1. cap. 41. ubi describit ceremoniam Coronationis Andronici Iunioris Augusti in magno Templo S. Sophiæ peractam. Ait enim inter cætera multa, supplicationem circa Templum ductã à Patriarchâ, Clero, Imperatoribus, & omni populo. tum in reditu versus Altare ubi ventum ad Soleam esset, alios quidem omnes foris mansisse, solum Imperatorem, qui coronabatur, ingressum, reperisse Parriarcham stantem super sacris cancellis, hoc est in ipso limine portæ Soleæ, quâ ex Presbyterio in reliquum Templum prodibatur. verba Cantacuzeni hæc sunt: Οἱ δὲ ναὸν τελεσθέντες καὶ ὁ ἐθὺς ἐπειδὴν ἤλιον ἐν τῷ σολέᾳ, ὃ μὲν ἄλλοι πάντες ἔξωθεν ἐκτὸς. αὐτὸς δὲ (Βασιλεὺς) μόνος εἰσερχόμενος τὸν σολέαν, τὸν Πατριάρχην ἔστη τὰς ἱερὰς κιγκλίσιν ἑστῶτα εὑρίσκει. Hæc ille: quæ clarè indicant spatium aliquod Templi sacros cancellos una ex parte cõtingens, Soleam vocatum, in quod unus Imperator introierit, cæteris abstinentibus ingressu. Locum autem fuisse distinctum à Presbyterio manifestè patet ex eo quod progressus per illud spatium Imperator, Patriarcham invenerit ἔστη τὰς ἱερὰς κιγκλίσιν ἑστῶτα, stantem super sacris cancellis, in ipso videlicet sacri Septi, sive Presbyterij aditu. Vides hîc eximiè concessum Imperatori soli locum intra Soleam, hoc est in spatio vicino sacris Septis, Subdiaconis & Lectoribus reservato, unde populus excludebatur. Eò videtur alludere, quod Nicetas Paphlago scribit in vita S. Ignatij, referens præsagum somnium Bardæ Imperatoris quo præmonitus fuerat de vi quæ ipsi deinde per Basilium illata est: visus enim fuerat sibi videre ad se stantem in Templo venientes albatos quosdam. Εἷς ὁ μὲν δεσμεῖ τὸν Βασιλέα ἀναλαβών, καὶ ἕλκει τὸ δεξιὰ καθοπίσω, ἐξωθοῦντο τῆς σολέας. *Quorum unus vinctum Imperatorem arripiens, & ad dextrum latus trahens, extrudebat è Solea.* proprio videlicet Imperatoris intra Templum loco, unde pelli, omen ferebat expulsionis ab Imperio. In Ritualibus Græcorum libris distincta quoque reperitur cujusdam spatij ante sacros cancellos, Solea, vocati mentio. In ordinatione Diaconi hæc leges: Ἐξελθόντες δύο Διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου βήματος, λαμβάνουσι τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι Διάκονον, ἑστῶτα ἐν τῇ σολέᾳ. *Exeuntes duo Diaconi ex sacro Bimate, accipiunt eum, qui ordinandus est Diaconus, stantem in Solea.* In ordinatione verò Sacerdotis: Μετὰ δὲ τὸ πληρωθῆναι τὸν χερουβικὸν ὕμνον, ἵστα] ἐν σολέᾳ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι Πρεσβύτερος. *Postquam completus fuerit Cherubicus hymnus, stat in Solea qui ordinandus est Sacerdos.*

Summa dictorum & sententiæ de Soleâ meæ hæc est: Fuisse Soleam Latino antiquo verbo propriè dictam, substructionem stylobatis, columnis, epistylijs cæteroque architectonices elegantis specioso apparatu coronatam, quæ in Templis Græcorum magnificentiùs ornatis: vice ligneorum cancellorum ac velorum, Aram maximam & Presbyterium ab ingressu inspectuque populi tegebat: Extensam quoque appellationem Soleæ ad spatium quoddam isti substructioni contiguum designandum. Addam hîc humanitatis officio instinctus non intempestivam vindicationem Boni Scriptoris, dum de Soleâ non inscitè nec temerè disputat, ab alio magis erudito quam humano, inconsitiati parùm civiliter: Conjectu-

ram

ram de Solea ſuam verecundè atque obnoxiè proponit Ludovicus Cellotius noſter lib.6. de Hierarchia cap.6. pag.435. in hunc modum ſcribens: *Quid ſi divinet aliquis, in ea planitie Chori ampla & æquabili, eductum aut in medio, aut ad alterum latus, nobilius aliquod ſolum omni elegantia adornatum &c. Sicque Soleam à Solo dictum & pavimento, vel ſi mavis ab expanſa æquabiliter & fusè exporrecta forma; qualis Soleæ eſt.* Hæc Cellotius: quæ confido æquos omnes allenſuros, haud adeò eſſe abſurda, ut à Scriptore Religioſo tam atrociter & invidioſè traducerentur. *Gravius* (inquit) *hallucinatur Cellotius, qui ab expanſa & exporrecta eius forma, qualis eſt Soleæ, ſic dictum putat, quaſi prophanis Soleis, & non ſolutis calceamentis terra ſancta calcanda foret.* Hic verò merus eſt ſuccus loliginis. quid, amabo, Soleæ forma ad ſacri loci contaminationem pertinet? An omnes Soleæ prophanæ? etiam illę quibus Pontifices ſacris operantes ritè utuntur Eccleſiaſticâ benedictione ſacratis? Videat autem qui piaculum putat, ad explicandam figuram loci ſacri, uti ſimilitudine Soleæ, quid eum ſtatuere ſit conſequens, de Innocentio Tertio Pont. Max. qui lib.1. Myſteriorum Miſſæ, cap.35. per calceamentum pedum ſignificari docet, ſacroſanctum Incarnationis Verbi myſterium, per quod ait: *Deum in Iudea notum, & cuius in Iſrael magnum nomen, in Idumæam extendiſſe calceamentum ſuum.* Ar etiam ex modeſtiâ Cellotij cenſor idem, quem honoris cauſa modò non nomino, ex modeſtiâ, inquam; laudabili Cellotij occaſionem arripit ei acerbiſsimè inſultandi, dum ſic ſcribit: *Quid igitur Solea? interrogat ſeipſum* Cellotius: Hæret mihi aqua, *reſpondet: Turbida eſt certè, cœno & ſolo & ſordidis eius Soleis prophanata.* Hęc Catholicus & Religioſus Sacerdos de Catholico & Religioſo Sacerdote ſcribit: quæ ſi adversùs Hæreticum aut Mahumetanum ſcriberentur, vix excuſari ab inhumanitate poſſent. Cæterùm præter votum tam ſtomachoſo cenſori contigit, ut quæ Ieſuitæ libenter infligebat, haud parcens, verbera, in eum quem minimè vellet reſilirent, amiciſſimum ſibi, nobis, & cunctis meritò ſuo caput, Illuſtriſſimum Allatium, qui doctiſſimâ Diſſertatione de Soleâ, ex quâ plurimùm profeciſſe me, inrio ſum profeſſus, ejus originem nominis quærens: *Non malè*, inquit, *etiam à Solea, non ut crepidam ſonat, quamquam ab ea quoque non inconcinnè dici quiſpiam autumaret.* Hæc ille: quibus omnia illa quæ in Cellotium pariter loqui auſum, intorta vidimus fulmina, in ſuum caput attraxiſſe videri poterat, niſi laureum baculum geſtaret, per quem eſt à procellis iſtiuſmodi tutiſſimus.

TANAITHΣ.

Lib. V. Cap XXX. Καὶ μὴν ἐδοκίμαζε ὅ πνεῦμα ὅ τῆ βορέα, χρησιμεύων, πλοῖ ὠκεῖ εὐαμβόλῳ καὶ καρήγα μῆκος ἄγων . . . . . ἀλλ' ὃν ἄρα ταναΐτιον ὀνομάσαί τις τῶν ναυτικῶν. Venti Ταναΐτου dicti meminit Procopius lib.4. ſecundæ Tetradis cap.4. pag.573. Ed. Reg. his verbis: πνεῖν δὲ καλοῦσι ὁ ἐπιχώριοι καὶ τοῦτο ἐκβολὴν ταύτην ὃν λίμνης ἀρξαμένου τῆς μαιώτιδος ἄχρι ἐς τὸν ἀξεῖνον πόντον . . . ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνεμον, ὃς ἐνθένδε πνεῖ ταναΐτιον παρωνομάκασιν. Ex quibus intelligimus hujus venti nomen, non à vero amne Tanai ſumptum, ſed ab alveo quodam, aut prono fluxu paludis Mæotidis in Pontum Euxinum, qui alveus etiam Tanais nominari conſueverit. Ab eo autem ſpirantem ventum, qui, ut ait noſter, inter boreales ſolet eſſe vehementiſſimus, Tanaitem dici.

TAPITEΣ.

Lib.V. Cap. XXX. Καὶ καπέλμων ὠνὶ (Εὐξείνε πελάγους) καὶ μέσου χαλκῶν ὃν συστολομήκης καὶ μὴκ ναυσὶν, αἷς ὀλίγοι ταρίτας λέγουσι, πλείοσι. Hinc habemus naves quaſdam contractæ longitudinis, hoc eſt minùs longas quàm triremes, Taritas à Genuenſibus ijs olim utentibus fuiſſe vocatas. Veriſimile eſt eaſdem has eſſe cum ijs, quas ταρίδας Nicetas appellat; quâ voce δρόμωνας eum ſignificaſſe Meurſius cenſet.

censet : unde fortè vel hic referibendum ταρίδες fuerit, vel apud Nicetam ταρίπης emendandum. Videndum etiam an non hinc emanaverit *Tartanarum*, quæ hodiè appellantur, nomen. Cæterùm si δρόμωνες sint ταρίπης ijs conveniet descriptio dromonum quæ apud Procopium lib. 1. de Bello Vandalico cap. 11. legitur his verbis : πλοῖα μακρὰ ὡς εἰς ναυμαχίαν παρεσκευασμένα, μονήρη μὲν ἅπαντα, καὶ ἐρεσσὰς ὑπερθεν ἔχοντα ὅπως ὁ τῶν ἐρετῶν πρὸς τὴν πολεμίαν ὡς ἥκιστα βάλλοιτο, δρόμωνας καλοῦσι τὰ πλοῖα τοῦτα οἱ νῦν ἄνθρωποι. πλεῖν γὰρ κατὰ τάχος διαφερόντως μάλιστα. *Longæ naves ad maritimum prælium instructæ, sed unico acta remorum ordine, tectis desuper munitæ. quo earum remiges, quam minimè telis hostilibus paterent. Hoc navium genus hodie Dromonas vocant. voce à cursu ducta quòd illæ in primis veloci valent.* Hæc Procopius.

T A T A Σ.

Lib. VI. Cap. XXXII. Καὶ τέταρτον ζυὺ αὐτοῖς ἐν ἐπιτιμίᾳ Ἀνδρόνικον Τάταν μὲν τῆς αὐλῆς ὄντα τὸν τότε, νεοπολίτην δ' ὕστερον ὀνομαζόμενον. Hujus dignitatis cui nomen est *Tatas Aulæ* sæpe meminit Codinus in lib. de Offic. Aul. cap. 2. ubi hoc officiū sextum & trigesimū dignitatis ordine esse ait inter Palatina : cap. 4. ubi ejus habitū explicat : cap. item 5. ubi observat, huic officio nullum incumbere ministerium, ὅθεν ἐν ὑπηρέτημα κέκτηται. nusquam autem tradit rationem nominis, aut quem ad finem instituta hæc Præfectura sit. *Tata* Latinis jam olim puerile nomen est, quo primum ex infantiâ in balbutiem prodeuntes Parvuli ; quos vident Viros, *Tatas* ; quas mulieres, *Mammas* appellant, ut docent Interpretes Martialis ad illum versum Epigrammatis ejus c1. lib. 1.

Mammas atque Tatas habet Afra ; sed ipsa Tatarum
Dici & Mammarum maxima Mamma potest.

Suspicari ex hoc fortè possumus : *Tatam Aulæ*, quem hic Eunuchum videmus ; fuisse præpositum educationi ac curæ liberorum Imperatoris adhuc parvulorum : & & propterea hujus ὑπηρέτημα nullum extitisse erga Imperatorem : ac ne functionem quidem immediatam ullam erga ipsos parvulos. quod munus ejus esset imperare nutricibus & gerulis, qui eis addicti curandis erant. Nec vana forsitan conjectura fuerit hunc Andronicum Eunuchum, quòd Andronico nunc Augusto, ante Patris Imperium nato, educando servilibus ministerijs navasset operam, ab eo jam adulto manumissum, Patroni nomen, more libertorum accepisse ; & ejusdem gratiâ promotum in istam honorificam Præfecturam.

T E Θ E N.

Lib. III. Cap. XXII. Κεφαλαιωμένων γοῦν τῶν πολλῶν ὅτι νομίσματα χρυσίου καὶ ἀργυρίου, διδόντες ὁ τῷ, ἐς ἀνάγκης ἔξιππεσοῦντο. Ait : eum regio illa Maryandenorum & Paphlagoniæ rebus ad victum utilibus abundaret, signatæ monetæ parùm haberet ; quòd vectigalia in nummis exigerentur, coactos earum terrarum incolas fuisse, ad exactè confieiendam Tributi summam, vendere scilicet vili universa quæ collegerant messe ac vindemiâ ; & sic deinde toto anno necessarijs ad victum eguisse ; Videtur ergò hîc ὁ τῷ peculiari notione usurpatum, ad significandum quidquid reponebatur in annonam, & victum familiæ per annum. Quamquam non diffiteor posse referri ad summam impositam per censum, cui semel exsolvendæ universa annona alieno tempore vili distracta, profligandæ erat colonis miseris, in reliquum annum victu carituris. cui notioni magis accedit, quod legitur lib. 1. cap. 5. ὁ λοιπὸν τῷ πένητι πόνος.

T H A X I N.

Lib. IV. Cap. I. Οὐδὲν ἀλλ' ἢ ξυτρώτου αἷμα κενὸν ἀλεθρίου, καὶ πλαδαροῦ θύρσου ἐπανθήσας. Eustathius in Iliad. v. pag. 941. Edit. Rom. πλαδαρὸς, ait, πλαδάρωσι καὶ μὴ

μῦθοι δαίμονας ἴουγγας κακοποιοὺς &c. *Telchinas fingunt Fabulæ dæmonas quosdam maleficos.* Similia & idem alibi. Hesychius: Τελχῖνες. βάσκανοι, γόητες, φθονεροί. Etymologicus: λέγονται ὁ τελχῖνες ὡς φθονεροί, καὶ πονηροὶ καὶ βάσκανοι δαίμονες. *Dicuntur autem Telchines invidi, mali, & immanes dæmones.* His autoritatibus fretus, *malum & invidum dæmonem* interpretatus sum hoc loco τελχῖνα.

ΤΟΜΟΣ καὶ ΤΟΜΟΓΡΑΦΕΙΝ.

Lib. IV. Cap. XIII. Ἐν τῇ τῶν ἁγίων Πάσχατος ἑορτῇ, ὑπὸ τόμῳ κοινῷ γενομένη Πατριαρχικῆς ἐπικρίσεως. Agit de Germano, quem sub finem præcedentis capitis dixerat electum fuisse in Patriarcham concordibus plerorumque Antistitum suffragijs, quibus & Imperatoris calculus accessit, comprobantis judicium Synodi. Τότε δὴ λοιπὸν ἠξιοῦτο τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως προεδρεύειν ἀποδέξασθαι, ζωὴ εἶς καὶ ὁ Βασιλεὺς τοῦ ψήφου ἀποδεξάμενος. Tunc videtur electionis Germani decretum ritè perlatum, quod τόμος hîc dicitur usitatissimâ ejus vocis notione in scriptis Græcorum citimæ vetustatis, præsertim de rebus Ecclesiasticis agentium. Cæterùm difficilem ad assentiendum electioni sui se præbente Germano, res pendebat: quoad exoratus is tandem ab Imperatore, & reliquis amicis, annuit. Et tunc ad promulgandum decretum priùs factum congregatus est cœtus qui voce, κοινὸν, hoc loco significatur, ut superiùs ostendimus. Distulimusque huc statuendum, quid hîc dicatur κοινὸν ὑπὸ τόμῳ γενὸς. Cœtus sub Tomo factus. Videtur significari cœtum hunc vi priùs jam perlati de electione Germani decreti coactum; non ut de eâ deliberaret, sed ut rem statutam exequeretur & novum Patriarcham quasi in possessionem Sedis mitteret. Suspicabar etiam ex facto quadamtenus simili, quod mox referam, Patres qui in hunc cœtum convenerunt exemplum scriptum decreti a se priùs editi manu quemque tenuisse. sic enim actum videtur in alio Ecclesiastico conventu cujus est mentio in vita Leonis Papæ I. recitata Tom. 7. Concil. Edit. Reg. pag. 50. verba hæc sunt: *Congregati sunt 256. Sacerdotes, & alij 406. Episcopi, quorum Chirographus cucurrit. qui congregati sunt unà* cum Tomo, *hoc est fide Apostolicæ Ecclesiæ.* Vides hîc decretum antea de fide Apostolicæ Ecclesiæ, hoc est, Dogmate Catholico perlatum Tomum vocari, & hunc Tomum quemque congregatorum secum habuisse; unde & hoc, κοινὸν ὑπὸ τόμῳ γενὸς dici potuerit. Ac quod hanc τόμου notionem attinet, actio ipsa decretum condendi alibi à nostro, verbo Τομογραφῶ exprimitur. Nempe lib. iv. cap. xxix. ubi agitur de Coronatione Andronici: ὑπομεγάφουν δὲ (inquit) καὶ ὁ Ἀρχιερεὺς ὑπὲρ ἀφορισμοῦ ποιοῦντες &c. Decreto videlicet Synodali ritè condito, Antistites sub anathematis interminatione sanxerunt, ratam à cunctis agnoscendam habendamque evectionem Andronici in Imperium: procurante id scilicet Augusto ejus Patre; quippe studiosissimè agente, ut quam maximè firma & irrevocabilis ista ejus filij esset promotio.

ΤΡΙΚΟΚΚΙΩΤΑΙ.

Lib. III. Cap. XIII. Τοῦτο πᾶσι σὺν τριακκιώταις. Sic concorditer tres Codd. videtur Populi nomen à loco ductum, qui τρίκοκκος vel τρικόκκιον diceretur. Reperi apud Geographos Strabonem, Ptolemæum, Alios, τρικύρις & τρικόρις: sed nusquam alibi τρίκοκκος aut τρικόκκιον. Verùm ne quidquam immutetur, consensus Codicum prohibet.

ΤΡΟΨΗΦΙΟΣ.

Lib. VI. Cap. V. Γέγονε τοῦτο, καὶ ὡς ὑποψηφίῳ ἐντεῦθεν προσφερόμενος ὁ Κρατὴς τὰ φιλικά τε ἐπέστελλε. Hoc loco ὑποψήφιος vocatur, qui justa ad dignitatem aliquam electivam suffragia Electorum tulit, nondum tamen decretum electionis ritè perlatum est. Vnde iste Theodosius in quem præponendum Throno Patriarchali

chali Theopoleos sive Antiochiæ, pleræque Patrum sententiæ conspiraverant, erat electus tantum & quasi designatus Patriarcha, nondum tamen in possessionem missus, & ἀκατηρχθεὶς ὑπὸ κοινῷ πάπᾳ, ut lib. iv. cap. xiii. de Germano in Constantinopolitanum Patriarcham priùs electo scribitur: hoc est palàm declaratus, Patriarcha perlato, & legitimis formulis ritè sancito communi totius Concilij de ista electione decreto, quod πάπας vocabulo significatur.

Φ Α Κ Ε Λ Λ Ο Ι.

Lib. VI. Cap. XXXII. Φακέλλας παπύρων quid φακέλλας hîc putemus aliud quàm latinam vocem diminutivam ex *fascis*, quasi *fascellos* dicas, quod frequentiùs scribitur *fasciculos*? Synesius Epist. cxxxiii. Ἅπασι γέγραφα, φάκελλον ὅλον Διογένει δοὺς hoc est: *Omnibus scripsi, fasciculum literarum Diogeni commendans*.

Φ Α Τ Ρ Ι Α Ρ Χ Η Σ.

Lib. IV. Cap. XVI. Καὶ ὁ Φατριάρχης αὐτοῦ. Verba sunt Arsenij ejecti Patriarchatu, & in Insulam deportati. In his vocabulo φατριάρχης scommaticè designat Germanum in suum locum intrusum; cujus nomen videtur alludere dum φατριάρχιν quasi φρατριάρχιν vocat. Notum enim Constantinopoli erat quid latina vox *Frater* Germano synonyma sonaret, cum essent in eâ Vrbe Latini tam multi. præsertim cum simul, ut mox admonet Historicus, Germanam Imperatoris Eulogiam obliquè perstringeret. fortè etiam Φατριάρχης insensè dictum pro Πατριάρχης, ut ad Philipp. 2. 3. καταπομὴ pro περιτομή; φ. & π. nescio quid δύσφημον trahentibus ex quadam quasi contagione φαῦλος & κακός.

Φ Η Μ Η.

Lib. II. Cap. XXVII. Ἀφικνεῖται ταχέως καὶ ὅπη σὺ πεῖ τὸν διαφυσᾶσαν φήμην γε ἔσται καὶ Θεὸς ἡ φήμη. Ita noster reconditè suo more in Codd. B. & A. quæ V. suo item more omisit. Puto Pachymerem hic in mente habuisse abstrusiorem quandam notionem vocabuli φήμη, quæ cum vulgò significet indicium rei gestæ, humano testimonio in notitiam absentium sparsum; aliquando propriè designat Nuncium non humanitùs allatum rei magnæ longinquis in locis actæ, & statim ibi cognitæ quo nulla celeritas Cursorum tam exiguo spatio pervenire potuerit. Exempla veteres Historici multa referunt. Vide Livium initio lib. 45. & Plutarchum in Luc. Aemylio Paulo, ubi præter eventum mirabilem vulgati Romæ prælij, quo in Macedoniâ quatriduo ante debellatum fuerat cum Perseo Rege, quatuor alia exempla commerat similium casuum: & in his unum, cujus ipse Plutarchus testis fuit, ætate sua, ut ait, omnibus perspecti, de perlatâ Romam eadem die quâ in Germaniâ contigit, cædè Antonij, & ejus Exercitûs clade, qui contra Domitianum rebellarat. Simili autem ratione videtur indicare noster, perveniisse ad Latinos Daphnusiam oppugnantes, famam captæ à Græcis Constantinopolis, quam propterea *famam Divinam* vocat καὶ Θεὸς ἡ φήμη. Significat etiam eam esse veram & propriam nominis φήμη notionem, Homerum opinor secutus; apud quem ut Eustathius admonet, φήμη est μαντικὴ κλῆδων. τοῦτον ὁ μέλλοντος τοῦ δηλωτικὸς λόγος, ἢ ἀυτομάτου λεχθὲν θεσπίσματος: *Propheticum omen: hoc est rei futuræ cuiuspiam index verbum sponte prolatum*. Quia verò ad prophetiam etiam pertinet notitia rerum absentium longinquis ex locis non humanâ operâ delata, jure suo noster etiam ad hoc homericam vocabuli, fama, notionem transfert.

Φ Ο Ρ Η Τ Η Ω Ι Κ Ι Α.

Lib. IV. Cap. XXXI. Τῶν φλοιῶν ὑπεπίμπλων τὰς φορητὰς οἰκίας. Non usquequaque, ni fallor, obvia hîc usurpatur notio vocis φορητὸς pro eo quod, analogiâ è solutili,

lutili, Classicis usitatâ voce, ductâ, fortasse latinè dicere possumus; *pertatilis*. Hâc porrò circumlocutione, vel σκηνὰς *Tabernacula Castrensia* exprimere Pachymeres voluit, vel, quod verius puto, indicare Domos è materia solutiles Proceribus Romanis urbanum luxum in militiâ quoad possent usurpare studentibus, paratas eo artificio ut partes earum solvi sejungique commissuris, & aliò delatæ alibi rursùs compingi possent. Ejus generis videtur fuisse οἰκίδιον cujus est mentio infrà lib. 5. cap. 6. quo viso refertur obstupuisse Cralis Serbiæ Stephanus Vresis: Ἀλλὰ δὴ ὃ θεασάμενος ὃ ἐν οἰκίαις ὕλαιον ὑρίνης καὶ οἰκίδιον. . . . ἐπαλαγήσας φησὶν· ἀῒ αῒ· τί ταῦτας καὶ ἡμῖν ὁ Σωσθὴς αὖτη ἡ δίαιτα &c. quæ indicant eum ista specie quasi nimij luxûs offensum. Aliquid etiam simile fuerit σκηνὴ τοὺς ἐκ πάππων σβεσθεῖσαν μετάξης quam Monachus nomine Princeps, deducens ad Chalaû Tocharorum Principem Sponsam filiam Imperatoris ὑπὸ μεγάλης φαντασίας καὶ ἀδρότητος Σωσθένους καὶ πλούτου παντοδαποῦ circumtulit ad ostentationem magnificentiæ, ut lib. 3. cap. 3. narratur.

Φ Ρ Ε Ρ Ι Ο Ι.

Lib. V. Cap. VIII. Ἔστι δ' ἐνίοτε ὃς φερεΐς αὐτοὶ λέγουσι, ἀδελφούς. Religiosos videlicet, quos *Fratres* vocare jam tum apud Italos invaluerat. Galli sive Franci, ex quâ Gente plurimi Constantinopoli, & passim per Orientem degebant, Fratres *Freres* ut hodiè, dicebant. unde Græci vocem φερεΐς formarunt. Vsurpat porrò noster hoc vocabulum & alibi sæpiùs. Erant hi plerique è saeris Familijs SS. Franciſci & Dominici: quamquam & Melitenses Equites apud Cantacuzenum Frerios videmus dictos.

Φ Υ Λ Α Κ Η Η Μ Ε Ρ Α Σ.

Lib. III. Cap. XXVIII. Περὶτὴν τοίτην φυλακὴν τῆς ἡμέρας &c. Vt nox, ita & dies in custodias quatuor dividebatur, trium quamlibet horarum. Hoc secutus φυλακὴν hoc loco verti *trihorium*, quam vocem memini me legere apud Autorem satis antiquum nec indiligentem latinitatis Ausonium in Mosella. Vatic. post verba quę deseripsi glossema suum quoddam insercit non valdè accuratum, sic exprimens hunc locum: περὶτὴν τοίτην φυλακὴν τῆς ἡμέρας, οἷ ἀνατολὴ ἔχει τὸ πεπαυμένας ὥρας τῆς ἡμέρας· quid ita verò? nonne potuit Autor indicare voluisse initium custodiæ sive trihorij, non autem ultimam ejus partem contiguam horæ diei quartæ? Imò verò clarè significat de principio non de fine primi diei trihorij se loqui, dum mox post recitata verba, subjungit: ἐξαναβιβάζεται δὲ ὑρίζοντα τὸν ἥλιον, quæ in B. & A. Codd. leguntur, & licet in Vatic. non compareant, non videtur tamen dubium quin sint γνήσια. Indicant autem, id quod ibi narratur, contigisse paulò post exortum Solis, hoc est horâ primâ diei. Lib. iv. cap. viii. nomen hoc idem φυλακὴ nocturno tempori, cui magis convenit, aptatur in his verbis: Καὶ δὴ τὸν περὶτὴν φυλακὴν τῆς νυκτὸς ὑπνώττοντα. ubi nemo non videt, qui quidem totum locum attentè inspexerit, καὶ pro καὶ fuisse reponendum, ut fecimus; etsi in eo mendo tres Codd. convenirent.

Φ Ω Σ Σ Ω Ν Ε Σ.

Lib. V. Cap. ultimo ter usurpatur hoc vocabulum, & tertio loco apponitur adjunctum ὑφηγημένους, ut non sit dubium quin Pachymeris hæc scribentis obversaretur animo locus ille Lycophronis in Alexandrâ.

Ἄφλαστα καὶ φώσσωνας ὑφηγημένους.

Isaacius Tzetzes Scholiastes ejus obscuriſſimi Poëmatis sic ibi enarrat hanc vocem: Φώσσωνας τὰ λαῖφη, τὰ ὑφάσματα· ΦΩΣΣΑ Ὁ ΦΑΣ Ὁ λαμπρυσμός. λείπει γὰρ· ἢ ΦΩΣΣΑ Ὁ φυσᾶται ὑπ' ἀνέμων φυσαῖς. ubi vides, φώσσωνας vela navium esse sic dicta vel quòd candeant naturali colore lineæ telæ à verbo ΦΑΣ, quod candere significet, vel quod inflante

flante vento tumeant à verbo φυσάω, quod est inflare. Eodem recidunt quæ in eam vocem annotant Eustathius & Hesychius. Nos græco poëtico vocabulo latinum item poëticum oppositum cum alicubi φάσηνας *Carbasa* vertimus.

X P O N O Σ.

Lib. I. Cap. XIII. Τῷ δ' αὖτε χρόνῳ τρὶς φθινοπωρινὸν ἀποκλίνοντι. Hîc manifestè sumitur χρόνος pro ἔτος. Item lib. 4. cap. xxi. Ὃ εἰκοστὸν πέμπτον τῆς Βασιλείας χρόνῳ ἐδήλωσεν αὔπτερος: ubi agit de numero literarum nominis Michaëlis Palæologi, cui si adjungantur literæ cognominis ejus minùs noti Manuëlis, fient elementa viginti quatuor totidem ei annos Imperij ominantia, ut eventus ostendit. Nam hic Imperator cap. ultimo lib. vi. 24. annis imperasse traditur his verbis: Βασιλεύσας δὲ ἡμέρας δεκατέσσαρας εἴκοσι καὶ ἑπτὰ πέντε. nempe ἔτη, quod nomen priùs posuerat. quare debet resolvi diphthongus υ in nomine Μανουὴλ, & pro duobus distinctis elementis computari ut numerus ex mente Autoris constet. Non omittam autem monere totum hoc comma de cognomine Manuëlis, & præsagio ex eo ducto annorum Imperij Palæologi, ab Allatiano & Vaticano Codicibus absuisse in solo comparere Barberino. Sæpè alibi Pachymeres χρόνος ponit αὐτὶ ἔτους aut ἔτους, præsertim hoc loco capitis xx. libri v. ὅπως χρόνῳ πεπλησμένῃ &c. & lib. vi. cap. x. ἔδει δὲ χρόνων παρῳχηκότων πεντήκοντα &c.

X P Y Σ O Σ Y P M A.

Lib. V. Cap. I. Κοιλιὰν ἄλλως ὁπ. χρυσοῦρμα τῷ καλύπτρᾳ ἐνθήμυον. De Ioanne Despota deponente pileum insigne Despoticæ potestatis, & alium ejus loco vulgarem imponente capiti. Codinus Curopalata de officijs cap. 3. pag. 12. Edit. Paris. ann. 1625. Τὰ σκιάδια τοῦ καμελαύκου τοῦ Βασιλέως Δεσποτικὰ ὑπῆρχον χρυσοκόκκινα σκιμπίνια, ἔχοντα σταυροὺς μαργαριταρένους καὶ γύρους. *Pilei Generorum Imperatoris si sint Despotæ aurei & coccinei coloris sunt, & fimbriati, habentque Cruces ex margaritis & gyros seu circulos*. En pileus Despotæ aureus & fimbriarus. Hunc ideo noster uno vocabulo χρυσόουρμα nuncupat hoc loco. dum illum vulgari & privato mutatum ait à Ioanne Despota. Igitur ὁ ὁπ. non materiam hic indicat pilei communis sed terminum unde transierit ad vulgarem pileum is qui antea uti solitus esset aureo fimbriato. Sic Virg. 3. Aen.

Quos hominum ex facie Dea saeva potentibus herbis
Induerat Circe in vultus & terga ferarum.

X Ω A A I.

Lib. V. Cap. XXIV. Τὰς ἀφ' ἑαυτοῦ τερατοσκοπικὰς λιτὰς, χωλάς τε ῥυτὰς τε βλαβλοπας τ' ὀφθαλμώ. Sic enim ex Homero correximus cum in ms. ms. ὀφθαλμῷ legeretur. Non intelliget hæc scripta de Vecco pro Reis solicitè agente, qui locum Homeri obversatum animo Pachymeris scribentis, oculis & ipse Lector non subjecerit, aut memoriâ revocaverit. Iliad. Decimâ Phœnix inter alia multa quæ allegat Achilli flectendo, proponit Deorum exemplum exorabilium in veniam culparum, dum precibus conveniuntur: καὶ δέ τε σε χρὴ

Νήλεες ἦτορ ἔχειν. ἐπιτλοὶ δέ τε καὶ Θεοὶ αὐτοί....
Καὶ μὲν τοὶ γυίοισι καὶ ἀρχωλῇς ἀραρῆσι
Λοιβῇ τε θυσίῃ τε βλάπτουσι κάρηνοι
Λιτόμενοι· ὅτε κέν τις ὑβρίσῃ καὶ ἁμάρτῃ.

Tum & de Litis filiabus Iovis addit:

Καὶ γὰρ τε Λιταὶ εἰσι Διὸς κούρῃ μεγάλοιο
Χωλαί τε ῥυταί τε βλαβλοπες τ' ὀφθαλμώ.

Tales Deæ ingeniosè finguntur ad vim beneficam misericordiæ exprimendam eximere

mere pœnæ ſatagentis convictos criminum, & horum angores in ſe ſuſcipientis: De quibus multa eruditè Euſtathius diſputat ad eum locum. Homerum noſter ſuo genio indulgens hîc exſcripſit: nihil ſolicitus de Lectore parũ ſortè verſato in Homeri lectione: ſic nẽpe ſolitus paſſim intexere orationi ſuæ crudas ignotaſq; innominatorum Autorum χρήσεις; quaſi præſcripſiſſet in veſtibulo ſui operis ſimile aliquid ejus, quod in foribus Scholæ Platonis legebatur: ὐδεὶς πάντων ποιημάτων τε καὶ συγγραμμάτων ἀρχαίων ἀμύητος εἰσίτω. Porrò ſicut Λιτὰς, quaſi dicas *Supplicationes*, Homerus τερσοῦ παπαῖ ἐς χῆμα παλαιπωρίας; ſic & in ſpeciem obſequij obnoxii abjecteque per adulationem demiſſi ſubornat Blanditias Martialis, dum ſcribit Ep. 72. lib. 10.

Fruſtrà blanditiæ venitis ad me
Attritis miſerabiles labellis....
Iam non eſt locus hac in Vrbe vobis
Ad Parthos procul ite pileatos
Et flentes humileſque ſuppliceſque
Victorum ſola baſitate Regum. &c.

ΨΩΜΙΖΕΣΘΑΙ ΧΡΥΣΟΙΣ.

Lib. II. Cap. XXIV. Ὁ μὲν χαλυφᾶς χρυσῖς παρ' ἐκείνου ψωμιζόμενος ἐπλάτα. Nimirùm invadentes Perſidem Tochari Chalypham illic dominantem avarum & divitè auro liquefacto in os ejus infuſo necaverunt: quod noſter obſcurè dicit: ψωμίζεσθαι χρυσῖς: quaſi diceres, *offis aureis in os ingeſtis paſci*. ſed rem uti ſe habuit, declarat Vatic. Paraphraſtes hunc locum ſic exhibens: Ὁ μὲν Χαλυφᾶς χρυσὸν ζέοντος ἐς λάρυγγος ἐκείνου χυθέντος ἐπλάτα. *Chalypha quidem auro fervente in guttur ejus infuſo, mortuus eſt*. Quod ita geſtum adſtipulatur Marinus Sanurus lib. 3. partis 13. cap. 7. ſic ſcribens: *Capti Calyphæ gutturi liquatum aurum iuſſit* (Haolonus) *infundi, avaritiam exprobrans, quia cum immenſis affluereret theſauris, cupiditate detentus, pro ſalute ſua eos expendere renuit*. hæc Sanutus.

ΩΑΤΟΝ.

Lib. V. Cap. XXIV: Μετὰ δὲ μετ' ἄριστον ὕπνου καὶ τῆ ὠάτῃ μέσῃ καθήμενος. Non alibi repereram ὠάτη pro ὑπαίθρῳ, cœnaculo, aut aulâ ſuperiori camerata ovali formâ. quid enim hîc aliud intelligamus?

ΩΡΓΥΙΩΜΕΝΟΙ.

Lib. V. Cáp. XXX. Τὰς ἐκείνης (νηὸς) φόρτους τῷ παρεμβάσῃ πνεύματι ὡς πρῴρας μετέχοντας εὖ· πίσω ὠργυωμένης ὅπερ ἐχίου. Ait immiſſam à tergo navi Genuenſi plenis velis elabenti onerariam Catalanam, quæ ventum ei à puppi ſuorum velorum oppanſu interciperet, ac ſic ſufflaminaret impetum ruentis. ὠργυωμένης Tzetzes ad Lycophronem interpretatur: ἐκπεπαμένης, ὑπλωμένης extenſa & explicata vela. Subditque continuò ἐπιμολογίαν in hunc modum: ἢ ἀπὸ τῆς ὀργυᾶς, ἥτις τὰς ἐκπάσεις τῶν χειρῶν. ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ ὀργῶ ὃ ὄρεμαι. ὀρ γὰρ δὲ ὁ ἐν γῆς Σωτόμιος ὀρέγει τι τῶν φυτῶν ἢ τῶν βοτανῶν. Ita ille qui ſtatim addit: ſcribi debere. ὠργυωμένης adjuncto ι ad υ ſecundæ ſyllabæ: unde nos Codicem noſtrum, qui ὠρχυωμένης, ſcribebat, correximus. ὠργυωμένης, ait Tzetzes, μὴ παρεσγραφῆς τῷ ι δι' ὑφῆν. Vides hinc obiter familiarem Pachymeri fuiſſe Lycophronem; genio videlicet conciliante σκοτεινὸν σκοτεινῷ. Et illum quidem noſtrum, qui omnium Scriptorum tenebras in ſuum opus congerere ſtuderet, non temperaturum arbitror, ſi qua occaſio daretur, etiam πελεμιχρώπας καὶ φαλακραίας κόρας & ἀπαυρκτίας ταρηρῶν αἰθόνων πνοάς. Quæ Lycophron habet ibidem unde ὠργυωμένης exſcriptum eſt, in ſcriptione hæc ſuâ ponere: quam tum demum elegantem & eruditam viſum iri eredidit, ſi omnium inligi meruentium Scriptorum griphos & nodes avidè conquiſitas oſtentaret: parùm penſi habens quas Cruces Lectoribus aut Interpretibus ſuis figeret.

OMIS-

OMISSA IN HOC GLOSSARIO.

Litera Π. Pag. 412. post Verbum ΠΡΑΓΜΑΤΑ.

ΠΡΙΓΚΙΨ καὶ ΠΡΙΝΤΖΗΣ.

Lib. V. Cap. XXIV. Ἐξέπεμψε δὲ πλέον ἡ ψῆφος τῷ Πρίγκιπι, αὐδημὶ ὄγμῳ μὲν τὰ εἰς ΗΣ, ὁκ Πριγκίπων δὲ τῷ Πελοποννησου καταγομενῳ ὃ αὐχαδεν. Ait plurium suffragijs destinatum Patriarchatui Constantinopolitano fuisse Monachum nomine Principem ex familiâ Principum Peloponnesi. Agit de eodem lib. iii. cap. iii. noster dum hunc ab Imperatore missum, ait ad Chalaü Tocharorum Orientalium Dynastam deduxisse filiam Notham Imperatoris ipsi Chalaü desponsam; quæ tamen, cùm eò perveniſſet, reperto mortuo Chalaü, ejus filio & successori Apagę, vel Apagani nupserit. Verba Pachymeris sunt: Τῷ μὲν Χαλαῦ μὴ τῦ Μοναχὸ καὶ ἱερέως Πρίγκιπος ζεδίδου τὴν ὁκ τῆς Διπλοβαταζίνης ὁκ νοθείας παῖδα Μαρίαν· καὶ ὁ Πρίγκιψ Ἀρχιμανδρίτης ὢν τότε τῆς τῦ Παντοκράτορος μονῆς &c. Is postea creatus Antiochenus Patriarcha ibidem dicitur: & res narratur lib. vi. cap. v. ubi hic vir Theodosius vocatur: uti & cap. xxii. lib. ii. Ex his habemus ita fuisse peculiare *Principis* nomen Dynastis Peloponnesi, ut pro vocabulo familiæ adhæreret singulis ex eâ domo prognatis; usu videlicet Græcorum, verum & gentile nomen illius stirpis origine Francicæ vulgò nosse minùs curantium. quamquam illud doctiores non nescirent. Nam Georgius Acropolita Historiæ suæ cap. 48. Achaiæ & Peloponnesi Principem *Βιλαρδουὶν Villarduinem* nominatum docet. Gregoras verò lib. 7. pag. 109. titulum Principis Peloponneso imperitãtibus tributum ait jam à tempore Constantini Magni; uti & Athenarum Dynastæ nomen Magni Ducis, & Thebarum Bœotiarum Domino appellationem Magni Primicerij μεγάλου Πριμμικηρίου, quæ postea usu vulgi in μεγάλε Κυρίε nuncupationem degeneraverit: obtinenti denique Siciliam, Regis nomen. ridiculè. quasi jam tum ætate Constantini Magni Sicilia, Thebæ, Athenæ, Pelopponnesus avulsa à corpore Romani Imperij, Dynastis proprijs subesſent, non modò id tolerante novæ Romæ Conditore, sed etiam si superis placet, istos Regulos amplis honorare appellationibus curante: Porrò lib. iii. cap. xvi. hanc vocem aliter Pachymeres scribit in his verbis: καθημερινὸς πολέμως πρὸς τὸν Πρίντζιλιν ἔζων. loquitur de Sebastocratore fratre Imperatoris circa Monembasiam quotidianis velitationibus adversùs Peloponnesi Principem decernente, quem Πρίντζιλιν Printzem vocat, vocabulo propiùs accedente ad vocem Francicam *Prince*, quâ Francici tunc Incolæ Peloponnesi proprium Dominum indigitabant.

ΠΡΟΒΟΛΕΥΣ.

Lib. VI. Cap. XXIII. Περιολλὸς ἐκφαντορικὸν Πνευμάτων· καὶ ὁ περιβολλὸς, εἰς ὁ, αἵτιον, μεταλαμβανόμενον. Meritò hic Veccus ὁ, περιολλὸς, εἰς ὁ, αἵτιον, μεταλαμβανόμενον. hoc est: ineſse vocabulo περιολλὸς vim notionemque principij activi ac causæ, contendebat. Sic enim planè eandem vocem intellexit & usurpavit Gregorius Nazianzenus Oratione de Filio, in his verbis: Καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ ὁ Ἅγιον Πνεῦμα· ὁ μὲν (nimirùm Pater) γεννήτως καὶ περιβολλὸς. λέγω δὲ ἀπαθῶς, καὶ ἀχρόνως, καὶ ἀσωμάτως· τὸν δὲ (& Filij & Spiritûs Sancti) ὃ μὲν γέννημα· ὃ δὲ περίβλημα. ubi clarè Pater γεννήτως Filij æterni, περιολλὸς autem Sancti Spiritus dicitur. Vicissim autem Filius Patris γέννημα; Spiritus autem Sanctus ejusdem περίβλημα. Ex quibus patet verbum περιβάλλειν, non quamcumque emissionem latinè significare, sed eam quæ sit cum influxu activo conjuncta; qualis est emissio ramorum ex vivente trunco. qualium emissionum est mentio Cantic. 4. 13. *Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum*. quare mihi videtur satis benè respon-

dere

PETRI POSSINI
E SOCIETATE IESV
OBSERVATIONVM
PACHYMERIANARVM
LIBER II.
COMPLECTENS NOTAS
In Vniuersam Historiam Rerum
MICHAELIS PALAEOLOGI.

In Titulo Operis.

GEORGII PACHYMERIS. Cum varij variè Græcum nomen Παχυμέρης latinè efferant & inflectant; Alij Pachymeram, Alij Pachymerium, Alij aliter vocantes: Mihi commodius & expeditius visum est inflexione uti latinâ nominum Classis tertiæ. Quin id sit simplicius & ad usum facilius, nemo negaverit. Iure autem fieri, exemplis adstruitur. Nam Vlysses, Socrates, Demosthenes, similia plurima merè latinè ab omnibus flectuntur, nullo respectu ad inflexiones græcas istorum nominum. quis enim unquam adumbrare curavit Latino sono genitivum Δημοσθένης aut accusativum Δημοσθένη balbutiendo *Demesthenus* aut *Demosthene*, Romanâ Minervâ invitissimâ? Hoc etsi parvum dictu, necesse visum hîc profiteri.

MICHAELIS. Quotus hic inter Imperatores Constantinopolitanos Michaël fuerit, non erit inutile semel statuere. Primus ad Imperium hoc nomen pertulit Michaël Curopalata cognomento Rhangabenus, laudatissimus Princeps, anno Christi 811. Secundus homo scelestissimus Michaël Balbus, è carcere ubi ad vivicomburium servabatur, vi ad Solium erupit anno Christi 820. Tertius Michaël Porphyrogenitus Theophili Imperatoris filius cum Matre Theodorâ Imperium tenuit, magno Reip. & Ecclesiæ malo. fuit enim ubi adolevit impijssimus. cepit dominari anno Christi 842. malè perijt 867. Anno inde Christi 1034. Michaël Paphlago à Patriâ dictus, adulter Zoës Augustæ, Romano ejus viro strangulato Imperium arripuit, & tenuit annis ferè octo. Moriens successorem habuit Michaëlem cognomento Calephatem, ejus nominis quintum. qui post annum à Zoë, quæ illum promoverat Imperio & oculis privatus, locum cessit Constantino Monomacho anno Christi 1042. Quatuordecim post annis Michaël cognomento Stratonicus sextus ejus nominis coronatur Augustus. Sed mox ann. 1057. Isacio Comneno ultrò concedens abdicavit Principatum. Anno Christi 1071. Michaël cognomento Parapinaceus, filius Constantini Ducæ Imperatoris, mortuo Romano Diogeni successit, septimus inter Augustos Byzantinos Michaël: quem inter & hunc nostrum cum nemo sic appellatus imperaverit, Palæologus cujus hîc Historiam damus, numerandus erit Michaël VIII.

PALAEOLOGI. Natus hic anno Christi 1224. ex Andronico Palæologo Magno Domestico, Matre Palæologa Irenes & Alexij Palæologi Despotæ filia. Hæc Irene Michaëlis Avia materna, filia fuit Angeli Comneni, quo Imperante Constantinopolis capta est à Latinis. Dodit is eam Conjugem Alexio Palæologo (ut Phrantzes habet, Actopolita Andronicum appellat) quem & Despotam creavie & Imperij successorem designavit. Sed is brevi est mortuus, unicâ ex Conjuge filiâ susceptâ, quæ Andronici Palæologi Magni Domestici Vxor, Michaelis Palæologi Mater fuit. Quare is à Patre juxta Matreque Palæologi appellationem tulit διπλοπαλαιολόγου propterea vocatus, ut Phrantzes habet cap. 1. Idem tradit Gregoras lib. 3. pag. 32. Sed & Comnenus à Matris Avo Angelo Comneno Imperatore dictus, ut Phrantzes ibidem docet: ac passim ita vocatur ab Acropolitâ Scriptore ipsi faventissimo. Vnde crediderim affectasse Michaëlem ante Imperium dici Comnenum, quòd eam rem velificari ambitioni suæ crederet. sed & hujus Posteros ob nobilitatem inclytæ tot Augustis familiæ, Comnenorum appellatione gloriatos, ostendunt Inscriptiones Michaëlis & Andronici Iuniorum à Pontano descriptæ Notis ad Phrantzen. Hunc porrò nostrum Michaëlem postquam ad Imperium pervenit haud magnoperè curasse Comnenum dici, licet intelligere ex Pachymere, qui ei familiaris, & sub ejus Filio Andronico Seniore, non sine curâ demerendæ regnatricis Domûs gratiæ, scribens, nunquam eum alio Gentili quàm Palæologi nomine designat.

HISTORIA RERVM &c. Duas Historias separatis voluminibus & titulis Pachymeres reliquit, ut in Codicibus optimis Barberino & Allatiano distinctissimè leguntur. Licet Vaticanus Paraphrastes qui multa contraxit, quædam addidit, pleraque mutavit, ambas in opus unum conflaverit. cui fortè similis fuerit Augustanus ille Codex, unde sua Excerpta Volfius sumpsit. Nam & is unam ex duabus Pachymeris Historiam videtur agnoscere. Nos Priorem Michaelis VIII. Palæologi Acta exequentem modò damus: Aliàs Deo volente, Andronicum ejusdem Scriptoris, sive de Gestis Andronici Senioris libros VII. in lucem emissuri.

CAP. I. LIB. I.

Pag. 4. *Constantinopolitanus genere, ortus & educatus Nicææ.* Pachymeres hujus Histor. lib. ii. cap. xxvii. post medium, testatur Patrem suũ Constantinopolitanum Civem fuisse, exulare à Patriâ coactum ob Latinos ibi dominantes. Sanè cum idem Pachymeres hîc doceat, se annum ætatis undevigesimum agente pulsos Constantinopoli Latinos, & libro harum Observ. üi. demonstraturi simus, receptam è Latinis Vrbem recuperasse Græcos octo & quinquaginta annis postquam amiserant, facilè potuit nasci Nicææ Pachymeres patri quinquagenario, qui usque ad annum ætatis undecimum in paternâ domo Constantinopoli educatus, ob exosam Latinorum ibi dominationem Nicæam migraverit. Tradit enim Acropolita Historiæ suæ cap. 6. Latinos Vrbe captâ liberam Græcis dedisse facultatem vel ibi manendi, vel alió migrandi. Τῆς πόλεως κυριεύσαντες ὁ Γαλοὶ ἄλλαν δεδώκασι τοῖς τῶνδε οἰκήτορι, ὅστ' ἐθέλοντας μένειν τε κεῖ αὐτὸ χρῆσις ἦν αὐτοῖ, ὅστ' δ' ἀναλύσας ἀπέρχεσθαι, ὅπη αὐ βούλοντο. Mox addit plerosque Illustriorum clàm aut palàm abijsse, quorum è numero fuisse Pachymeris Patrem verisimile est.

Clero adscriptus. In Græco legitur apud optimos Codd. B. & A. θείῳ σωθῆς κλήρῳ, prout expressimus. Nempe σώζεσθαι aliquando est appellere, aut pervenire. Codinus cap. 22. de Sponsâ Imperatoris. Κατὰ τὴν ἡμέραν καθ' ἣν μέλλει ἐπισυμβαίνειν εἰς τὴν πόλιν. *quo die perventura in Vrbem est.* Vatic. jam hinc incipiens obscuriora clarioribus mutare θείῳ κλήρῳ δεθῆς posuit.

Vt doctus quidam asserunt. Apparet ex illis verbis: Δεῖ δ' φασίν τινες κρίνεσθαι &c.

Doctum

Doctum hunc Sophoelem esse, cujus in Ajace μαστροφόρῳ illa extat celebris de tempore sententia:

Ἄπαντ' ὁ μακρὸς καταριθμητὸς χρόνος
Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται.

CAP. II.

Pag. 5. *Tum quòd istud argumentum præoccupatum ab alijs iam est* &c. Videri potest innuere Nicetam Choniatē, qui & Vrbis expugnationē à Latinis, & res aliquot post eā annorum prout geri videbat scripsit. Georgium quidem Acropolitam Logothetam & Nicephorum Gregoram, ne innui hoc loco à Pachymere putem facit, quòd Gregoras post Pachymerem scripsit: Acropolita verò licet aliquantò Senior Pachymere, Iunior tamen fuit quàm ut res Theodori Lascaris prioris spectare præsens potuerit, quas ex famâ & monumentis in Historiam digessit. Hoc ex ejus Historiâ clarè discimus. Scribit enim ille ibi cap. 29. pag. 25. Edit. Reg. Τότε καὶ αὐτὸς τοὺς τοῦ γονέως ὑπὸ τῆς Κωνσταντίνου ἀπεστάλλω τῷ Βασιλεῖ ἐνκαιδεκάτης (videtur legendum ἑκκαιδεκάτης ὤν. *Tunc & ipse à Parentibus ex Vrbe Constantinopoli missus sum ad Imperatorem sexdecim annos natus*. Apparet doctissimum Interpretem legisse ἑνδεκάτης pro ἑκκαιδεκάτης. vertit enim *undecim annos natus*. Sed quod addit statim Autor se ἐγκυκλίῳ ἀπαλλαγμένῳ παιδεύσεως perfunctum jam tum studijs fuisse humaniorum literarum, magis ni fallor cōgruit cum ætate annorum sexdecim. Parum enim est verisimile undecennem Puerum Grammaticam; Rhetoricam, ipsam Philosophiam, cum Artibus quatuor huic subjectis Arithmeticâ, Musicâ, Geometriâ, & Astronomiâ, satis percepras habere potuisse. παίδευσις siquidem ἐγκυκλίῳ tot illa complectebatur: ut ex Ioanne Tzetze intelligitur, sic de his scribente Chiliad. xi. sect. cccLxvii.

Ἐγκύκλια μαθήματα καλοῦσιν
Οἱ κύκλῳ τὸ συμπέρασμα πάντων τῶν μαθημάτων
Γραμματικῆς, Ῥητορικῆς, αὐτῆς Φιλοσοφίας
Καὶ τῶν τεττάρων δὲ τεχνῶν τῶν ὑπ' αὐτὴν κειμένων
Τῆς Ἀριθμήσεως, Μουσικῆς, καὶ τῆς Γεωμετρίας,
Καὶ τῆς οὐρανοβάμονος αὐτῆς Ἀστρονομίας.

Fateor interdum solam grammaticam ἐγκυκλίου παιδεύσεως mentione designari κατὰ κατάχρησιν, ὑ λέγω δὲ κυρίῳ, ut idem Tzetzes ibidem loquitur: nec eo inficias videri posse locutum eo sensu Acropolitam, dum de illâ quam percepisse jam tum se ait Encyclicâ doctrinâ statim subdit τοῦτο Γραμματικὴν καταονομάζουσι οἱ πολλοί. *Quam pleriq; Grammaticam nominant*. Præsertim cum paulò post, cap. nimirùm xxxii. Idem adjungat: se hortatu Imperatoris Ioannis, ad quem missus fuerat, ὑφηγητῇ τοῦ λόγων παιδεύσεως καὶ λογικοῖς παιδεύμασιν operam dedisse, Magistro Theodoro Exapterygo. Verùm hæc non obstant jam positis. cum sit vero similiùs γραμματικὴν vocabulum non κατάχρησιν sed κυρίως ibi Acropolitā usurpasse: ac non alterius generis disciplinas, sed majorem in jam degustatis progressum in Scholâ Exapterygi quæsisse: quippe à quo, ut ipse mox addit, septem annis nihil nisi τοῦ ποιημάτων εὐφυΐσμου καὶ τῆς τοῦ λόγων τέχνης διδασκαλίαν perceperit, quorùm neutrum Encyclicæ limites excedit. Denique sexdecim natum annos se in Ioannis Aulam admissum satis manifestè demonstrat Acropolita. dum cap. 32. primam rem omnium quæ ipsi in Comitatu Ioannis Augusti contigerunt, memorat sui traditionem in disciplinam Theodori Exapterygi, quem se audire cepisse ait: ἑβδομακαιδέκατον ἔτος ἄγοντα, *decimum septimum agentem annum*, quod si jam undecimo ætatis ad Ioannem venisset, oportuisset eum ibi sex totis annis sine ullâ occupatione desedisse. Pro certo igitur habendum sexto decimo ætatis anno cepisse Acropolitam Ioanni Augusto adhærere. quo autem id ejusdem Ioannis Imperij, atque adeò Christi, anno contigerit, explorandum nunc est.

Adventum in Aulam Ioannis ſuum in id tempus incidiſſe narrat Acropolita, quo tempore Roberto Latinorum Imperatore mortuo, Ioannes olim Ieroſolymorum Rex Conſtantinopolim eſt evocatus ad res illic moderandas, quoad Balduinus puer in ætatem Imperio idoneam adoleviſſet. Robertus autē anno Chriſti 1228. aut ſequenti eſt mortuus. unde Ioannis Brennenſis ex Italia, ubi Gregorio Nono militabat, Conſtantinopolim appulſus, ad Chr. 1229. aut 1230. pertinet; quando Ioannes Batatza, qui anno Chriſti 1222. Theodoro Laſcari ſuo Socero ſucceſſerat, octavum aut nonum Imperij annum numerabat. Nec res igitur Theodori Laſcaris, nec primi decennij Ioannis Batatzæ Acta, ſcribi ex oculatâ notitiâ ab Acropolitâ potuere. Quare alios nobis incognitos talium eventuum ἀυτόπτας Hiſtoricos hîc innuere Pachymerem agnoſcendum eſt.

Commiſſis invicem Mercurio & Latona. Alludit pugnam Deorum ab Homero celebratam Iliad. υ. ubi cum alij alijs Dij Dijs adverſi comparantur; tum par infeſtorum invicem Nuntium Mercurius & Latona, ille Græcis hæc Troianis militans producitur.

Λητοῖ δ' αὖτ' ἐξ οὔκ@ ἐριούν@ ἑρμῆς.

Etſi autem quomodo ſcribitur græcè Λητὼς ſive Latonæ nomen nihil commune cum Λήθη oblivione, habere videatur, certum tamen, atque adeò vulgare græcæ literaturæ non rudibus eſt: Latonam ad noctis & oblivionis ſignificationem allegoricè trahi. εἰς ἣ Λητὼ (ait Euſtathius ad Iliad. Ζ pag. 989. Edit. Rom.) ἡ μύθ@ εἰς Λήθ@ ἀλληγορεῖ@, ἀλλὰ καὶ εἰς νύκτα τὸ αὐτὸ τῷ αἰεὶ Διὶ παρεσκευ@ ὅτι μὴ φανὴ καταλάμπ@, εἴτε αὖ ὅτι τις πρὸς τὸν λόγ@ ἀγροικ@. *Latonam ſymbolicè deſignare non ſolùm oblivionem, ſed & noctem aeri Iovi convenientem quando luce non illuſtratur, nemo ruditorum ignoraverit.* Inde ad verſum ſuperiùs deſcriptum ex Iliad. υ. idem Enarrator doctiſſimus hoc obſervat: Edit. Rom. pag. 1197. Λητοῖ δ' φησιν αὖτ' ἐξ οὔκ@ ἐριούν@ ἑρμῆς· ὅπερ ἀδῆλ@ ἠδηλῶς ἐπλαμβάνε@). ἐμοὶ εἰς Λήθ@. ὁ δ' εἰς λόγον μεταχθήσομαι. Hæc ille, quæ indicant ingeniosè adumbratam ab Homero, iſto infeſto invicem incurſu Mercurij & Latonæ, certamen quoddam Orationis & literarum per Mercurium deſignatarum, adversùs ignorantiam tranſactarum rerum oblivione mortalibus induci ſoliram. dum *Hiſtoria*, ut eleganter ſcribit Anna Comnena in Præfatione ad Alexiadem, *ad Letheum quemdam torrentem objicitur velut invictæ ſoliditatis moles, præcipitem quodammodo inhibitura lapſum temporis; certè prohibitura: ne quæ in eo geſta ſunt omnia irreparabiliter obliterentur* &c. ἀλλὰ ὅ γε λόγ@ τῆς ἱστορίας, ὥρυμα καρτερὸν τῷ τῆς χρόνῳ ῥεύματι, καὶ ὅσον ἔπεστι πρὸς τὸν ἀκάθεκτον τοῦτε ῥοὺν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γινόμενα πάντα ὅπως συμπεσεῖλαφε ζωυχῇ καὶ ἀδιαφθόρ@, καὶ εἴτε ἀφ' ἑαυτῶν διολωθήσ@ εἰς λήθης βυθὸς. Hæc ibi Anna: quæ emendatiora quàm in editis, ope optimi Codicis à me poſt Editionem viſi, libenter hîc deſcripſi.

CAP. III.

Quæ hic Pachymeres tradit de anguſtijs in quibus fuerunt, qui præerant reliquijs Græciæ poſt captam à Latinis Vrbem: Theodorum potiſſimè Laſcarim Ioannis Batatzæ deceſſorem, & hujus ipſius Ioannis prima Principatûs reſpiciunt tempora. Vide de his Acropolitam capite præſertim, tum Hiſtoriæ ſuæ tum Chronici compendiarij ſeptimo.

CAP. V.

Quod innuit hoc cap. Pachymeres de Chadeno ab Imperante jam Michaële Palæologo miſso ad cenſum agendum Præſidiariorum Montes Perſis objectos tuentium, non reperio diſtinctiùs alibi explicatum à noſtro. Tantùm de cauſis gratiæ Chadeni apud Michaëlem, quas ſe alibi dicturum hîc ſignificat, invenio cap. xi. hujus libri Chadenum hunc dum juſſu Theodori Auguſti ſuſpectum illi Palæologum

Theſſa-

Theſſalonicâ vinctum abduceret, humanè ac clementer, quoad potuit, dirum Imperium exercuiſſe. Vnde pronum creditu eſt, utcunque id noſter diſertè nuſquam alibi expreſſit, Michaëlem, ubi eſt ad Imperium evectus, eo nomine ſe gratum Chadeno præbuiſſe, adhibendo eũ familiariter, & ejus operâ primis adminiſtrationis Reipublicæ functionibus utendo. cum autem referat noſter libri ii. cap. vi. Palæologum ſtatim atque declaratus Imperator eſt, antequam coronaretur, Philadelphiam eum Copijs progteſſum, inde acceriſſiviſſe Præſidiarios confinium Perſidi Montium, & & res illius limitis ordinaſſe, credibile eſt ex ijs quæ hîc ſcribuntur, uſum eum in toto illo negotio & conſilio & miniſterio Chadeni. Quamquam huic conjecturæ videtur intercedere, quod noſter hoc loco indicat iſtam vexationem cuſtodientium Montes Perſidi oppoſitos à Chadeno perſuaſam Michaëli Palæologo jam imperanti, ad poſteriora recuperatæ Conſtantinopoli pertinere tempora. Quare niſi prolepſis hîc quædam agnoſcitur, quærendum alibi eſt quando contigerit, quod nunc refertur. fruſtrà autem totâ hac Michaëlis Hiſtoriâ quæretur: Pachymere fortaſſis oblito promiſſum exolvere; aut ſe defunctum ſatis rato qualicunque indicatione rei ejus alieno loco præmiſsâ.

CAP. VI.

Rem dictu parvam; ſed admonitu fortè non prorſùs inutilem, breviſſimè tranſigam. Pronum eſt docto græcè Lectori dum in hoc capite μαχιμδίων bis leget, ſuboriri ſuſpicionem editi mendosè loci, cum Autor, prout cæteri ſolent fortaſſe, μαχομδίων ſcripſerit. Atqui conſtantiſſimè ac clariſſimè in Codicibus antiquiſſimis, præſertim Barberino cui potiſſimùm adhæſimus, μαχιμδίων ſcribebatur. Nempe Pachymerem hîc quoque loqui cum vulgo piguit; recordantem apud Homerum Odyſs. λ. verſ. 402. ſe legiſſe μαχεώμδνον. Odyſs. ω. v. 114. μαχεώμδνι. Iliad. α verſ. 345. μαχέουτο, & alibi ſimilia.

CAP. VII.

Pag. 10. *Qui Filiam Nepotis eius* (hoc eſt Ioannis patris Theodori) *ex Fratre, matrimonio ſibi iunxerat Michael Palæologus*. Hæc diſtinctiùs narrantẽ audire operæpretium eſt Georgium Acropolitam oculatum geſtorum teſtem. Ergò is Hiſtoriæ ſuæ cap. 51. pag. 55. Edit. Reg. ſic ſcribit: Καὶ ὁ Βασιλεὺς (nempe Ioannes Auguſtus Theodori pater) ᾧ Κομνηνὸν ἐνυδέξατο Μιχαὴλ καὶ ζεύγνυσιν αὐτῷ ἧς γυναῖκα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τῷ Σεβαστοκράτορι Ἰσαακίῳ τῷ Δούκα ἐκγόνῳ τοῦ Θεοδώρου, ὃν μόνον ὁ πατὴρ αὐτῆς καταλελοιπὼς ὁ τῷ Σεβαστοκράτορι υἱὸς Ἰωάννης ἐπὶ τῷ μείρακι ὢν ὃ χρὼν ἐξεμέτρησε. Ita ille. Ex his habemus, Ioannem Ducam ſive Batatzem Auguſtum purgato ſatis à criminibus impactis, & recepto in gratiã Michaëli Palæologo, quem Acropolita Comnenum vocat, dediſſe Vxorem Fratris ſui Sebaſtocratoris Iſaacij Ducæ neptim Theodoram, cujus pater Ioannes Iſaacij filius in adoleſcentiâ præreptus acerbâ morte, unicam eam prolem reliquerat Vxori ſuæ Eudociæ Ioannis Angeli filiæ. quæ Eudocia florente licet ætate viro amiſſo, laudabili religionis exemplo in viduitate Deo ſerviens permanſit. unde haud vanè opinatur Acropolita, partem præmij divinitùs tributi virtuti ejus videri potuiſſe tam felix Conjugium Filiæ per id ad Imperium mox evehendæ.

Magni Conſtauli Dignitate conſpicuus. Videtur hæc Dignitas Michaëli Palæologo collata occaſione nuptiarum modò memoratarum, ab ipſo earum conciliatore Ioanne Auguſto. Nam Theodorus hujus ſucceſſor iniquiore ſuiſſe viſus in Michaëlem ſemper eſt animo, quàm ut in eum ornandum tam profuſus eſſet: alioqui ſolitus, ut cap. ſeq. Pachymeres obſervat, Dignitates ejuſmodi tribuere novis potiùs hominibus, quàm Principibus regij ſanguinis, quorum erat deprimendo ſupercilio intentus.

Vota

Vota eius generis mente clam intima subsidentia &c. His exprimere conatus sum illud subobscurum ἃ ὧν ὑποκαθήμενα ἔχει, sententiâ ut spero ab Autoris sensu non abhorrente. Sed deinceps circa similis perplexitatis loca, qualia passim occurrunt in hoc Scriptore; nihil morabor Lectorem in his Notis; quibus tantùm necessaria, idque brevissimè, indicare propositum est. Quod rem ipsam attinet, quâ de hîc agitur, certum est Michaëlem Palæologum jam à Puero titillatum imaginationibus Imperij, conscientiâ Nataliu m Augustorum, & præsagâ indicatione auguriorum excitatis. Non semel illi narraverat Soror Eulogia, lactentem adhuc ipsum, non ad aliam faciliùs obdormiscere næniam solitum, quàm ad eam quæ Augustum quondam illum invectum iri Constantinopolim per portam Auream, caneret. Refert id noster lib. ü. cap. xxiii. pag. 83. Vocem MARPOV de Cœlo missam contextam è sex literis quæ Michaëlem Augustum Romanorum Oçyùs Vocandum significarent, à Thessalonicensi Antistite lætus audierat: ut narratur hoc libro i. cap. xi. pag. 15. Denique tacitus, sed gratulans gaudensque intimè; omen captaverat, ex cantu fortuito Chadeni proximum ej vaticiniorum regnum sponden tium eventum augurante, prout ibidem pag. 16. legitur. Iuveni denique solerti, forti, generoso altos afflabat spiritus Irenes Aviæ maternæ primogenitæ Alexij Imperatoris jus ad Imperium paternâ designatione in virum ejus prolemque propagandum. Nam huic, ut refert Gregoras lib. 3. pag. 32. Augustus genitor rubrarum erepidarum usum decreverat, quòd prole carens masculâ virum ejus ac sobolem cernere Principatûs hereditatem omninò vellet. Nec erat qui non videret talis indolis, tantæ nobilitatis Adolescentem tali rerum statu haud absurdè in magnas assurgere spes posse. quare Ioannem Batatzen, præclaris alioqui Michaëlis suventem dotibus, abstinuisse ab eo evehendo, metu ne is successibus insolesceret usque ad ambitum supremæ potestatis, narrat Acropolita capite Hist. 50. significàs Irenem Theodori Iunioris Lascaris primogenitam Michaëli suisse destinaram ab Avo Conjugem; sed ei timenti, quod dixi, tutius deinde visum non admovere sibi tam intimè suspectæ ambitionis virum. Denique ista suspicio fons omniû quas est imperante Theodoro plurimas passus, miseriarum Palæologo Michaëli fuit: hoc ideo loco, unde ejus incipit Historia, meritò à Pachymere indicatus: cum ex eo plerarumque mox referendarum rerum argumentum processerit.

Paratum se exhibens ad suam innocentiam singularis certaminis experimento comprobandam; quæ dubiarum accusationum purgandarum ratio antiquo Imperatorum comprobata usu invaluit. Hinc habemus apud Græcos quoque Imperatores invaluisse usum purgandi dubias delationes permisso, aut etiam præscripto inter Accusatorem & Delatû certamine coram arbitris. Verisimile est istum morem in Orientem invectum à Francis qui occasione sacrarû Expeditionum eò profecti, lôgo illic tempore perstiterunt. In antiquiori enim memoriâ Græcorum aut Romanorum haud facilè quidquam tale repereris. Inter Francos autem usitatissimum id olim fuit, ut passim apparet ex veteribus Historijs Res eorum tractantibus. Hic ritus de quo susè disserit noster Delrio Disquisit. Magic. tom. 2. meritò deinde abrogatus est, ut injustus & immanis. confixus ideò gravissimis decretis Iulij Secundi Summi Pontificis, cujus Bulla extat eâ de re edita mense Aprili ann. 1508. Concilij Tridentini sess. xxv. de reform. cap. xix. Gregorij xiii. Constitutione quæ incipit: *Ad tollendum &c.* edita 9. Dec. An. 1582. quibus dudùm antea præiverat Nicolaus I. cujus de hoc statuta inserta corpori juris leguntur 2. q. 4. & 15. q. 6. c. 2.

Cumque diu nullus esset qui pro tam suspecto Reo Imperatorem alloqui auderet &c. Hæc breviùs perstringit noster, quod ad Imperium Ioannis pertinerent: cum ipse in fine præcedentis capitis, & hujus initio significaverit se ab Imperio Theodori suæ Historiæ principium ducere. Longe autem susiùs distinctiusque istam totam Michaëlis accusationem ac periculum exponit ex oculatâ notitiâ Georgius Acropolita Hist. cap. 50. & 51. quem consule.

CAP.

CAP. VIII.

Pag. 12. *Prothieracarium* &c. Fuisse hunc locum præcipuæ Dignitatis, præterquam hinc patet, cum Imperator hominem impensè sibi carum in eum promoverit: etiam intelligi potest ex numero ingenti Ministrorum ei subjectorum, cujus indicium habemus ex eo quod refert Acropolita Hist. cap. 61. his verbis: Αὐτίκα γὰρ οὖν ζυπηρετοῦντας τοῖς βασιλεῦσιν ἐν θήραις τῶν θηρῶν ἄγχιστα ἐλάφων τε καὶ χοίρων, καὶ οὖν δ' ἱεράκων θηρίοντας, πάντας ἀναλαμβάνει στρατιώτας Ῥωμαϊκὰς πάγκαν, καὶ διὰ τοῦτο ὁ Ῥωμανιάτης πλῆθος πολύ. Hæc ille, ex quibus prudens quivis potest cognoscere ingentem fuisse multitudinem servientium Imperatori in venationibus Cervorum Aprorumque: præsertim autem in Aucupio per accipitres: quando ex ijs ad Militiam translatis magnus Exercitus momento conflatus extitit.

CAP. IX.

De fugâ Michaëlis Palæologi in Persidem hoc capite narratâ, plura refert Georgius Acropolita tunc apud Imperatorem Theodorum agens, quando is est ad ipsum Nuncius allatus. Operæpretium Lectori fuerit videre, & cum his nostri conferre quæ ille narrat cap. Hist. suæ 64. ubi etiam obiter observare poterit, quæ in Glossario verbo μεσθυνία notavimus de Legione aut Cohorte isto nomine appellata non solùm Acropolitæ ipsius, sed & doctissimi ejus Interpretis autoritate confirmata. Nam illa Historici græca verba: τοῖς τῶν στρατοπεδαρχούντων ἐν Βιθυνίᾳ καὶ Μεσθυνίᾳ, sic reddit Illustrissimus Allatius: *à Cohortium Bithynicarum & Mesothyniæ Præfectis.*

Pag. 13. *Cum Hostibus Sultanis congressus, fortissimè se gerit.* Longè hæc fusiùs ac diligentiùs Acropolita pertractat toto capite 65. quâ occasione, quos ducens, quanta prudentiâ ac fortitudine, quo denique successu adversùs Tacharios (sic enim appellat Acropolita quos noster Tocharos) pro Sultane rem gesserit Michaël Palæologus, exponens.

Reversum benignè excipit &c. Reditum Michaëlis Comneni ad Imperatorem Theodorum breviter memorat Acropolita cap. 69. uti & Gregoras lib. 3. neuter interpositorum in eam rem Iconiensis Episcopi officiorum mentionem faciens: fortasse quòd illa, ut alia multa retum Michaëlis, nostro meliùs perspectarum, ignoraverint.

CAP. X.

Pag. 14. *Michaelis Despotæ Nothus & obscurus filius Manuel* &c. Hæc copiosiùs distinctiusque referuntur à Georgio Acropolitâ ex oculatâ penè notitiâ. Nam is hujus in Occidentem Expeditionis Michaeli Palæologo Comes fuit; etsi non eodem loco pugnavit: in aliâ divisarum Copiarum parte rem gerens. Quia verò ille quædam aliter ac Pachymeres narrat, equidem Acropolitæ potiùs hîc quidem credendum puto, quippe qui ejus, uti dixi, negotij pars fuerit, quam nostro qui res tunc actas ex famâ, nec eâ satis explicatâ, videtur accepisse. Prima discrepantia in nomine Ducis Hostium est: quem noster Manuelem vocat. Contrà Georgius Acropolita Hist. cap. 71. Theodorum appellat. sic enim ibi scribit: ὃν δὲ ὁ ἡμέτερος τῷ δεσπότῃ Μιχαὴλ υἱὸς Θεόδωρος. *Erat autem is quem dixi defectoris Michaelis nothus filius Theodorus.* Dixerat verò antea Ducem Copiarum Michaelis Despotæ rebellis occurrentem Michaeli Palæologo hastâ percussum ab eo & equi sellâ excussum, ὁ μὲν τοῦ Κομνηνὸς Μιχαὴλ (nam ut supra monui Michaelem Palæologum Acropolita semper Comnenum vocat) τῷ ἀσφόρῳ ἐφιππάζοντι ξυστεύσας, ἐκάλυψε τῷ δόρατι, καὶ ἐπὶ τῆς ἐφεστρίδος. Sed levè id discrimen vocabuli videri potest. præut in re ipsâ dissentit ab Acropolitâ Pachymeres. Siquidem hic non Theodorum à Palæologo impulsum hastâ & loco motum, sed vice versâ Palæologum à Theodoro. ut patet ex his verbis: ὅτι καὶ ὁ τοῦ Δεσπότου Μιχαὴλ ὑπὸ τοιούτου παιδὸς Μανουὴλ τυχὸν ὑπέστη

Cui

ζωὴ ἐκαυτῷ στρατιώτῃ, καὶ συμπλακεὶς τῷ πολεμίῳ, τὰ πρῶτα μὲν ἐμέσῃ χωρίσας τῷ ἵππῳ μένῃ, τῷ κόπτῳ ζωνυθεὶς καὶ ξίφει &c. Addit à restituto in sellam, unde fuerat dejectus, Palæologo Nothum Michaelis Despotę filium lethali percussum ictu nequivisse parem reponere. quæ significant manu & ferro Palæologi cecidisse Theodorum sive Manuelem istum Nothum. Id verò pernegabit qui mecum existimaverit Acropolitæ potiùs credendum, tantum non his præsenti, quippe hujus socio militiæ. Is enim disertè affirmat: Excussum sellâ Theodosum moxque è lapsu sublevatum, accurrisse ad Comnenum & suppliciter deprecatum necem. Comnenum autem ignorantem quis hic esset, tradidisse ipsum Turco cuipiam, qui eum interfecit. τὸ παιδίον γοῦν αἰτεῖ ὅστ' (Theodorus Nothus) πρεσβεῦσαι τῷ Κομνηνῷ Μιχαὴλ, καὶ ἐδυσώπει μὴ φονεῦσαι. ἠγνόει δ' τοῦτον ὁ Κομνηνὸς, καὶ ὅστις ἦν οὐκ ἐπύθετο. ἔδωκεν γοῦν αὐτὸν Τούρκῳ τινί. καὶ ὃς πεφόνευκε τοῦτον. Porrò quod σκότιον obscurum hunc Michaelis Despotæ filium noster dicit. ad illegitimorum natalium ignominiam pertinet, quam idem & alibi, ut infra cap. xxxi. pag. 50. solet istâ renebrarum mentione designare. alludens opinor Homeri locum Iliad. ζ de Bucolione Laomedontis filio Notho:

Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος
Πρεσβύτατος γενεῇ. σκοτίῃ δέ ἑ γείνατο μήτηρ.

Ad quem locum vetus Scholiastes: σκότιον οὐ λαθραίας μίξεως ἀλλὰ λαθραίας τελετῆς, καὶ οὐκ ἐν τῷ κατὰ νόμον γαμηθείσῃ. ἀλλὰ δὲ ἀδαδουχήτων γάμων. ubi eleganter causam innuens cur obscuri dicantur illegitimi, id indicat ex eo factum quod non ex conjugio solemni facum genialium prælatione illustrato: sed furtivo captatis tenebris concubitu nati sint. Istius originationis verbi σκότιος illegitimis aptati, quod ἐξ ἀδαδουχήτων γάμων orti sint, Autorem Eustathius pag. 622. Ed. Rom. allegat Apionem veterem magni nominis Grammaticum.

CAP. XI.

Quæ hoc capite narrantur de capto vinctoque per Chadenum Palæologo, deque præsagijs Imperij eâ occasione illi oblatis, eorum nec vola nec vestigium cernitur apud Acropolitam: opinor ideò quod ille per id tempus in Expugnatione Prilapi Castri captus, & longo tempore custodiâ detentus ab Hostibus, ut ipse docet Hist. cap. 62. ista non viderit. Gregoras quoque de his tacet, multò leviori, ut ex cæteris apparet, tinctus notitiâ rerum Michaelis Palæologi, quas qui plenius hoc nostro tradiderit, frustra quæretur.

CAP. XII.

De morbo & morte Theodori pauca penè perfunctoriè scribit absens tunc ab Aulâ Georgius Acropolita, in his immorari potissimùm solitus quæ spectavit præsens. Brevissimè item id transigit Gregoras.

Pag. 18. *In innoxia pertractatione ferri candentis*. Id ferrum in græco vocat Pachymeres μύδρον ὃν πυρὸς ἤδη ζέοντα, potuit sufficere vox μύδρος, quam vetus Scholastes Sophoclis interpretatur πεπυρακτωμένος σίδηρος. & Hesychius σίδηρος πεπυρωμένος, sic enim rescribendum pro πεπυρωμένος. Fuit hæc prava sine dubio innocentiæ probandæ ratio, meritò in Iure Canonico proscripta Cap. *consuluisti*. Cap. *Mennam* 2. q. 5. Et Cap. *Delicti* extra. de purgatione vulgari. Cap. *Sententiam* ext. Nec eam noster probavit, sed tantum retulit quid fieret: etiam alibi, nempe lib. ii. cap. 1. gratulans tanquam emendato Reip. statu quod ista desijsent fieri. Michael quippe Palæologus ante Imperium adhuc Despota, cepit abolere usum adigendi homines ad istud periculosum experimentum, quod jam privatus prædamnaverat. Refert enim Acropolita Histor. cap. 50. pag. 53. Edit. Reg. cum Phocas Philadelphiensis Metropolita jussu Imperatoris Ioannis Batatzæ Michaeli Palæologo perduellio-

duellionis ſuſpecto purgationem per ferrum candens præſcripſiſſet, ſic eum elloquens: Δέ σε τῷ μύδρῳ τοῦτῳ ἀλησκαι ἀδικηματος. Reſpondiſſe Michaelem: ἐγὼ μὲν ἁμαρτωλὸς εἰμὶ οὐδαμῶς καὶ φαυερὸν ποιῶ τὸ δυνάμαι. εἰ δέ μοι συμβουλεύῃ Μητροπολίτης ὢν καὶ θεὸν οὐδαμῶς τινὶ ἀδικῆσαι, εἶδι σοι μὲν ὡς τοῦ ἱεροῦ σου πάσχων σοῦλω καθὼς ἔσθας ἐν τῷ θείῳ εἰσέρχεσθαι βήματι καὶ ἐπιτυγχάνειν Θεῷ. εἰ δὲ τοῖς σοῖς χερσὶν ἐκπύρωσόν μοι τὸν σίδηρον, ὡς τὸ θεῖόν ἐφασεν ῥῆμα.... καὶ τοῦτο δὲ τοῖς ἱεροῖς σου χερσὶν βάψῃς τὴν χεῖρά μου τὸν σίδηρον. &c. Petebat nimirùm ut Antiſtes priùs ipſe ignitum ferrum nudâ manu otioſè tractatum in ſuam deponeret: quod Metropolita recuſans: hunc morem eſſe negat Romani aut Eccleſiaſtici uſûs; ſed barbaricum; excuſans ineluctabili ſe Imperatoris autoritate ad iſtam illi purgationem indicendam adigi. quam tamen Michael recuſavit conſtantiſſimè. Videri poteſt ex reliquijs hoc ſuperfuiſſe Ethnicæ, & quidem per antiquæ ſuperſtitionis. Nam Sophocles heroicis jam temporibus Oedipodarum Thebis regnantium exerceri ſolitum indicat, dum in Antigonâ facit unum Cuſtodum quos Rex Creon appoſuerat cadaveri Polynicis ut ſepeliri prohibetent, poſtquam id ab Antigonâ opertum humo fuerat, factum Regi referentem, & magnoperè excuſantem id citra ſuam & ſociorum conſcientiam actum, hæc dicere:

Ἡμᾶς δ' ἕτοιμοι κἀν μύδρους αἴρειν χεροῖν
Καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὀμνύναι,
Τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε τῷ ξυνδρᾶσαι
Τὸ πρᾶγμα βουλεῦσαι, μήτ' ἀρχᾶσαι μόνῳ.

Offert ſe & ſocios ad contrectandum ferrum candens in probationem innocentiæ: Scio ex vetuſtiſſimis ejus loci Scholiaſtis unum, hoc ad quandam jurisjurandi ceremoniam referre. Sic enim ibi annotat: Εἰώθασι γὰρ οἱ ὀμνύοντες τοῦτο ποιεῖν. μύδρους γὰρ ἄρασθαι ἐναφεθῆναι μέλλει τὰ ἴχνια ἕως αὐτοῦ φανῆναι. καὶ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς θάλασσαν. *Solent enim* (inquit) *iurantes ſublata ferri maſſa & in mare iactata proteſtari manſuram ipſis iuratorum fidem, quoad id pondus è mari emerſerit.* quod nunquam ſcilicet futurum ſit. Ita ille: quod ferri poſſet ſi μύδρος non ſignificaret, ut ipſe docet, πυρακτωμα σιδήρου. Nam quid ardor hîc faceret, ubi pondus ſolum in maſsâ ferri requirebatur? quare verior eſt altera, quam mox ſubijcit, ſententia. Εἰώθασιν, οἱ ὀμνύοντες καὶ πίστις δίδοντες μύδρους βαστάζειν, καὶ πῦρ ὑπερβαίνειν. οὗτοι γὰρ μὴ ἐνόχους τῷ ἁμαρτήματι ᾠοντο καὶ ἐν τούτοις μὴ ἀλγεῖν, *Soliti ſunt iurantes, & fidem dictorum facere ſtudentes, ferri maſſas ignitas portare, & ſuper prunas ambulare, exiſtimantes citra ſenſum doloris id facturos eos qui nullius ſibi conſcij fraudis ſint.*

Quod Sanctum vocabant. Etiam Acropolita loco laudato pag. 53. ferrum candens quo ad ejuſmodi purgationes utebantur Ἅγιον *Sanctum*, vocari ſolitum indicat. In Galliâ tamen *Iudictum* appellabatur, ut intelligimus ex formulâ quadam purgationis iſtiuſmodi illic uſitatæ quam profert Petrus Loyerius ex S. Mauritij Andegavenſis Tabulario, & ex eo recitat Delrio tomo 2. Diſq. Mag. lib. 4. cap. 4. q. 4. ſect. 3. ubi legitur: *Sponte ſua ſe Iudicium portaturum manu ſua obtulit.* & infra: *Poſt Iudicium portatũ Tetbaldus ille, Deo propitiante, illeſus & ſanus omninò apparuit. Viderũt autem Iudicium portari, vel manũ tertia die de more reguardari ferè univerſi homines &c.*

Triduò priùs cuſtoditus, & manu involuta &c. Hoc ipſum eſt quod modò innuebat formula Andegavenſis, illis verbis: *manum tertia die de more reguardari.*

Arripiebat ignitum globum. Sic μύδρος hîc verti, quod non ſolùm materiam ignitam ſed figuram orbicularem aut ſphæricam eâ voce indicari quidam veterum ſignificent, ut Anaxagoras apud Laërtium lib. 2. dum Solem vocabat μύδρον διάπυρον. Vnde crediderim maſſas iſtas ubi μύδροι vocabantur, nempè in Græciâ, globoſæ formæ fuiſſe: non neſcius alibi, ut in Germaniâ maſſas candentes alterius figuræ ad ejuſmodi probationem adhibitas, nimirùm vomeres: qualium ſex candentium ar-

reptu portatuque innoxio S. Chunegundem Vxorem S. Henrici Imper. virginitatem probasse, memorant Annales Bojorum lib. 9.

Nudâ manu. Supinâ scilicet. quod significans Pachymeres superius posuit: χάρι κινήσαντες.

Vidit qui hæc scribit in ætatem iam tum puberem adultus. Pachymeres ubi Constantinopolim venit, statim ab eâ è Latinis recuperatâ, undeviginti annos erat natus, ut ipse ait lib. 1. cap. 1. contigit id ann. 1261. ut lib. 3. dicemus. quatuor aut quinque ante hoc annis imperante Theodoro hæ probationes per ferrum candens Nicææ frequentabantur, ubi eas ille 14. aut 15. jám annorum Adolescens spectare potuit.

Quosdam citra ullam defunctos noxam candentis metalli tactu. Hoc fiebat (si tamen magicæ artes aberant) Deo miserante infelicem innocentum necessitatem, non autem approbante perversum usum talia jubentium. Vide, si lubet, apud Cantacuzenum lib. 3. cap. 27. pag. 439. Edit. Reg. mirum exemplum Mulieris adulterij reæ, sed pœnitentis, quæ sic se innocentem Viro probavit. Et alia quadamtenus similia apud Cæsarium lib. 3. Miraculorum, quæ inde recitat Delrio loco jam indicato pag. 321. Edit. Lugd.

CAP. XIII.

Vbi legitur in nostris editis εἰς ὁ λόγος σπουδασμα. Cod. Barb. aliam suggerebat Lectionem non improbabilem ὁ σπουδαζόμενος.

CAP. XIV.

Quod duo Codd. optimi Barber. & Allat. habent: καὶ ἀλασίους περὶ ἐαυτὸν ὄντ. Vatic. reddit. καὶ ὄντ θυμώδη. Nempe ἀλασίω minùs usitata vox visa à Paraphraste aut Interpolatore potius quàm Exscriptore, in tritiorem usu notioremque mutata est: prout passim deinceps idem solet. quæ singillatim notare nimis longum foret.

CAP. XVI.

Hujus Concionis à Muzalone Protovestiario habitæ sententiam breviter comprehendisse visus est Nicephorus Gregoras lib. 3. pag. 30. dum sic scribit: Ταῦτα ἔτι ἐλελήθει Μυζάλωνα· δήπου μὲν ὁ αὐτὸς καὶ παρὰ τοῦ Σωμάτων διώκτου. πότε δὲ καὶ τὸν προγμάτων ζέοντα, καὶ ἀγανίαν μεγίστην τὴν τότων ψυχὴν παροξύνοντα. Συναπήγε δὲ αὐτὸς ἐδόκει πολλῷ ἑαυτῷ. καὶ δὴ πλησιάζων ἐς βασιλεῖον ἅπαντας μεγίστους Συνθρόνους, δεξίαν τε ἐδίδου τοῖς ὅλοις. καὶ ἀπὸ τοῦ ἤθους παρέφερε πρὸς ὁμιλίαν. καὶ δήλος ἦν ἐπεχαίρων ἀσμένως τῷ Συκλητικῷ πρὸς βασιλέως τὸν τε κηδεμόνα πραγμάτων, καὶ αὐτῷ δὴ τῷ παιδὶ τῷ Βασιλέως. Hæc ibi. Ex quibus patet Georgium Muzalonem Protovestiarium benè intelligentem quanta in eum flagraret invidia, ad Principes in Senatum convocatos cùm submissè atque obnoxiè locutum; tùm seriò deprecatum nimios honores quibus esset homo novus nobilissimis prælatus, ultrò abdicationem administrationis Reipublicæ, & tutelæ Pueri Augusti obtulisse. Vnde apparet vel hanc esse ipsam ἀπόχρημα Muzalonis orationem cujus exemplum Pachymeres nactus huic loco inseruerit. vel si ab ipso conscripta est Pachymere, aptè ab eo ad verum efformatam. Acropolita de his silet, ac solitam diligentiam remittere videtur in istis initijs Imperij Michaëlis, vitans ut opinor tanquam scopulum nefariam oppressionem Pupilli Ioannis ne Imperatorem Michaelem, cujus nunquam sine elogio meminit, vitupérare cogeretur. Quæ ratio fortasse illum impulit ad metam Historiæ suæ figendam in recuperatione Vrbis, quæ Ioannis excæcationem haud longo spatio præcessit, ut libro iii. harum Observationum demonstrabimus. Nec abest à verisimili sensisse Acropolitam, quippe hominem politicum in paucis;

quàm

quàm esset meritò suspectus Michaël Palæologus procuratæ clàm eversionis ac cædis Muzalonum, cujus ideò catastrophes apparatûs ac causas disquirere curiosiùs omiserit, in Opere ad gratiam ut apparet Palæologæ familiæ tunc regnantis edito. Suspicionis ejus (prætet Cassianam conjecturam ex successu petitam, quæ si eum onerabat cujus fructu ac bono maximo amoti è medio Muzalones fuerint, neminem magis infamabat quàm Michaelem, cui aditus ad Imperium hoc facto patuerit) etiam fundamẽtum aliud Pachymeres suggerit; sub finem capitis xviii. in hunc modum scribens: Αἰτίαν δὲ ἔχειν αἰς τοῦτο, ὡς ὁ τοῦ πολλοῦ λόγου ἔχει, ὁ τοῦτον τὸν φάλαγγος ἀπηγμένου. ὃς καὶ πάλαι μὲν ὑφεωμένους ἐκεῖνον, τότε δ' ἀσφῶτας πλέον αὐθύνας τῷ φόβῳ, καὶ δρασείοντας τὰ ἐπίπεδα, ὧν εἴθισται ἐρίζητε ἢ φόνου ἔπιθλιπτον καιρὸν ἔχοντας· καὶ ὁ λόγος ἐκ τοῦ ὕστερον φέρει ὃ πθανόν. νῦν γὰρ ἐπόλμων ἐμὲ μὴ λύειν ἀσεβιβάστους ἔχοντας, ἀλλοεθνῆς ὄντας καὶ ὃ πλέον ἐπάλληλος &c. quæ significant; jactatum jam tum arcanis susurris plerorumque: cædem Muzalonum ab Italicâ maximè Militiâ patratam, haud sine conscientiâ & tacito impulsu Ducis hujus generis Militum videri attentatam. Non ait hîc quidem nominatim quis iste Dux fuerit. Sed superiùs cap. vii. jam dixerat: Italicas omnes Copias Michaëli Palæologo, ut Magno Conostaulo, fuisse subjectas. unde constat hoc loco designatum Michaelem: tacito tamen ejus nomine, ad vitandam scilicet offensionem imperantis Domûs.

CAP. XVII.

Pag. 27. *Cuius Vxoris Avunculum se meminerat*. Conjugem Protovestiarij Muzalonis Gregoras lib. iii. pag. 29. solùm ait ex Imperatorio genere fuisse: gentem non exprimit. Diligentiùs noster jam superiùs cap. viii. scripserat, fuisse illam Cantacuzenam ex Patre, Michaëlis Palæologi Sorore genitam, nomine Theodoram. Verè ergò scribit noster & hîc & sub finem cap. xix. Michaëlem Palæologum θεῖον hoc est, Avunculum fuisse Vxoris Muzalonis. quamquam mihi posteriorem locum interpretanti Patrui vocabulum pro Avunculo excidit: quod precor Lectorem ne corrigere gravetur.

Pag. 28. *Simile fuerit ac si de mortuis cur decesserint anxia instituatur inquisitio. Vt enim ibi fatalis necessitas causam absolvit* &c. Mentio hic fatalis necessitatis ad mortis inevitabilem certitudinem pertinet; non autem opinor, ad astruendum impium dogma libertatem Arbitrij, quam doctrina Catholica tueri jubet exterminans perperàm assertâ causarum æternarum obvia quæque ineluctabiliter rapientium invictâ quadam vi. Si tamen hîc aut alibi noster Historicus aut ipse affirmat quidpiam, aut alios ajentes refert, in quo ejus proscripti ab Ecclesia erroris vestigium aliquod deprehendatur, memi nerit Lector Catholicus nihil præjudicare contra Orthodoxam veritatem quaslibet Schismaticorum opiniones. Nam ut in Præfatione præmonuimus hic Scriptor schismaticus est.

CAP. XIX.

Quæ Vrbs scenam dederit huic Tragœdiæ, nec noster, nec Acropolita, nec Gregoras clarè, dum eam narrant, exprimunt. fuisse autem Magnesiam ex duobus argumentis colligimus. Prius est quod cap. xv. refert Pachymeres, mortuo Theodoro Augusto ejus filium ab ejus Tutore Muzalone deductum in munitissimam Arcem ad Hermum Magnesiæ. quare cum manifestum sit ex ipsâ relatione rei nono die à Theodori obitu gestæ, non longè abfuisse Ioannem Pupillum à loco ubi Muzalones interfecti sunt, oportet id factum non procul ab Vrbe Magnesiâ. Aliud argumentum sumimus, ex Templo Sosandrorum ubi piaculum illud patratum est. de quo sic scribit Gregoras lib. 2. pag. 21. de Ioanne Ducâ sive Batatze, & ejus Conjuge Augustâ Irene: Ἐδείματο δὲ καὶ ναὸς ἀμφίστοι λίαν θεσπεσίους, πλείσιν ἀναλώμασι μεγίστοις καὶ πυλῶνας τοῖς τοίχοις οἰκοδομαῖς καταστιλαχέσι. ὁ μὲν Βασιλεὺς, τὸν π

πρὸς τὴν Μαγνησίαν ἐν ὄνομα τῶν Θεομήτορος καὶ Σώσανδρα καλουμένων· καὶ ἔντος τῆς Νικαίας ἐν ὄνομα Ἁγίου τοῦ μεγάλου. En templum Sosandrorum dictū ædificatum magnificentissimè à Ioanne Batatze Augusto πρὸς Μαγνησίαν circa Magnesiam, hoc est, ut opinor, in suburbano ejus Civitatis extra ejus muros. Nam hoc exigit antithesis cum alio in honorem S. Antonij Magni, ἐντὸς τῆς Νικαίας intra Vrbem Nicæam ab eodem structo.

Pag. 36. *Impunè velut è Mysis prædam rongerebant* &c. Sic expressimus græca illa καὶ λέων Μυσῶν τἀκείνην ἐσθίων. Notum Græcorum Adagium est Μυσῶν λέων: in cujus enartatione assentior potiùs Zenobio & Suidæ passivè id de Mysis prædę sine vindice expositis, interpretantibus; quàm Diogeniano Mysos prædatores vicinorum sine Autore idoneo inducenti.

CAP XIX.

Pag. 34, *Cum pedis calceum in mortuo nigrum observassent, per errorem se in illo sævisse intellexerunt.* Existimarant hunc Theophylactum Grammaticum esse Protovestiarium Muzalonem; ideoque illum occiderant. sed cum mortui calceos nigros animadvertissent, errasse se agnoverunt. Nimirùm, ut docet Codinus de Offic. cap 4. pag. 16. Ed. 1. Paris. Τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ (Πρωτοβεστιαρίτου) μαῦρα. Hinc intelligitur in cæteris indumentis nihil tum eximium Protovestiario fuisse, quo à privato discerneretur. in quo postea mutatum quidpiam. ut enim observat idem Codinus cap. 2. pag. 8. Michaël Primus è Palæologis Imperator Prasina indumenta quæ insigne prius fuerant Protosebasti, ad Protovestiarium transtulit. Σημείωσαι ὅτι Ἐπειδὴ Μιχαὴλ τὸν Παλαιολογον ἐποίησε, ὅπερ τὸ Πρωτοβεστιαρικὸν τὰ πράσινα ἀφελών, ἐφόρεσε τοῦτα ὡς ἀνεψιὸς αὐτοῦ Μιχαὴλ ὁ Ταρχανειώτης, πρωτος Πρωτοβεστιάριος. Ita ille.

CAP. XXX.

Pag. 48. *Theodori qui ibi imperaverat* &c. De hoc Theodoro videndus Acropolita, multa de illo his quæ hîc indicantur consentanea varijs Historiæ & Chronici sui locis referens. Agit & de illo Gregoras lib. 2. pag. 11. & 12. ubi etiam adscivisse ipsum sibi nomen Imperatoris tradit his verbis: καὶ Βασιλείας ἑαυτῷ ἐπιθέτου ὄνομα: quorum sententiam non satis expressit Interpres dum vertit: *Sibi regium nomen adsciscit*, satis enim ex consequentibus apparet se illum pro Imperatore gessisse, & talem consuetis ritibus inaugurari se curasse à Bulgariæ Episcopo, ut mox docet idem Gregoras; cui noster consentiens paulò infernus, hoc capite, id factum ab Achridensi Episcopo, cui Iacobus nomen erat, tradit. Nempe Achris Bulgariæ Metropolis erat.

CAP. XXXI.

Victoria hoc capite narrata quâ Princeps Achaïæ à Romanis Ducibus captus est, proditione Ioannis Nothi, confusè ab Acropolitâ cap. 82. & à Gregorâ lib. 3. pag. 35. memoratur. clarissimè omnium eam noster exponit, indicatis ejus causis, quarum præcipua fuit contumelia Ioanni Notho illata, quam ille proditione ultus, suis Fœderatis magnam improvisò Cladem intulerit. Illud tantum à nostro prætermissum hoc loco, sed positum postea cap. xiii. lib. ii. opportunè suggerit Acropolita; Tres Romanorum Duces, quibus hic successus contigit, Ioannem Michaëlis Augusti Fratrem, Constantinum Tornicium, & Alexium Strategopulum in præmium victoriæ fuisse ab Imperatore auctos honoribus. Ioannem enim priùs Sebastocratorem, Despotam creatum; Tornicio verò antea Magno Primicerio Sebastocratoris titulum collatum. Denique Στρατηγόπουλον Ἀλέξιον (verba sunt Acropolitę) μέγαν Δομέστικον ὁ Αὐτοκράτωρ ἐτίμησε, δι' ὑποστολῆς τιμῆς Καίσαρα. *Strategopulum*

tegopulum Alexium priùs à se honoratum Magni Domestici officio, Cæsarem absentem dixit, & ipsius ipsi Dignitatis misit insignia. Hic Cæsar paulò post captus ab Hostibus, ut cap. sequenti notter tradit: sed pace factâ liber dimissus, Vrbem Constantinopolim postea recepit è Latinis. Post quod iterùm captus, & in Italiâ detentus custodiâ, inde permutatioone cum Dominâ Annâ, restitutus est Patriæ.

AD LIBRVM II. HIST. PACHYM.

CAP. I.

PAg. 57. *Modulatam tussim* Græc. ἐμμελὲς βῆχα. Consuetæ adulatorum voces. Iuven. Sat. iii.

laudare paratus
Si benè ructavit &c.

Pag. 59. *Nemo contactu ferri candentis &c.* Sustulit adhuc Despota, sed inhians Imperio Michaël iniquum usum adigendi accusatos dubiorum criminum ad innocentiam probandam ancipitibus experimentis Monomachiæ aut contactûs massæ candentis; de quibus nos supra ad cap. viii. & xii. lib. i.

Pag. 60. *Vicit tamen Divina Prædestinatio &c.* νικᾷ δ' ὅμως ὁ μέροψ. In evectionibus Hominum ad regna peculiarem semper intervenire Dei providentiam, quæ nullum eò perduci patiatur non ante sibi designatum, pro certo & vulgò noto proponit ipse Michaël infra lib. iv. cap. i. pag. 171. his verbis: καὶ θεὸν ἄπιστ' ἦν ἄλλῳ μεγίστῳ, καὶ καπνοῦσθ' Βασιλείας Ῥωμαίων πεινώμεθ' &c.

CAP. II.

Pag. 60. Quod hîc dicitur, solutum à Synodo antiqui religione jurisjurandi Michaëlem, quibus exprimitur verbis non videtur aliud sonare, quàm declarasse ipsos quid in se esset: & consultos ut Doctores respondisse non videri vinculum prioris illius Sacramenti ad hoc tempus ac rerum articulum extendi. Quamquam si Græci isti & tunc ab Ecclesiæ Romanæ communione discissi Antistites aliquam sibi jurisdictionem & potestatem ultra fas & Canonum præscriptum attribuerent, minimè id mirum esset, cum talia jamdudum impunè peccare soliti essent. Ergò & hoc ut alia quæ non pauca in hac Historiâ occurrent Schismatici Autoris vitium redolentia, citra præjudicium & cum cautione debitâ legantur.

CAP. VIII.

Loca quæ hîc citat Pachymeres ex Homero leguntur in Iliad. i vers. 440.

Νίπτω, ὅπως εἰδῶ' ἐμοὶ ἠδὲ πολέμιος.

& Iliad. λ. vers. 320.

Ἀλλά σε γῆρας τόσον ὁμοίῳ.

Ad quem postremum locum vetus Scholiastes quem Didymum quidem putaot, sic annotat: ἰσέον δ' ὅτι ὁ ποιητὴς πανταχοῦ ὃ ὁμοίῳ ὅτι τῷ φαύλου λαμβάνει. *Sciendum Poetam ubique simile pro malo sumere.* Idem tradit & Eustathius ad eum locum pag. 476. Ed. Rom. Addens & hæc: Ἀπίων γοῦν καὶ Ἡρακλείδης, φασὶν ὅτι ὁ γλωσσογράφοι ὁμοίῳ κῦ Δημήριον φασὶ ὃ κακόν &c. ibi videnda.

CAP. IX.

Pag. 67. *Sed verum est vulgare dictum: quod omninò futurum est nulla posse prudentia prævertι.* Ἀλλ' ὡς ἔοικε ὃ φασὶ πολλοῖς ὑμνύμενον ἀληθὲς, ὡς ὃ μέλλον γνώμῃ ἀποτρέπεται καὶ τῷ φρονεῖν. Semel superiùs monui si hæc ad astruendam pravam de fato humanam libertatem perimeote doctrinam, cuipiam pertinere videantur, erroribus

roribus Autoris accenſenda, ut nihil contra veri certique Dogmatis præſcribere autoritatem queant.

CAP. XV.

Pag. 73. *Nicetas Epiſcopus Heracleæ mitteretur*. Græca: Πέμπεται οὖν πρὸς τὸν Ἡράκλειας Νικήταν. Hæc ſunt ex Cod. Allatiano, & ei conſentiente Vaticano. Nam Barberinus habebat: Πέμπεται οὖν πρὸς τὸν Νικομηδείας Γεώργιον. Tamen idem Codex Lectionem Allatiani annotabat in margine. uti & Allatianus viciſſim Lectionem Barber. quare cum illi duo ambigui eſſent, ſuffragio Vaticani lis dirempta eſt; & omnium jam conſenſu probatam cunctis reſtitui Lectionem, ex ipſius ſortè Autoris correctione ortam, qui quod prius poſuerat, emendans mutaverit. certò pronunciaremus de re; ſi conſtaret, utrâ in Civitate, Heracleâ an Nicomediâ, eſſet Monaſterium S. Diomedis cujus hîc mentio.

Pag. 74. *Pontificium lituum & Candelabrum ab eo reciperent* &c. Quòd Candelabrū repetitur ab Arſenio in ſignum abdicati honoris Patriarchalis inde videtur factum, quòd apud Græcos inſigne poteſtatis Epiſcopalis Candelabrum baberetur. Nam & in Apocalypſi ſeptem Epiſcopi Aſiæ ſeptem Candelabrorum ſymbolo deſignantur. & ubi ex his uni Epheſino comminatio intentatur eripiendi Honoris, ea exprimitur his verbis: *Movebo Candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris*. Apocal. 11. 5. Ne verò quis ad hodiernam noſtratium conſuetudinem hæc exigens, ſortè arbitretur Candelabrum hîc intelligi quale præferri à Miniſtro celebrantibus Epiſcopis ſolet, argenteo manubrio cereum ardentem portans, quod vulgò in Italiâ *Bugiam* vocant, & inter Epiſcopalem ſupellectilem cenſetur: ne inquam id habere locum poſſit, obſtat, quòd Candelabrum cujus hîc & in locis Apocalypſeos laudatis eſt mentio, non cereum funale prætulit, ſed vas olei, ſive lampadem intra quam oleo innatans ellychnium flammam concèptam pinguis liquoris ſucco aleret. Tale quippe fuit Candelabrum Tabernaculi veteris Exod. xxv. 31. & quæ ad hujus exemplum Candelabra decem aurea fecit Salomon, & poſuit in Templo, 11. Paralipom. iv. 7. Itaque & in Apocalypſi Candelabra hæc λυχνίαι vocantur, quod cetigeris inſtrumentis, opinor, non convenit: uti nec quæ hîc græcè legitur vox λαμπαδοῦχος. Argenteum verò illud cerei geſtatorium à Græcis recentioribus videtur μανουάλιον potiùs dictum. Nicetas in Iſaacio & Alexio: τὸ τῶν μανουάλια καὶ κανδήλας. Anna Comnena lib. 15. μανουάλιμ appellat Candelabrum ante Imperatorem præferri ſolitum, cum funali ſcilicet & cereâ candelâ. quod ſi Candelabrum quoque Pontificibus prælatum, uſu ſimilium rerum vocabula vulgante, reperiatur μανουάλιον, & ipſum dictum à Philotheo in Diaconico, tamen non illi cereus, ſed lampas imponebatur, ut idem ibi obſervat: καὶ ὁ Διάκονος (inquiens) ἵστατω δεξιόθεν αὐτοῦ κατέχων μανουάλιον μὴ λαμπάδος ἡμμένης. Proprium ergò videtur Eccleſiaſtici & Epiſcopalis Candelabri lampadem cum oleo geſtare. unde ſortè apud Zachariam Prophetam cap. iv. Olivarum cum Candelabro mentio jungitur. Huc crediderim alluſiſſe Syneſium dum Epiſcopatum ἐλαίαν & ἐλαίας, *Olei & Olivæ* ſymbolis adumbravit. Scribens enim ad Amicum qui ſui rationē abſentis haberi Comitijs Epiſcopalibus cupiverat, nec compos optati erat factus, ſerumque nec ſpei affine jam id votum erat, quòd omnibus vacuis Sedibus impoſiti Præſides Epiſcopi fuiſſent: idipſum indicat ænigmaticè his verbis: ὁ γὰρ ἔλαιον οὐκ ἀξιοῖς &c. & paulò poſt ὑπὲρ ἐλαίας τῆς ἔξω ἐνοφθαλμισμάτων ἐστεμμένης. . . . ἐφ' ἧπερ αὖ ὁ πάνυ φίλος ἐγκεντρωθείη. At melius fuerit totam iſtam Syneſiani verè characteris Epiſtolam, quæ inter editas non comparet, ex optimo Vaticano Codice hîc deſcribere, adjunctâ noſtrâ Interpretatione Latinâ: ſic igitur habet:

ΣΥΝΕ-

ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ρκγ.

Πρὸς τινα τῶν ἑταίρων Ἐπαρχεῖον ἐπιμαρτύρασθαι μακρόθεν αἰτήσαντα, καὶ τὸν τῶν Ἐπισκόπων ἀποκαταστῆσαι.

Τὸ σοφώτατον γράμμα, ὃ μάλα μὲν ἐμμελὲς, μάλα δὲ ἰσχυρὸν, ἀλλὰ καὶ μάλα λιτὸν, ὃ δή τοι ὁ θαυμασίος σοι νῦς ἀπέτεκε, ἡμῖν κομιδῇ ὤφη σί τε τὰ μέγιστα, καὶ ἔστιν ἅμα διπλῇ. τῷ τε σῷ ἑρίσαι, καὶ κομιδῇ τῷ ἐπαρκεστάτῳ ἑταίρῳ, καὶ τῷ μὴ σχῆσθαι ὅπη δημιουργήσαντα τὰς χάριτας. ἐμοὶ μὲν δ' ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλο τι μᾶλλον ἐφεῖσθαί σε καὶ τολμηρότερον, ἢ πρὸς αὖ, εἰ μὴ πόθος διέκειτο παρελθὼν, ἀεὶ δὲ ἔχων καὶ τὸ πρόφρον διεσῶσε ξυνάπτειν. καὶ τὰ πρὸς ἄλλα ἐναντίως ἔχοντα πολλάκις συμφέρει, συγγνώμην τῷ πράγματι προσπάσασθαι, μὴ τῆς νεμεσᾶν δικαίου ἐμπόδιον τῷ ἡμᾶς ἐπαινεῖν. πρὸς ποῖον; ἴσως ἐρεῖς, ὃ πρὸς τηλικοῦτον ἄνδρα, μύσταις, εἰπεῖν οὐκ ἔστι τελεσθῆναι (ὃν εἰ ἴδοι Δημοσθένης, μᾶλλον ἢ ἡμᾶς, ἔφη, Ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἥκειν.) γλαῦκα εἰς Ἀθήνας ἀποδοῦναι τῷ ἡμετέρῳ, τῷ πάλαι μὲν ὑδ' ἄκρῳ λιχανῷ τῶν κρεῶν μεταποιεῖσθαι, νῦν δὲ καὶ λίαν ἠχοϊσμένῳ, ἢ μόγις αὖ σίδηρος τῷ σιδήρῳ ἀκόνῃ κονᾶται. ἐγὼ σοι καὶ παῖς ἐκμυθούμην ἰδίως ἐμοί, ἐς νῦν μᾶλλον ἔτι κινδυνεύων κύριος, εἰς ἅμαρτε, γίγνεσθαι. τοῦτό σοι καὶ παλαίζειν ἡμᾶς ἀνῆκεν, ἀλλ' οὐκ ἀδαμαντίζῃ πάθην, οἷς ὕδε συμπίξαι τῷ γέροντι βελτίστῳ ὅπη μοίρας ὑπεῖκε σοι (ἵνα ἡμῖν τι τῆς Βαρβάρων μέρος ἐπιδόσει τυχὸν ἀποσμιλεύθοιτο, καὶ ἔτι τῆς μακρᾶς χράσου τὰ ἡμῖν ὀκταίη καὶ βεκχύ) νῦν ὅπη μὴ καιρίαν σοι δοκοῦσαν ἀφαιρεῖν, μᾶλλον τῷ σεμνῷ παλαίζῃ παρέχεσθαι. ἐγὼ δ' ἔλαιον, οὐ τὸ ἀξιοῖς, καίτοι ἔλαιον, ἢ τῶν ἐλαῶν, δι' ἀκριβοῦς ἄχθος, πρὸς τοῦτο ἔνα ἀμβλῦναι, καὶ χώραν μεμψιμοιρεῖν, ὡς ἡ τῶν πραγμάτων ἔδυκε φύσις, ἔδει τὰ πρὸς χρεὼν κατίσχειν. οἶνον δ' ἐλαίας τίς ἔστιν ὀφθαλμισμάτων ἐστερημένῳ (ἐπάρχῳ δέ μοι καὶ μικρὸν τῆς κοινῆς γλυκύτητος χαριεῖσθαι) ἐφ' ἧπερ αὖ ὁ ἰδὼς φίλος ἐγκεκτημένος. πεπαίσθω δὲ ἐκεῖσε,

SYNESII EPISTOLA CXXIII.

in Cod. Vat. num. 93.

Ad quendam Familiarium qui Episcopatum absens ex longinquo petierat: Post constitutos in Ecclesijs vacantibus Episcopos.

Sapientissimum scriptum, cum valdè concinnum, tum valdè breve; sed & valde argutum, quod Tibi mirifica Mens peperit, ad Nos delatum delectavit maximè, placuitque duplici simul nomine: quòd & ab optimo, eodemque laudatissimo Sodale; & quòd cum plurimâ conditum extaret gratiâ. Quin & penè provocavit ad aliud quid majus audaciusque tentandum: quod utique, nisi amor vetus, utpotè vim habens longè dissita conjungendi, adversáque invicem plerumque conciliandi, veniam facto deprecaretur, parùm abfuit quin nos in eorum ordinem redigeret, quibus jure meritoque succenseatur. Ad quidnam? fortassè quæres: nempe ad, cum tanto Viro, haud scio an non interiùs quâ quivis alter Musis initiato (quem si videat Demosthenes inter nos, dicat Mercurij facundi simulacrum ad nos venisse) comparationem & commutationem attentandam nostræ hujus quam vides linguæ, nec olim exquisitioris elegantiæ vel per summi explorationem digiti gustu imbutæ, & nunc longâ rusticatione sic agrestis redditæ, ut vix sciat scapham scapham dicere. Confiteor enim Tibi vitium tacitum & clàm in sinu habitum; nunc ita invalescens fato quodam meo, ut periculum sit ne in solidum mei deinceps dominetur. Habes unde persuadearis miserari nos potiùs quàm felices prædicare; quibus ne cõtigerit quidem cum quoquam ex optimo illo vestro genere ac ordine Politissimorum congredi; cujus usu attrituque nos è fæce Barbarorum, abradere aliquantulum possemus de pingui hoc succido pastoritij horroris, quo vestrum, delicatè mundorum, nitorè offendimus. Sed majorem istâ priori miserandi ac dolendi causam offeret, quod modò accidit: Petitionem videlicet tuam ad tempus non occurrisse. Nam oleũ quod tu petis, & ego velim, aut, ut verè dicam, in votis habui, ad aliquem istùc talem qualis tu es transire, detentum in loco, prout re-

rum

rum natura tulit, collatum in usum est. adeoque nec oliva jam super ulla est, supra quam inoculationi locus vacet (sioe enim nec exiguum quid linguæ communi indulgere) cui dulcis Amicus inseratur. Plena enim unaquæque est: jamque fructum edere pro se singulæ inceptant. Hæc quidem hactenus. cætera Tabellarius præsens exponet; & quomodo quæ postulasti opportunitatem non inveoerint, utique ad liquidum ediscret. Vale: & bono animo incumbe in dudùm captum ad omnem Philosophiam impetum,

καὶ καρποδοτεῖν ἕως οἷον τε ἤδη ἀπαρχέσθω. καὶ τἄλλα μὲν δὴ τἀῦτα. τὰ δ' ἄλλα δὲ καὶ ὁ καιρὸν δηλα ποιεῖ. καὶ ὅπως ἅπερ ἤπασας σὺν ἔχῃς καιρὸν, ταχ' ἂν σοι διηγήσοιμαι. ἔρρωσο, καὶ ὁλόμυα φιλοσοφίας ὑπίσω ἀνατεινάμενος.

CAP. XIX.

Valdè videtur notandum somnium hoc propheticum oblatum Ioanni Vecco, & testimonium quod illius fidei ac veracitati Pachymeres, illi aliàs, ubi de conciliationis Ecclesiarum negotio agitur, parùm æquus, reddit; dum eum φιλαλήθη εἰς πᾶν πρᾶγμα λεγόμενον fuisse dicit: hoc est, veritatis amantem, & cui tutò quod affirmabat crederetur. Vnde intelligimus quæ ille deinde multa magnáque pro Latinis contra Græcos scripsit & dixit, quàm ab omni exceptione fraudis & fuci aliena debeant haberi.

CAP. XXI.

Pag. 80. *In suburbio cui nomen Hebdomum.* Fortè aptiùs scripsissem *in Suburbano.* Nam suburbium videtur locus Vrbi admotior, quàm hîc indicatus, quippe ad septimum situs lapidem. nondum tamen me ipse coodemno, qui sciam in maximis & regijs Vrbibus Suburbia interdum ad decem & ultra milliaria extendi continuâ fere serie Villarum. Romæ sanè longiusculè procurrisse ab Vrbe Suburbia jam tunc ævo Ciceronis indicio est quod legimus Philipp. xii. *Hisce ego me vijs committã, qui Terminalibus nuper in Suburbium, ut eodẽ die reverterer, ire non ausus sim?* Vtut de hoc sit. illud quidẽ certum est, Hebdomoo de quo noster hoc loco, nomen fuisse Suburbani Cõstantinopoli disiuncti miliaribus septem, prout eruditè demonstrat Nicolaus Alamannus Notis ad cap. 15. Historiæ Arcanæ Procopij, ex Socrate, Sozomeno, & Idatio.

CAP. XXIV.

Postquam res Persica, quod hîc narratur, succubuit Tocharis, videtur contigisse quod noster libri 1. cap. vi. retulit: ut pugnaces quidam Persæ parêre Tocharis dedignati, Arces Romani limitis vexare ceperint, quas & tandem expugnarunt.

CAP. XXV.

Non inde ad proprium victum sumere &c. Græcis illis respondentia: φέρητας δ' ἔχωθεν ὀπισθεν σπίζεσθαι. Hæc videntur à Paraphraste Vatic. noo intellecta, ut non rarò aliàs aberrat. pro his enim sic ponit: φέρητας δ' ἔχωθεν, ὅ μὴ ἀγοραῖς τῷ σίτῳ χρῆσθαι· ὅ δὲ πλέον πάλιν ὀπισθεν σπίζεσθαι. Atqui ὅ ἔχωθεν ex mente Autoris ad σπίζεσθαι refertur: ut voluerit Ioannes Imperator Bajulos frumenti reponendi in Arcibus, nihil inde obiter minuere ad proprium victum, sed ijs aliunde assignari unde in tali viâ ac ministerio vescerentur.

CAP. XXVI.

Pag. 90. *Ibat enim unà cum ipso idem ille Cutritzaces peritissimus locorum.* Mentio Cutritzacis in Græcis editis non comparet, illa enim expressa sunt ex Cod. Barber. & Allat.

& Allat. quorum in neutro legitur. Supplevit autem rectè Vaticanus. est enim ad sententiam explicandam neeessaria. Ille sic habet: Ὅμως ἀυτὸς ἔστ' ὁ Κυρινζάκης τῶν τόπων καλῶς ἐπισάμενος. ex quo nos totum locum sic restituendum putabamus: Τοῖς Ὑποδεξομένοις παρεσκεύασεν, ὁμῶς γὰρ ἀυτὸς ἔστ' ὁ Κυρινζάκης δὲ αὖθις τῶν τόπων ζωήρεα. quæ inserere contextui non ausi, tamen interpretando expressimus. Manifestè quippe manca est Codicum aliorum Lectio: nec sensum per se eommodum efficit.

Iam quod hic noster, *inevitabilis efficacia* esse ait *decreta providentiæ* &c. Si cui videantur ad damnatam fatalis necessitatis doctrinam spectare; repudientur & eorrigantur à prudente Lectore, juxta placita Orthodoxi Dogmatis.

CAP. XXVII.

Pag. 92. *Ergo ille circa Monasterium ad Fontem situm quiescebat continens Exercitum silentio.* Hunc Fontem & locum describit Proeopius lib. I. περὶ κτισμάτων cap. 3. dum Templi in honorem Deiparæ ibi à Iustiniano conditi meminit his verbis: Ἔστι δὲ ἱερὸν ἀυτῇ (τῇ Θεοτόκῳ) ἐν χώρῳ καλουμένῳ πηγῇ ἐνίδρυται. ἐνταῦθά ἐστι δάσος κυπαρίσσων, λειμὼν ἐν ἁπαλαῖς τοῖς ἀγρώσις πόηταις ἄνθεσι, καὶ ἀνδρῶν ἀφορᾷ τὰ ὄμματα, πηγὴ ἀλοφοπὶ ἐλύζουσα καλλιστὸν ὕδωρ καὶ πότιμον. Hæc ille: quæ sic latinè sonant, ex eleganti Interpretatione Claudij Maltreti nostri: *Eidem* (Deiparæ) *Templum aliud condidit* (Iustinianus) *apud Fontem: sic locum appellant: in quo opacissimum est Cupressetum: floribus molli solo surgentibus pratum vernat: pomis exuberat viridarium: fons tacita scaturigine lenem & dulcem aquam effundit.* Templum, ut alia pleraque, custodiendum est traditum Monachis, quibus Domicilium adstructum hîc Monasterium Fontis dicitur. Erat autem id situm, ut idem Procopius paulò post docet; prope Portam Auream. Ἄγχιστά πη τῆς χρυσῆς καλουμένης πυλῶν. Hæc est *Porta Fontis*, cujus paulò inferiùs Pachymeres meminit. Idem alibi, nempe hujus libri ii. cap. xxxi pag. 103. χρυσέαν πύλην Auream Portam appellat. Autor Pandectæ Hist. Turc. cap. 200. Selybriæ Portam dictam quoque ait: *Inde* (inquit) *pervenitur ad decimam sextam, videlicet Silybriæ, vel Selybriæ portam*, quæ à Priscis, χρυσῆ πύλη *vel Aurea Porta nominabatur. Nam extra Portam hanc est hodieque Fons, qui* χρυσοπηγὴ *vel aureus Fons à Græcis antiquo nomine dicitur, celebris in eorum Historijs, quæ sæpenumero Palatij* Πηγῆς *sive Fontis mentionem faciunt, & Templi Deiparæ Virginis ad* Πηγὴν *sive Fontem.* Ita ille.

CAP. XXIX.

Pag. 97. In his Græcis verbis: καταστὰς ἐν χώρᾳ ὑποκειμένῳ, etsi ex Codd. optimis Barber. & Allat. cum fide expressa sunt, mendum inest non dubium. quid enim illuc facit vox ὑποκειμένῳ locum occupans voeabuli, quod respondeat participio καταστὰς? Rectè igitur, & ex meliori opinor exemplari pro ὑποκειμένῳ Vaticanus ponit πτώματι, sensu jam plano, quem & nos in interpretatione tenuimus. Quæ sequuntur in ijsdem Codd. B. & A. desperatam perplexitatem habent, Autore, ut solet, tàm in delectu, quàm in collocaione verborum obviam facilitatem sedulò fugiente. Vatic. ea compendio, & clariùs de suo exprimens, sic habet: Εἴτ' ἐπί τι τῶν ἀδήλων συμβαίη, μὴ καταστὰς ἐν χώρᾳ τῷ πτώματι, ἐπὶ μὲν ὁμαλοῦ ὄντι καὶ τῷ ζωνύοντι ὃ ἀντλαμβανόμενον ἀφικνεῖσθαι, ἐπὶ τοὐναντίον δὲ βλάβῃ ἐστὶ ὃ λογιστέον. ἐπὶ δὲ λυπηροῦ τι χαίρειν ὃ ἀντλαμβανόμενον δήπουθεν ἀκινδύνως τῷ πᾶσι παρασκεύασεν πεφυκυῖαν τῶν ἀδήλων ἐκπλῆξιν ἐπιπεριέχειν. Ita ille mutans & contrahens pro arbitrio. Nos Autorem ipsum exhibemus, & quam fidelissimè ac clarissimè conamur reddere.

CAP. XXXI.

Pag. 103. *Postquam diù clausa permansserat aperta est Porta Aurea.* Sic reddidimus quod in Græco legitur: ὡσανεὶ ἡ χρυσέα πύλη χρονία. Ita clarè exprimunt optimi Codd. B. & A. Vatic. autem pro χρονία ponit μάλις. unde intelleximus velle Autorem significare post longam denique expectationem paruisse illas diù obseratas fores. More videlicet pomparum solemniorum, quibus ut Tertullianus de Mysterijs scribit initio Libri adversùs Valetinianos, *Cruciantur aditus.* quod referri potest ad moras in vestibulo hærentiũ. Paulò post idem memorat *Suspiria Portarum*, juxtà lectionem cujusdam Cod. non usquequaque fortassis improbabilem: etsi meritò Viri docti prætulerint, *Suspiria Epoptarũ*. Nam videri potuit velle Auror exprimere suspensam inquietudinem expectantium ad portas, & ad optatam eorum parefactionem suspirantium. Admonet autem, opportunè ad quod dicimus, nostrũ Imperatorem peculiari studio curasse, ut quàm maximè augusta sanctaque hæc ceremonia sui solemnis in Vrbem Regiam ingressûs evaderet. quam in rem inter cætera diuturnam istam adhibuit moram Portæ Aureæ aperiendæ, ante quam clausam persistentem, aliquot dies cum Comitatu substitit: & ipso triumphalis introitus non ante meridiem pandi voluit, ut paulò post dicitur. Nec est incredibile tantam à Michaële solemnitatem in suo isto per Portam Auream ingressu affectatam, quòd eam sibi adhuc lactenti prædictam audisset, narrante ipsi Eulogiâ Sorore. Vide rem descriptam supra cap. xxiii. hujus libri pag. 83.

CAP. XXXII.

Pag. 105. *Quos allatrari cum apparerent* &c. Sic expressimus quod Græcè ὁπόσοι ἐλακτιμένοις τῷ πλήθει. Quamquam non dissimulo ex quo jam hæc sic erant edita observasse me in Cod. antiquo ἐλακτιμένοις pro ἐλακτιμένοις. Est quidem sine dubio mendosum illud vocabulum ut ibi scriptum vidi cum o parvo in tertiâ syllabâ; cum ab ἐλαχίστος ἐλαχιστιμένοις flecti oportuerit. Cæterùm si cui magis hæc placet lectio referendum pronomen ὁπόσοι ad Venetos & Pisanos erit, quos, quia minori numero essent quã ut ab ijs timeri seditio posset, haud gravatè pateretur Imperator intra Vrbis mœnia degere: cũ à Genuensibus multitudine metuẽdis turbas aliquas timens, minimè rerum existimaret ijs Domicilia in Vrbe tribuere. quare ut deinde cap. xxxv. scribitur, ipsos primùm Heracleam Thraciæ submoverat: sed postea mutatâ sententiâ eos in Suburbium Galatam transtulit. Non pœnitet quidem me prioris jam editæ lectionis, quæ sententiam haud inverisimilem exprimit: tamen si quis erit cui plus arrideat altera, is ad eam conformare Interpretationem Latinam in hunc modum poterit: *Cæterùm Genuensibus satis fidere non poterat intra Vrbem degentibus, quòd multi essent, nec cum alijs communiter viverent, Pisanos & Venetos multò inferiores numero intra mœnium ambitum domos habere haud ægrè ferebat.*

AD LIBRVM III. HIST. PACHYM.

CAP. II.

PAg. 115. χλεστωθῶσι, hanc vocem sic emendavimus, necessariâ ut putabamus ratione; cum in Archetypis clarè legeretur χλεϑτωθῶσι.

CAP. VIII.

Quos hoc capite noster Aethiopas appellat hi erant Saracenĩ Aegypto per id tempus imperitantes, cum quibus, & S. Ludovico Francorum Regi, & alijs Principibus

eipibus Christianis Ierosolymam, & alia Palæstinæ loca occupantibus, graves dimicationes fuerunt. Aperit autem hîc clarè Pachymeres originem famosæ Militiæ Mammaluchorum conflatæ ex mancipijs majori ex parte Scythicis, quæ puerili ætate ex Euxino in Aegyptum deportata, ibi educarentur & adolescerent in Milites fortissimos, magno Christianorum damno, nec minori eulpâ Christianorum Constantinopoli dominantium, quibus erat facillimum istud exitiosum Ierosolymitano Regno commercium intercipere; nisi avaritia, ambitio, avita æmulatio Latinorum, plus apud eos quàm religionis rationes valuissent: quarè meritò Pachymeres capitibus iv. & v. sequentibus, hoc factum improbat.

CAP. VI.

Pag. 120. *Tres Reginæ*: Hoc est tres Regiæ Virgines. nam ex Regibus natas Reginas nuncupari usus jam olim invaluit, cujus exempla passim occurrunt.

Nobili Latino Maio de Belicurto. Indicat forma nominis Francum hunc fuisse: suadetque idem quòd Peloponnesо, sive Moreæ, unde hic ortus dicitur, Franci tum imperitabant.

Contum nomine Vintimilia. Nota hæc est appellatio antiquæ ac prænobilis Familiæ Genuensis, hodieque, ut opinor, superstitis.

CAP. VII.

Pag. 122. *Tertium ex quo Constantinopolim migraverant, ibi natum in Purpura, Constantinum inde Porphyrogenitum dictum*. Vides hinc non satis fuisse ut quis Porphyrogenitus diceretur, natum fuisse ex Patre jam Imperij compote, ut plerique hactenus sunt opinati, Purpuræ nomine intelligentes pannum purpureum quo excipierentur partûs Augustarum. Requiritur enim præterea nasci intra domum, quæ Πορφύρα *Purpura* vocabatur, hæc pars erat Imperialium Aedium Constantinopoli. Vnde Constantinopolim migrasse priùs oportuerat Parentes Constantini, ut is Porphyrogenitus nasci posset. Itaque Andronicus, etsi natus esset, ut Pachymeres videtur voluisse, Imperij Patris anno primo, quod discutiemus lib. iii. cap. viii. non tamen esse verè Porphyrogenitus potuit, quòd extra Constantinopolim sit natus. uti nec Theodorum Iuniorem Lascarim, etsi principio Imperij Patris Ioannis Batatzæ natum, Porphyrogenitum usquam dictum legimus. Nimirùm hæc nomenclatio ducebatur ex loco partûs, Domo cui Purpura erat nomen, sitâ Constantinopoli, in quâ partui vicinæ Augustæ immigrare erant solitæ. Anna Comnena lib. 6. pag. 166. vocat Οἴκημα ἀφωρισμένῳ πάλαι τοῖς τεκοῦσαις τῶν βασιλίδων. & addit πορφύραν δὲ τοῦτο ὠνόμασεν ὀνομάζουσι, ἐξ ἧς καὶ ὁ τῆς Πορφυρογεννήτου ὄνομα εἰς τοὺς ἐκγόνους διέδραμεν. Describit eam Domum alibi Anna lib. videlicet 7. pag. 190. & ei nomen factum ait à colore marmoris ex quo erat structa. quod dicit fuisse Româ portatum ab Imperatoribus quando Sedem Imperij Byzantium transtulerunt. Hæc verba Constantinum Magnum indigitant. Et memini legere aliquid apud Aelium Lampridium in Alagabalo, quod trahi ad istam translationem adstruendam possit. verba Lampridij hæc sunt; *Stravit & saxis Lacedemonijs ac Porphyreticis plateas in Palatio quas Antoninianas vocavit, quæ saxa usque ad nostram memoriam manserunt* (scribit hæc Autor sub Constantino cui hunc ipsum librum dicat) *sed nuper eruta & exacta sunt*. Ita ille. quid ni vero nos suspicemur, eruta & Byzantium translata jussu Constantini eò migrantis; aut potiùs credamus Annæ id affirmanti?

CAP IX.

Pag. 125. *Quo in genere Laconibus plurimis*. Græca hîc in Cod. optimo B. quem ut sæpe dixi, fundum editionis habuimus, mutila erant. hunc enim in modum ibi legitur Ὅτῳ γε καὶ Λάκωσι πλείοσι ὕστερον ὁμιλῆσαι τῶν . . . . . ἀφιγμένοις &c. Cod. Allat.

habet: ὕστερον ἐκ τῆς πόλεως ἀφιγμένους. ubi meritò quæras, ex quâ Vrbe adveniſſe hi Lacones dicantur? Sanè Vrbis nomine cum ſine addito ponitur apud hos Scriptores, Conſtantinopolim intelligi res ipſa loquitur. Ex Vrbe autem Conſtantinopoli quis perſuadere ſibi poſſit dici veniſſe iſtos, qui potiùs hîc in eâ tranſmigraſſe memorentur? Itaque rectè Vaticanus Paraphraſtes ſic hunc locum effert: ὀντεῦθεν καὶ Λάκωνι πλείονες ὕστερον εἰς πόλιν ἀφιγμένοις. unde fortaſſe corrigendus ſit Allat. Cod. repoſito, εἰς τὴν πόλιν vice ἐκ τῆς πόλεως. Sed hæc non ſufficiunt ſanando vulneri exemplaris Archetypi. nã in eo articulus maſculinus aut neuter τῶν, indicat, id quod ſtatim deeſt fœminini generis non eſſe. Ipſe igitur ſe ſuppleat Barb. Codex, qui cũ cap. vi. hujus libri iii. conſentiente ſibi Allatiano ſcribat ὁπὸ τῆς Μορέως, ſuggerit nobis, quid poſt hæc ſua verba ἐκ τῶν..... exſcriptor omiſerit ſpatio relicto. Vaticanus loco illo tertium ſe adſtipulatorem addit, niſi quod Μορέως ſcribit pro Μορέως. Profectò ex Moreo ſive Moreâ, hoc eſt Peloponneſo, veniſſe Laconas oportuit, cum ibi ſit Laconica. Translati autem inde tunc videntur, quando, ut infra cap. xv. pag. 136. noſter ſcribit: Ἄχρι Πελοποννήσου ἀμφὶ Μονεμβασίαν ζωὴ Σπάρτη καὶ Λακεδαίμονι, ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐχόντων.

CAP. X.

Pag. 128. *In Arcem Maritimam Nicetiatarum, Dacibyzæ dictam.* Videtur Pachymeres & hîc & inferiùs cap. xii. prætereaque lib. iv. cap. xxv. Nicetiatarum Caſtrum cum Dacibyzâ eôfundere, quæ tamen Acropolita diſtinguit, ſic ſcribens cap. xxxvii. Hiſtoriæ pag. 32. καὶ ὡδαμοῦ ἅμα καὶ χάρακα ἐπιβῆναι τὴν Δακιβύζαν ἐκείνου καιροῦ ἐκπεσόντα ταύτην, ἐφεστῶτα καὶ τὸν Νικητιάτην φρουρεῖν. Fortè utrique Arci commune Νικητιάτης nomen fuerit, alteri autem earum proprium, Δακιβύζης. unde Νικητιάτων, plurali numero, noſter poſuerit.

CAP. XIX.

Pag. 142. Περιπίπτει τῷ τῆς Ῥώμης Πάπᾳ καιρὸς, καὶ ἀντιβολεῖν σώζεσθαι. *Tempus eſſe procidendi ad pedes Papæ Romæ ſedentis, & ab eo ſuppliciter petendi ſalutare peccati remedium.* Verba ſunt Imperatoris, quibus offenſus duritie Arſenij Patriarchæ, ſibi confitenti crimen, & offerenti ſe paratum ad ſatisfactionem & pœnam canonicam, pœnitentiam & ſpem reconciliationis, contra Canones, negantis, ait, tempus eſſe recurrendi ad Romanum Pontificem, ad quem videlicet agnoſcebat antiquum jus eſſe provocandi ab iniquis judicijs Summorum etiam Patriarcharum. Et modus loquendi ſignificat, viguiſſe adhuc illam, etiam in Græciâ Schiſmate à Latinis divulsâ, opinionem atque ſententiam, quippe fundatiſſimam in ſacro Dogmate, & in omni memoriâ Eccleſiaſticæ antiquitatis.

CAP. XXI.

Pag. 145. *At hæc multùm illi diſſimilis filiam ex alio peperit.* ἐκείνη δ' ὁκ νοθείας καὶ μόνη τούτῳ ζυγάτηρ φυσικὴ &c. Res hîc narratur tam incredibilis ut mendum Codicis primùm legens ſuſpicarer. nec inducere poſſem in animum, Vxorem Deſpotæ Ioannis, Fratriam Imperatoris, Matronam ejus loci, non ſolùm ex adulterio peperiſſe, ſed palàm Viro tolerante educaſſe filiam ſpuriam, quæ poſtea, Ioanne ſcilicet ipſo Deſpotâ & fratre ipſius Auguſto conciliantibus, Iberiæ Principi collocata ſit. tantumne tam impune mulieribus ibi licuit? Verùm conferens alios Codices rem ubique conſtanter in eundem modum expreſsam reperi. diſertiùs etiam in Vaticano. qui ubi de Ioannis Deſpotæ caſtimoniâ diviſſet: ἐκείνη δὲ καὶ ὅ σώφρων ἐκείνῳ, ὡς ἥδεπου ἄλλῃ ἀθλίᾳ ἀνὴρ ἑτέρᾳ γυναικὶ χρήσασθαι ἢ τῇ ἰδίᾳ καὶ μόνῃ, subjungit ἀλλ' ἐκείνη ἐκ τοῦ ὡς ἐκεῖνος (vides unde ducta ſint illa interpretationis verba, *multùm illi diſſimilis*) ἀλλὰ καὶ ζυγάτριον ἀπεβήνατο νόθον, ἐκείνῃ στρατείας παρεσχημένος.

At illa

At illa non erat sicut ille: sed & filiolam genuit notham, illo bellis gerendis attendente. Cæterùm quod attinet ad hujus ex adulterio natæ puellæ nuptias ab Imperatore conciliatas cum Mepe Iberiæ Principe, agnoscere in hoc licet artem politicam adhiberi solitam à Constantinopolitanis Imperatoribus, deliniendi Barbaros, quibus expugnandis se impares sentiebant, nuptialibus pactis. Audiamus eâ de re Cantacuzenum lib. 1. cap. 39. ubi agit de Mœsis affinitate conciliatis Andronico Iuniori: Μάλιστα δὲ αὐτῶν ἔζημίουν καὶ φιλίας διετίθεντο πρὸς Ῥωμαίους τὰ ἐκ τῶν βασιλικῶν εἶναι γυναῖκας ἀγαγέσθαι ἑαυτοῖς. ἐπεμάχοντο γὰρ αὐτοῖς ὁ πόνος. & paulò post: ὃ δὴ καὶ ὁ Ῥωμαίων Βασιλεὺς εἰδὼς, παρθένους τῶν ἐξ ἀγορᾶς, οὐκ ἐξ εὐγενείας, οὐκ ἐξ εὐπατριδῶν ἡρῶν, ἐν τοῖς βασιλείοις ἐνετρέφοντο, ἵνα γαμετὰς ἑαυτοῖς ἐκεῖθεν λάβοι τῶν Σκυθῶν Σατράπας καταλύειν &c. *Maximè verò ipses deliniebat, & conciliabat Romanus, quòd ex Imperatoria Familia Vxores nanciscerentur. hoc enim ipsis in primis expetibile videtur, & contentione quantavis emi dignum.* post aliqua: *Id quod Romanorum Imperatores cum intelligerent, Virgines forma præstantes, non modò legitimè ex nobilibus natas, sed & ex parentibus plebeij generis genitas, in Palatio alebant, quas ubi res posceret filiarum appellatione honestatas Scythorum Satrapis desponderent.* Hæc ibi. cujus moris exempla in hac nostrâ Historiâ plura extant. Sic enim supra cap. 3. ad Chalaũ Principem Tocharorum Michaël Palæologus Imper. Filiam suam Notham Mariam mittit Conjugem; quæ Chalaũ mortuo, ejus filio & successori Apagæ nupsit. Et capite mox quinto Nogæ Tocharorum Occiduorum Regulo alia ejusdem Imperatoris Filia Notha Euphrosyne vocata collocatur. sic denique hîc Dynastæ Iberorum Puella adulterio Vxoris Despotæ Ioannis nata cõjungitur. ut alia præteream multa similia.

CAP. XXIII.

Pag. 149. Cometa cujus hîc meminit Pachymeres toto terrarum Orbe spectatissimus, & Scriptorum illius ævi monumentis celebratissimus fuit. De illo enim agunt Theodor. in Vita Vrbani IV. Supplementum Parisiense Rigordi cap. 175. Villanius lib. 6. cap. 7. S. Antonin. tit. 19. in fin. Bernardus Guido in Chronic. Magnum Chronicum Belgicum in Vrbano IV. Palmerius in Chronic. &c. Relatorum ab his Summam sic colligit Henricus Spondanus in Contin. Annalium, Anno 1264 (nam eo anno hic Cometa est visus) num. 8. *Cometes visus est qui ab Oriente surgens usque ad medium hemisphærij versùs Occidentem, comam protrahebat, & Iulio, Augusto, ac Septembri mense (ferè à Solstitio Æstivali usque ad Æquinoctium Autumnale) insigni magnitudine fulgens, ac speciem ingentem edens, omnes mortales in sui admirationem adduxit, in Græcia & Syria præsertim, ubi etiam cum horrore mortalium visus dicitur.* Hactenus Spondanus ex priscis Autoribus, quibus contrarium noster Pachymeres affirmat, dum hîc scribit: *Ex Occidente in ortum effulsisse à Vere usque ad Autumnum.* Græca sic habent: Ἀπὸ κομήτης ἐκ δύσεως πρὸς ἕω φανέντος καὶ λάμποντος ἀπὸ ἦρος εἰς φθινόπωρον. In duobus à reliquorum quos nominavimus indicio recedit. prius est, quod ab Occidente versùs Orientem motum Cometen dicat: alterum quod à Vere usque ad Autumnum. Cum illi contra testentur ab Oriente in Occasum processisse; & circa Solstitiũ Aestivum cepisse apparere. In hac controversiâ ut facilè adstipulemur pluribus contra unum, facit, quod etiam aliunde comperimus Pachymerem Παχυμερίστην in hujus Cometæ observatione versatum. Id enim testificatur quidam eruditus, ut apparet, ejus Lector, qui Codicem hunc ipsum quem fundum Editionis habuimus, oculis subjectum habens; tenêre se non potuit quin è regione hujus loci ad marginem adscriberet rubricâ, hæc ipsa verba: Οἱ δὲ τῶν παρισῶν. ὁ γὰρ Καμήτης, ὡς ἡμεῖς ἀντεπιθεσόμεθα, ἐξ ἀνατολῆς τὴν κίνησιν ἐποιεῖτο, ἀεί τε τὰς ὑπαδὰς φαινόμενον. διὸ δὲ καμπύλης, δίχα διαιρούμενον. ὅθεν τῶν παρισῶν. ἴσως δὲ βορειοτέρου. ὁ γὰρ βυς τῆς Ευξείνου ἄρκτου, ἔπου καὶ αἱ ὑάδες. Hæc sic latinè sonant: *Aliter hoc ac revera se habuit refert Historicus. Nam Cometa quo de agitur, prout nos propriis oculis observavimus;*

ab

ab Oriente movebatur circa hyadas apparens. Erat autem fumosus, divisus bifariàm. In illo quidem haud aberrare à vero dixerim, quod in boreali parte indicat apparuisse. Taurus enim, in quo sunt hyades, boreale signum est. Hactenus consura marginalis. quæ quod ait indicasse Pachymerem in boreali parte Cometen apparuisse, è titulo capitis sumptum est, ubi in græco legitur: *ἐπὶ τῷ φαινέντι Κομήτῃ ἐν Ζωδίῳ*; quibus congruè capitis xxv. initio scribit noster; Macedonibus & Thracibus ad Septentrionem Constantinopoli obversis visum esse Cometen infausta minari, quas minas postea Sultan Azatmus, qui Provinciarum illarum vastationi causam dedit, in rem deduxerit. quæ significant in Septentrionali Cœli parte Cometen visum. Porrò ex hâc Notâ obiter colligo Codicẽ hunc quẽ Barberinum à posteriori. Possessore dicimus, è Græciâ delatú in Bibliothecam Vrbani Octavi *τῷ μακαρίτῃ*, videri ex primis fuisse qui per Vrbem Constantinopolim vulgati sunt ab ipso Autore suam Historiam edente, viventibus adhuc multis qui rerum hâc Historia narratarum *αὐτόπται* fuerant: quorum unus lapsum Historici in relatione hujus Phænomeni ex suo oculato testimonio redarguere potuerit. qui idem quod verbum in titulo capitis positum nomine Autoris ipsius citat, ut vidimus, argumentum nobis suggerit opinandi, titulos capitum ab ipso Pachymere inditos & conscriptos, ut in Barb. Cod. & inde in hac editione nostrâ Græcè comparent, fuisse; contra quam suspicari fortè aliquis posset ex eo quod in Allatiano Cod. alioqui optimo & perantiquo, non legantur. Suadet hæc mentio Nobilis Cometæ, & tempus quo hæc scribebam mense Aprili anni 1665. similibus phænomenis suspensum, ut hic aliquid de Cometis dicam ab his quinque retrò mensibus magnâ passim Hominum admiratione & expectatione spectatis. Prior mense Novembri superioris anni 1664. cepisse apparere dicitur: sed à paucis tunc notatus, mense Decembri celebritatem est adeptus, totâ tunc Europâ, prout è scriptis undecumque vulgatis intelligitur, observatissimus. Vidimus & nos illum Romæ sæpe otioseque cum bis ter ulnarum comâ, orbe stellas primæ magnitudinis ad oculi judicium æquante, fulgore subpallido micantem, cursu errantem desultorio, mutatis in dies locis. Scripsere de illo plurimi hujus ævi præstantes Astronomi, qui meâ nomenclatione non indigent, famâ suâ clari. Duos tamen memorabo instinctu grati animi, quòd ij suos mihi ejus argumenti Commentarios donarunt, D. Ioannem Dominicum Cassinum, & R.P. Iacobum Grandamy Societ. nostræ, quorum ille Romæ, hic Parisijs suas de isto Cometâ Lucubrationes ediderunt. Addam universam ejus Observationis Historiam paucis comprehensam à nostris Mathematicis Ingolstadiensibus, qui ad me miserunt: *Anno 1664 Cometa exeunte Novembri, ut alibunde nunciatur, iam exortus, Ingolstadij 18. Decemb. 6. Mat. primò nobis visus est. infra tropicum Capricorni sub rostro Corvi, barba directè à Sole versùs occasum Hyemalem protensa, & latè qua terminabatur diffusa, 19. nubes. 20. Dec. intra Craterem & Corvum. 21. 22. 23. 24. nubes. 25. Dec. 4. mat. infra ventrẽ Hydri, quà ei Crater insistit sub eod. trop. cõparuit. caput hac die apparenti Diametro ferè par Veneri, barbã albicanti luce splendidã ad 30. Gradus evibrare visum. 26. 27. 28. 29. nubes 30. Dec. 9. vesp. in lepore velut cernitus apparuit. nã ob Lunæ vicinitã cauda videri nõ potuit. Porrò eundẽ hunc cũ priore Cometa esse, confirmant observationes Trident. quæ 28. Dec. eum propè Canem maiorem, celeriori quàm initio motu progressum, ex matutino vespertinum, ex barbato caudatum evasisse testantur. 31. Decemb. inter Leporem & Eridanum, iam multùm supra Tropicum evectus conspiciebatur. Anno 1665. 1. Ianuarij 12. noctis, ad Australem, & eadem die 9. vespertina ad borealem Eridani ripam constitit. 2. Ianuarij propè os Ceti. 3. Ianu. Ceti mandibulam attigit, syrma Orienti obversum trahens. 4. Ian. Aequatorem superavit. 5. Ianuar. 6. vesper. in cauda medio propè nucleum Cometa lucida Ceti Menkar dicta clarè resplenduit. Quod etiam Leodij, Olomucij, Viennæ, Mantuæ, Pragæ, Lucernæ, Tridenti, sub idem tempus observatum est. Vnde colligi potest, Cometam hunc carere Parallaxi sensibili: adeoque Lunæ inferiorem non esse. quantum verò supra*

Lunam

Lunam elevatus sit, ob Parallaxium incertitudinem evidenter demonstrari nequit. 6. 7. 8. 9. 10. Ianuarij per Caput Ceti tardè progressus, 11. propè anteriores Arietis pedes comparuit, cauda breviore versùs oculum Tauri exporrecta. 12. Ianuar. in genu Arietis. 13. & deinceps usque ad 4. Februarij lentius in dies inter pectus Arietis & Linum Piscium progressus, corpore multum imminuto ac syrmate breviori effulsit. 4. Februarij postremò caudatum licuit instrumentis observare. Visus tamen porrò nobis est instar stellæ nebulosæ 5. 7. 10. & 11. Februarij inter cornua Arietis & Linum Piscium. Deinceps verò etiam ab acutissimè videntibus deprehendi amplius non potuit. Hinc constat, Cometam hunc maximam Zonæ tortidæ partem perlustrasse; adeoque maiori Africæ & magnæ Asiæ ac Armeniæ parti, nunquam tamen Europæ verticalem incessisse. Hactenus Astronomi nostri Ingolstadienses de priori Cometâ. Posterior circa Kal. Aprilis ostenstandi sui fecit initiũ contrario priori exortu & motu, caudâ longiori densioriquè, de quo videnda, quæ cùm alij alibi Viri doctissimi, tùm ijdem priùs memorati Cassinus Romæ, Grandamy noster Parisijs in lucẽ ediderũt. Desijt apparere à Sole absorptus circiter diem 19. Aprilis, quo die cum S. D. N. Alexander VII. hîc Romæ in Basilicâ S. Petri solemnissimâ ceremoniâ B. Franciscum de Sales Episcopum Genevensem ritè Sanctorum Albo adscripsisset, visa mihi est hæc ἀναγωγὴ novi Indigetis Superùm Choris inserti, & evanescentis Cometæ, argumentum non illepidum Epigrammatis. & remisi me libenter è tristitiâ morosæ occupationis, in non intempestivum lusum, his extemplò versiculis pangendis:

Cum Superùm FRANCISCE Tibi tribuuntur Honores,
Abscondit tetricum sponte Cometa *iubar.*
Erigor augurio: nec iam portenta minasque
Tot Crinitarum duco timenda Facum.
Averruncus adest noxarum, & Sancta Sacerdos
Qui novus ingreditur, Monstra luenda piat;
Sume animos, Cæli Spectris exterrita Tellus:
Stat Tibi certa Salus, *dum tenet Astra SALES.*

CAP. XXV.

Pag. 153. Fatum triste atque infaustum &c. Græcè μοῖρά τις δυσχὴς. Fati mentio si cui hoc loco, & alijs hujus Operis similibus, videatur ullam affinitatem habere cum pravo & hæretico dogmate libertatem humanam sui compotem negante, reijciendum esset cum cæteris erroribus hujus Scriptoris. Vide quæ monuimus ad cap. ix. & xxvi. libri ii.

AD LIBRVM IV.

CAP. I.

PAg. 170. Oratio Imperatoris hoc capite relata obscurissima in græco est. Vaticanus Paraphrastes pro eâ quod voluit supposuit. Ego conjecturâ mentem Autoris, ut spero, assecutus, partim versione, partim ubi aliter non potui, paraphrasi, eam exposui quàm potui clarissimè.

CAP. III.

Pag. 174. *Noctu post finem Hymnodiæ.* Nam, ut in Glossario verbo Ἀνάδησις innuimus, tota nox Patriarchæ, Clero, Imperatori, & Populo stantibus illo Festo pervigilabatur, continuâ decantatione Psalmorum & Hymnorum; quæ ut tandem sub diluculum desijt, hunc loco & tempore captato Accusator Arsenij libellum delationis obtulit Augusto.

Pag.

Pag. 175. *Excludendos eos esse &c.* Græcè Τέως δικαίως ἂν ἐκκλείοιντο πάντων ἐκτὸς τῆς λειτουργίας. Vox ἐκκλείοιντο emendata à me est ex conjecturâ, cum Cod. B. haberet ἐγκλείοντο, Allat. verò ἐκκλίνοιντο; Vatic. porrò libertate solitâ pro eo verbo poneret ἀποχήσειν) : sententia verò loci manifestè postulat ἐκκλείσθαι.

CAP. IV.

Pag. 176. *Imperatori tribui Principem locum in cognitione rerum Ecclesiasticarum.* Iam monui in Glossario verbo Ἐπηιμοναρχία cognitionem istam meri ferè testimonij, nõ jurisdictionis aut decisivæ potestatis esse. Sic enim Constantinus Magnus Nicænæ, Marcianus Chalcedonensi, alij alijs Imperatores Synodis intervenerunt. missis etiam cum interesse ipsi non poterant, Delegatis à se: quod in recentioribus quoque Concilijs, puta Tridentino servatum scimus, ut in eo Legatis Imperatoris, Regum, ac cæterorum Principum Sæcularium locus tribueretur, non cum jure ferendi ad decisionem Dogmatum suffragij, sed ut testes essent Actorum, primique cognoscerent vulganda postmodum in populos; interimque autoritate ac potestate principali libertatem, securitatem, otium, decernentibus Patribus facerent. Sic in Collatione Carthaginensi, ubi causa Donatistarum tractabatur; *Cum Episcopis ingressus est* (verba sunt Epitomæ Baronianæ Spondani Ann. 411. num. 4.) *etiam Marcellinus in locum ad Collationem paratum: qui quidem nõ solùm Tribunus militaris erat, sed & Notarius, hoc est, à secretis Imperatoris; ut constat ex titulo Epistolæ Catholicorum ad ipsum ante Collationem scriptæ. nec tamen in illa Collatione Iudicis simpliciter, sed cognitoris nomen præsetulit. Ita enim nominare consuevit Antiquitas Iudices Sæculares quorum arbitrio cuncta disponerentur: sed ita ut integrum iudicium Episcopis relinquerent: nec aliquid ipsi sibi usurparent, nisi quod ad pacem ac quietum congressum pertineret, utque in omnibus pacta conventa conservarentur: in quibus rite ordinandis eidem interloquendi facultas esset; atque demum cuius alterutrius partis potiora iura essent, ex æquo pronunciare deberent. ut de his omnibus constat cũ ex ipsis Actis præsentis Collationis, tùm ex alijs diversarum Synodorum, ac præsertim Oecumenicarum gestis.* Ita Baronius apud suum Epitomatorem ex quibus cuivis esse planum poterit, quatenus se extendat hæc ἐπηιμοναρχία Princeps cognitio rerum Ecclesiasticarum Laicis Principibus concessa per Canones, & antiquum usum; de quâ hîc mentio.

CAP. X.

Pag. 184. *Cum aliquis quandam eius Epistolam protulisset, cui seipsum manu propria Athanasium inscripserat, contigit Patriarchæ quoque ipsi iuvandi eius hebetari impetum.* Athanasius, nomen erat quod Andronicus iste Sardensis Episcopus assumpserat cum abdicato Episcopatu Monasticum habitum induerat, prout superiùs narratum est cap. xviii. lib. ii. Porrò is speraverat fieri posse ut suæ istius Monasticæ professionis abolitâ memoriâ in Cœtum, ut priùs, Episcoporum admitteretur. nec enim erat facile rem sub paucis actam testibus probare. Verùm prolata Epistola quam ipsius esse nota manus proderet, cujus in titulo more antiquo suum præscribẽs nomen Athanasium se ipse pro Andronico vocaverat, argumentum id irrefragabile visum Monachatûs Andronici, cui nec ipse qui ei favebat Patriarcha resistere ausus, conatum remisit juvandi ejus, qui suâ se ipse scripturâ convinceret.

CAP. XIII.

Pag. 190. *Hæc sinistra de Germano iudicia... subiectis invidiæ facibus &c.* Hoc loco Pachymeres inter enumerandas odij popularis in Germanum causas unam ex præcipuis omittit, quod paci Ecclesiarum studeret. Vnde postmodũ ab Imperatore Romam Legatus negotiũ concordiæ ibi confecit, prout nostet narrat lib. v. cap. xvii. Quare ad hoc totum conciliationis Ecclesiæ Græcę cum Latinâ negotiũ vel plurimũ

ipse

ipse contulit. Nam & in Concilio Lugdunensi comparuit, ut in ejus sacræ Oecumenicæ Synodi Actis notatur sess. 4. Porrò antequam ad hæc adhiberetur observaverat videlicet Imperator propensionem ejus ad Latinos, observaverant & alij, qui addicti Schismati ob idipsum cum pessimè oderant: & eidem postea imputarunt quidquid in hoc genere contra eorum votum contigit. Anonymus ineditus, cujus exemplum extat apud Illustriss. Allatium in Opere de Translationibus Episcoporum; spiritu schismatico æstuans, hæc scribit: Ὁ Ἀδριανουπόλεως Γερμανὸς, ὁ ὀνομαζόμενος Μαλχουτζᾶς, ὃς καὶ λατινόφρων ἐγένετο: καὶ κατ' αὐτῶν διωγμὸν ἐκίνησε μέγαν. *Adrianopoleos Germanus, cognomento Malchutzas, qui & cum Latinis sensit, & contra Pios* (imò impios Schismaticos) *persecutionem movit magnam.*

Ibidem. *Exemplo & autoritate Germani alterius sibi cognominis Patriarchæ.* Fuit hic retrò quintus in serie Patriarcharum Græcorum. Nam Germanus Adrianopolitanus successit Arsenio, Arsenius Manuëli, Manuël Methodio, Methodius Germano Nauplio. Hunc potiùs ut hîc innui putem quam alium longè antiquiorem Sanctum Germanum scripris editis notum, qui anno Christi 714. Kal. Augusti Ioanni Constantinopolitano Patriarchæ successit, suadet adjunctum μακαρίτης, quod de mortuis non vetustissimæ memoriæ à Græcis usurpatur.

CAP. XIX.

Pag. 190. Μὴ ἅψῃ, μὴ γεύσῃ. Verba sunt ex S. Paulo ad Colos. cap. ii. vers. 21. quæ Græci usurpabant in occasionibus aversandæ communionis eorum quos Heterodoxos aut Schismaticos putabant. Sæpius usurpantur in hâc Historiâ: de quo semel admonuisse satis visum est:

CAP. XXIII.

Pag. 205. Illa græca verba Οὕτω καὶ ἀσφαλῶς ἐπιφωνῆσαι. *Quæ securè ostenderentur*, utcunque latinè reddens expressi: erant enim in utroque optimo Codice, licet ea Vatic. ut pleraque non intellecta sibi, transilit. Cæterùm fateor me haud satis percipere quid velint. Nisi fortè significent Germanum liberaliter largiri solitum egentibus ex ijs quæ in manus & potestatem ejus veniebant, nisi talia essent quæ peculiaribus ex causis donasse invidiosum esset. Puta si eum ipse Episcopus aut Patriarcha fuit, ex oblationibus ad se delatis ea daret consumenda pauperibus, quæ qui offerrent appendi tholis sacris, aut in Thesauro Ecclesiastico servari voluissent, molestè laturi si ea teri manibus & consumi usu egentium viderent.

CAP. XVII.

Pagina 210. *Ut Maryandenum lugubris cantus artificem adhibere debeat, qui hæc volet pro dignitate deplorare.* Græcè Οὕτω Μαριανδηνῷ θρηνητῇ καὶ χρῄζει ἀξίως τινὶ θρηνῆσαι. Alludunt hæc Adagium vetus cujus mentio fit versu 686. Stromatei Proverbiorum Antiquorum apud Andream Schotum nostrum in Collectione Græcorum Parœmiastarum. Versus ille sic sonat:

Μαριανδηνὸν μέλπειν θρηνητῆρα.

Origo fortè Adagij fuit quòd apud illam Maryandenorum gentem funera ambitiosiùs celebrarentur, mœstissimo cantu, tibijs & id genus organis adhibitis. unde in proverbium abierint Μαριανδηνὸς θρηνητὴς & Μαριανδηνὰ θρηνήματα.

Pag. 212. *Porrò ex ipso ipso nos hæc eadem Athanasio audita tum sibi, postea referente cognovimus.* Dixerat paulò ante hunc fuisse Alexandrinum Patriarcham. hic videtur successisse Nicolao cujus mentio est libri hujus cap. ix. ex huius capitis verbis habemus Pachymeri σύγχρονον, & familiarem fuisse quendam Athanasium Patriarcham Alexandrinum, qui sine dubio is fuerit cujus hortatu se Pachymeres ipse profitetur, in titulo Paraphrasis suæ ad Epistolas Dionysij Areopagitæ, opus illud ag-

greſſum. Hoc ideò monui, quia video noſtrum Antonium Poſſevinum putaſſe ibi nominari Magnum Athanaſium: de quo ſi ageretur, rectè juberet Poſsevinus, deleri illam inſcriptionem ut mendacem.

CAP. XXVIII.

Pag. 212. Si hoc capite & alibi hoc Libro noſter Hiſtoricus parùm reverenter loquitur de Monachis Græcis, offendere Catholicum Lectorem non debet, cum ij plerique Schiſmatici fuerint, & Romanæ Eccleſiæ Latinoque nomini infenſiſsimi, quos potiùs à Græco & Schiſmatico Scriptore, ut turbulentos & contumaces traduci, pro teſtimonio cauſæ Orthodoxæ favente accipiendum eſt.

Pag. 213. *Demandavit autem negotium Georgio Acropolitæ inter Logothetas Magno, & in primis erudito callidoque, ſed conſcientiæ parùm tenero &c.* Habemus hujus eruditiſsimi Viri Hiſtoriam & Chronicon: ſcimus ex alijs multa de ejus vitâ & rebus geſtis. Nec tamen uſpiam, invenimus idoneum fundamentum illum inſimulandi laxioris conſcientiæ. quare ſuſpicor ex odio in eum Schiſmaticorum hanc calumniam natam. Cum enim ille homo pereruditus & recti ac liberi judicii, ex lectione Patrum veterum, uti & Veccus agnoviſset, cauſam Latinorum, quos ſine cauſâ ſui Græci averſarentur, juſtiorem eſſe, uti & fidem circa Dogma de S. Spiritûs ex Patre Filioque proceſsione Orthodoxum, totus ex animo incubuit in negotium conficiendæ Pacis Eccleſiarum; fidelem in eo, ac non parùm utilem operam Imperatori navans. qui & in ſolemni Legatione ad Gregorium X. Papam eum inter Sæculares Principem miſit, ut Pachymeres docet lib. v. cap. xvii. Et eundem cum Expatriarchâ Germano comparere vice ſui in Lugdunenſi Concilio voluit, ut ex Actis ejus Concilij ſeſs. 4. conſtat. Hinc videlicet exoſus hic Schiſmaticis non modò contumelias ab ijs, ſed vexationes etiam graviſsimas eſt paſsus, poſt Michaëlis Palæologi mortem prævalentibus apud Andronicum infenſis Paci. qui poſtquam eam ab illo abrogandam abrumpendamque curarunt; etiam ei ſuaſerunt ut Acropolitam unum ex columinibus Catholicæ Partis, in carcerem conderet. Iſtam ille injuriam quàm forti animo, quàm invictâ conſtantiâ tulerit, docet Epiſtola Demetrij Raülis Cabacis ad filium Manuëlem Græcè, ſed ſtylo ſemibarbaro, ſcripta, ex quâ nuper editâ ab Illuſtriſs. Allatio in doctiſsimo Opere Exercitationum in Creyghtonum pag. 616. & ſeq. Autoris verbis, ut ab eodem Viro magno latinè redduntur, referam planè heroicum hujus Viri factum, quo abundè purgabitur calumniâ hîc ei impacta laxioris conſcientiæ. ſic igitur ait: *Poſt multos elapſos annos, cum adhuc Senior* (Georgius Acropolita hic noſter) *in exilio & carcere perduraret cauſa Legationis propter unionem cum Catholica Eccleſia, alloquitur Imperator D. Andronicus filium illius cæteroſque Senatus Principes, ante eum in conſilio aſſidentes: Principes, videtur ne vobis bonum, ut Magnum Logothetam huc adductum pertentemus, an nobiſcum conveniat? Poſt tot carceris & exilij annos fortè nobis obtemperabit: & communctis ſententijs nobiſcum concinet in hoc Eccleſiarum diſcidio. & vitabit rerum aſperitatem; & quod ter tanto melius eſt, libertate perfruetur, & addecentiori cura illius valetudini indulgebitur. Omnes uno ore reſponderunt; Bonum eſt Domine, & executioni mandetur. imò miſſa tua nulli noxia ſunt. ſic itaque cum reſpondiſſent, Imperator mandavit, ut adduceretur; eoque præſente, ut mitiùs negotium diſponeretur, ſic exorſus eſt orationem Imperator: Agnoſcis ne Principem illum, quiſnam ille ſit: & digito monſtravit filium eius. Reſpondit ille Imperatori: non agnoſco: Si quid verò argumentari & conjectura perſequi datur ex loco in quo conſidet, Princeps eſt tui ſancti Imperij honoribus decoratus. At quinam ille ſit nondum capio. Reſpondit Imperator, Filius tuus eſt Dominus Theodorus Magnus Logotheta. Abiecta omni cunctatione filius aſſurgens, nudato capite Patrem aggreditur, & ſalutem ultrò citroque Pater & Filius ſibi dederunt. Tum rurſus Imperator orationem ad eum direxit: Magne Logotheta res ita ceciderunt cogeruntque, ut tibi hæc triſtia & in magnum malum evaderent. quare*

modò

modò visum est mihi, & hisce rerum Gubernatoribus, ut te huc adductum alloqueremur de ea re quæ uobis bona atque honesta videtur, si tamen tua voluntas non abnuit nos audire, ut una meute atque sententia nobiscum convenias circa Ecclesiæ dissidia. Hoc enim Mihi & Filio tuo Magno Logotheta bonum reputatur & decens, ut uobis obtemperes, & omnia vulnera ac tristia, quæ necessitate temporis in te illata sunt, sanabimus. Hic porrò ad Imperatorem ita effatur: Sancte Domine, quæcumque ad me enunciasti percepi. Verùm nunc respondeo & refero quod mihi in animo fixum est. Iustius est & æquius ut Sancta Regia tua Maiestas mei Domini Imperatoris Patris tui sententiam subsequatur, & Filius meus Dominus Theodorus meam, quam nos vestram, & nihil ultra retulit. Sed nec qui Imperatoris nutus secundabant Principes, nec ipse Imperator verbum expressit, tristitia, ratione, generositate, & magnificentia in ruborem suffusi: omnia siquidem, dummodo iustum ac decens salvum esset, nihil reputabat. Hæc ibi: quæ videat & judicet æquus Lector an sint hominis . καταμελημένος τῶν εἰς Θωμᾶν ἔχοντος. *Minimum pensi habentis in rebus gerendis quid fas & officium moneret*, quod falsò videlicet ei noster imponit hoc loco. Sed ne euipiam videamur suspiciosiùs agere cum Pachymere, qui quod alias fuerat notare potuerit, cum mutabiles sint mores hominum: Dicamus sanè, si negligentior rationum officij vixit unquam Georgius Acropolita, tum necesse est id fuisse, quando addictus adhuc Schismati adhærebat erroribus Græcorum: postea quidem quàm Ecclesiæ Latinæ reconciliatus est, tantùm profeciisse illum apparet, ut culmen ipsum Apostolicæ perfectionis attigisse videatur.

CAP. XXIX.

Pag. 214. *Tertia denique Eudocia Magno apud Vrbem Domino elocata est.* καὶ τρίτη, ἡ τῷ μεγάλῳ Κυρίῳ τῷ τὴν πόλιν ἐκδοθεῖσα Εὐδοκία. Quis iste Magnus Dominus in Vrbe? Inferiùs cap. xxxi. scribitur de Ioanne Duce, eum obsessum in Vrbe cui nomen Patræ, cum noctu ausugisset venisse Thebas, & ibi reperisse Magnum Dominum. ἐνέστι τοίνυν τῷ μέγαν Κύριον καταλαμβάνει. Sic vocatum apparet Thebarum Principem Latini generis. Dici ergò potest Eudociam tertiam filiam Lascaris Augusti Magno Domino Principi Thebarum, hujus fortè quem Ioannes Dux ibi reperit Patri aut Patruo fuisse collocatam: matrimoniumque id celebratum in Vrbe Constantinopoli, ubi tum is Princeps fuerit in Comitatu Imperatoris Latini rerum illic potientis: ita ut ὁ τὴν πόλιν ad locum nuptiarum sit referendum, non ad Magni Domini potestatem; quasi is eam in Vrbe Constantinopoli exerceret ei dominando: sed quòd ibi degens titulo sui peculiaris dominij alibi siti, nempe Thebis, insigniretur. Pari exemplo ipse hic Imperator Michaël unam è Filiabus Theodori Augusti Majo Belicurtio Principi Peloponnesio conjunxit, alteram Comiti Vintimiliæ Genuensi, ut vidimus lib. iii. cap. vi. Istis porrò Principibus per Orientem ex ruinis Imperij Romani subnascentibus suæ quædam propriæ appellationes erant, quas ab Imperatoribus se accepisse gloriabantur. in quo affectabant antiquissimos quosque allegare privilegiorum & honorum istiusmodi largitores; more hominum sua semper facere augustiora satagentium. Itaque ad Constantinum usque Magnum quidam retrò nitentes in istâ jactatione pertingebant; Autorem illum suis Majoribus talium fuisse nominum ferentes: quod etsi ridiculum dictu, cum Constantini Magni ævo nec longè postea istæ adhuc minutæ Dynastiæ constitutæ fuissent, haud tamen aspernatus est Gregoras, apud quem hæc legimus lib. 7. pag. 109. Ὁ δὲ Ῥωσικὸς τιμὴ τε εἶναι καὶ ὄνομα ὅθεν τῆς τραπέζης τῷδε τῷ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου. ὁ δὲ Πελοποννησιακὸς ὅτῳ Πρίγκιπι, ὁ δὲ τῆς Ἀττικῆς τε καὶ Ἀθηνῶν ἄρχοντος, ὅτῳ μεγάλου Δουκός· ὁ δὲ τῆς Βοιωτίας καὶ τῷ Θηβῶν, ὅτῳ μεγάλου Γραμματικοῦ. ὁ δὲ τῆς μεγάλης Νάξου Σικελίας ὅτῳ Ῥηγός. καὶ ἄλλοι ἄλλα. *Rossicus statum & dignitatem Præfecti Mensæ à Magno sortitus est Constantino. Peloponnesiacus verò, Principis titulum. Atticæ autem & Athenarum Dynasta, nomen Magni Ducis. At qui Bœotiæ*

& Thebis præfit Magni Primicerij titulum obtinuit: uti & Regis, qui magnam Insulam Sicilia habet in potestate, & Alij, alia. Ita ibi Gregoras, qui paulò post addit de Thebano Dynasta quæ singulariter ad rem nostram faciunt. Τὸν γὰρ δὴ τὸν τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηβῶν ἄρχοντα, αὐτὸ μεγαλου Πριμικηρίου, μέγαν Κύριον ὀνομάζεσθαι γοῦν, ὡς τὸ παρεγκλίνειν ὀλίγον τῇ παρεγκλίσει τὸν πρώτιστον συλλαβῶν. Videtur velle usu & vulgi corruptione tunc iovaluisse ut Dux Thebarum, qui olim Magnus Primicerius esset dictus Μεμικήριος, sensim compendiò κήριος *cerium* pro Primicerio vocitatum; ac denique in voce κήριος secundam literam mutatam, ut κύριος pro κήριος diceretur, & adjuncta quam semper habuit appellatione Magni, μέγας Κύριος *Magnus Dominus.*

CAP. XXXI.

Pag. 219. *Sic illi Decus contigit glorioſæ mortis ibi oppetitæ ubi cadere iuvenibus eſt honeſtiſſimum.* Videri potest hæc scribens Pachymeres in animo habuisse illos versùs Euripidis:

Φιλῆ τι πόλεμος ἢ πάντ' ἄπρακτ' ἀνήρ.
Ἐσθλὸν δὲ χαίρει πλόμασιν νεανίαν.
Κακὸς δὲ μισεῖ. τῇ πόλει μὲν οὖν νόσος
Τὸ δ' ἔβλ· Θεῖον δὲ καθανεῖν ἀκλεᾶς.

In Græco Pachymeris contextu hujus loci κακὸν μὲν κλέος (sic corrige. nam hîc typotheta erravit, κακὸν μὲν, κλέος ponens) ἐμπὸς ὃ πᾶσιν ἄκλειαν παρέχει, esse aliquid fateor, quod mea versio non exprimit. quare illam, si esset integrum, ita refingerem. *Sagitta in prælio sublatum à quopiam, qui sibi gloriam, Hosti honestum funus peperit.* Sic enim Decus illi &c.

Pag. 224. Ἄλλως ἐγὼ θρασαλέαν καὶ θερμὴν ἐκτείναν. Fateor hîc clarè non dici Deum invocatum à Despotâ, quod tamen in Interpretatione posui. conjectura tamen non vana est id quoque verbis illis θρασαλέαν & ἐκτείναν significare voluisse μυηκάκην hunc quendam & Lucifugam Scriptorem. sensa sua in suæ mentis penetralibus introspici potiùs, quàm sigois expressa intelligibilibus extare in suis paginis gaudentem. Præsertim cum aliàs Ioannem Despotam impensè à religione commendaverit: & mutatio quæ contigit, Divini Auxilij non frustra implorati fidem fecerit.

AD LIBRVM V.

CAP. II.

Pag. 233. Εὖ γὰρ Ἡράκλειτος εἰρηθαι ὅ μὴ ἔστι τῷ αὐτῷ εἰς δὶς βαῖναι, καὶ κερτόμῳ μᾶλλον ὡς μηδ' ἅπαξ, τῶν θρασυμάτων δίκλων ἀείῤῥυτα ῥεύματος θρασυτέχνων. Ad intelligendam hanc Heraclitì sententiam quam noster suo indulgens σκοτεινῷ genio Heracliteâ prorsùs obscuritate hîc involuit, fateri debeo: lucem mihi opportunè prælatam à Paraphraste Vaticano, qui hunc locum sic exprimit: Καθὼς γὰρ Ἡράκλειτος ἔλεγε, τὰ θρασύματα ἐν ῥοῇ καὶ καταῤῥοῇ. ὥσπερ οὖν οὐκ ἔστι δὶς τῷ θρασυῤῥέοντος ῥεύματος εἰς βάθος ἢ δίκυκλον δὶς τῷ αὐτῷ καὶ ἅπαξ ὕδατος, οὐδὲ ἐστὶν ἰδεῖν ἄνευ τῶν θρασυμάτων δίκλων ἀείῤῥυτα ῥεύματος θρασυτέχνων. Hæc ille: quorum auxilio confido me verum Autoris sensum interpretando expressisse. Mitto quærere, unde istas, Diogeni Laërtio (quod quidem repererim) ignotas Heracliti & Cratyli gnomas hauserit Pachymeres; qui utique vidisse multa potuit monumenta Græcorum, quæ nos latent: & fuisse diligentem antiquitatis investigatorem satis apparet.

Pag. 234. *Monasterio Deo*, qui est, *Sacro (nam hæc erat peculiaris Domus eius nuncupatio)* Græcè: Τῇ Μονῇ τοῦ ὄντος Θεοῦ (τῷ γὰρ ὄντι κυρίως προσῳκείωτο) His, ni fallor, significatur, illud in quo Blemmidas degebat, Monasterium peculiariter nuncupatum fuisse Θεῷ τῷ ὄντι. Alluditur ad illud Exodi 3. 14. Iuxta LXX. Dei ad Moysen:

ἐγὼ

ἐγὼ εἰμι ὁ ὤν. Vnde est & Apoc. 1. 4. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν &c. Proprius nimirum Character Naturæ Dei, quatenus comparatur cum creatis est semper & necessariò existere. Huic ergò Principi quasi Dei attributo singulariter dicatum voluerat Blemmidas suum Monasterium.

CAP IV.

Pag. 238. *An ne umbram quidem ullus Munitiuncule.* In Græco μηδὲ φρουρίου σκιάν: Hæc alludunt ad vocem μεσημβρίας mox positam. quæ nomen quidem erat notæ Vrbis de qua hîc agitur. Sed quòd tam propè accederet ad vocem μεσημβρία ut idem esse videretur. Sonat autem μεσημβρία meridiem. Ibi latet antithesis ad *umbram*. Id etsi dictu parvum, admonuisse oportuit, ne Lectorem hîc offenderet intempestiva, & ἀπαρτισμένου vita umbræ mentio.

CAP. V.

Pag. 238. Ὁ δὲ Μύτζης γαμβρὸς μὲν ἦν τότε γυναικὶ τῇ Ἄννῃ, συλλαμβρὸς δὲ Θεοδώρου τοῦ Λασκάρεως &c. ut quæ hoc capite referuntur, intelligantur, repetendum ex superiùs sparsim narratis à Pachymere, & ex Gregora est, Ioannem Imperatorem; quem Pachymeres hîc Ducam vocat, Cantacuzenus in Præfatione Historiæ Batatzam, cui Theodorus Lascaris prior dotale Imperium transmiserat, data ei in uxorem Irene filiâ, filium & successorem Imperij habuisse Theodorum, Lascarim à Matre dictum, Nepotem Theodori Lascaris Primi. Huic Desponsam Helenam Asanis Bulgarorum Regis filiam narrat Gregoras lib. 2. pag. 13. cujus Soror Mytzæ conjux fuit, ut nos docet Pachymeres hoc loco, Myzam & Theodorum Lascarim συλλαμβρὸς vocans. Ex hoc Theodori Lascaris Secundi matrimonio natam Irenem, idem Ioannes Dueas Theodori Pater adhuc vivens Constantino collocavit huic, de quo hîc noster, qui partem Generis ex Serbiâ trahebat. rectè autem vocat Constantini Conjugem Irenem ἐκγόνῳ Asanis, hoc est Neptem, quippe ex Helenâ genitam, Asanis filiâ.

CAP. VIII.

Pag. 245. *Cardinales quæ vox Latina Græcæ respondet significanti Cardines; studens hac arte Papam, qui & ipse, quod de Christo dicitur, quasi ostium &c.* Pius II. Oratione ad Cardinales, quæ extat Comment. lib. 4. sic eos compellat: *Vos veri Mundi Cardines supra quibus militantis Ostium Ecclesiæ volvendum ac regendum est.* Ostium autem Papa voeatur ut Christi Vicarius, qui de se ipso dicit Ioannis x. 9. *Ego sum Ostium.* Quod de auro hic scribitur ad Cardinales misso ut Papam quò volebat Imperator, flecterent, accipe ut scriptum à Schismatico res Latinorum, & negotiationem quæ nunc inchoabatur conciliationis Ecclesiarum, infamare conante suspicionibus calumniosis. quare is autoritatem in hoc quidem non habet cui tutò inniti credendo prudens possit. Nec opus erat Imperatorem, haud alioqui prodigum, pecuniâ emere consensum Pontificis aut Cardinalium in reconciliationem Ecclesiarum, quam illi semper, ut etiam noster alibi non dissimulat, summis votis optaverant, ultrò parati pro eâ quidvis paciscì. Ad impetrandum verò à Pontifice ut Caroli Regis adversùm se expeditionem prohiberet, quod facilè crediderim præ omnibus voluisse Michaëlem, satis ipse intelligebat fore verum suum in Pacem Ecclesiarum procurandam declarasse studium. Denique hîc tantùm qualicumque fide Pachymeres affirmat oblatum ab Imperatore Cardinalibus aurum, acceptum ab ijs non asserit. & fuisse scimus aliunde illo ævo Cardinales aliquos tam Sanctos, qui abstinentiam Fabritij, Samnitum aurum aspernantis, in se desiderari non sinerent.

CAP.

CAP. VI.

Pag. 246. *Regij Archidiaconus Cleri Melitenotes.* Sæpiùs in hâc Historiâ Pachymeres indicat fuisse Domesticos Cleros Principum. Sic superiùs cap. xxii. lib. iv. scribit Iosephum antequam Monachus fieret Lectoris officium exercuisse in Clero Domestico Dominæ Irenes. hæc fuit prior Vxor Imperatoris Ioannis Ducæ sæpiùs memorati in Historiâ Georgij Acropolitæ. Sic de Pinacâ Heracleotâ capite mox 24 ibi narrat, quando ei ereptus honor est, ipsi alioqui debitus, consecrandi Patriarchæ Iosephi, datum in solatium ut in Palatio Sacris operaretur: quæ res, ut ibidem notatur, magnis autoramentis quæstuosa erat. Sic & in Aulis Christianorum Occidentalis Ecclesiæ Imperatorum ac Regum videmus Templa ipsorum Domestica suos item Cleros, & omnis ordinis Ministros jam olim habere, ut de alijs sileam, id prolixè docet Historia Sanctæ Cappellæ Domûs Regiæ Franciæ dudùm edita magno volumine.

Pag. 247. *Defuncti cadaver pro merito animæ quam Deo esse carissimam persuasissimum habebant, unguentis delibutum, & aheneis ferventibus incoctum, pretiosis condiderunt loculis* &c. Satis hæc consentanea ijs quæ Franci Scriptores tradunt de morte & funere Sancti Regis Ludovici, ex quibus compendiò refert Spondanus Anno 1270. num. 4. *Sacra eius ossa carne denudata lotione mundissima, pannis sericis cum aromatibus involuta, in loculo reservata fuisse, deferenda ad Ecclesiam S. Dionysij* &c. *Carnem verò & intestina à Carolo eius fratre à suo Nepote Philippo Rege impetrata, honorificè in Siciliam delata, & reposita in Ecclesia Montis Regalis Monasterij Ordinis S. Benedicti propè Panormum.* Huc respicit mentio à nostro facta *loculorum pretiosorum* in plurali numero; duo enim fuerunt; quorum altero S. Ludovici ossa in Galliam portata sunt, altero intestina & carnes in Siciliam translata.

CAP. X.

Pag. 249. *Comprehensum eo gyro mare profundius effecit, deprimi iubens fundum immisso argento vivo.* Græcè: Ἐμβαθῦναι δὲ τὸν ἐκεῖσε θαλασσαν ἀργύρῳ ὑγρῷ χυτὸν ἐμβαλόντας. Verti argentum vivum ἄργυρος ὑγρὸν χυτὸν, imitatus Aristotelis Interpretes lib. 1. de Animâ, qui sic latinè reddunt ἄργυρος χυτὸν. quod & ὑγρὸν rectè à nostro dicitur. est enim humor liquidus, *& liquor æternus*, ut Plinius loquitur nat. Hist. lib. 33. cap. 6. & 8. *guttis divisi facilis & lubrico humore confluens.* Hydrargyri, quod vulgare hujus rei nomen scio, vocabulo abstinui propterea quod cũ hujus liquoris duplex genus sit ex Plinio ibidem, alterum naturale, alterum factitium, hydrargyri appellatio potiùs, ut idem tradit cap. 8. factitio tribuitur. De priori verò hîc agere Pachymerem, suadetur ex effectu deprimendi fundi maris, quem ei tribuit, consentaneè ijs quæ de eodem tradit Plinius loco jam laudato cap. 6. lib. 33. ubi sic scribitur: *Est & lapis in his venis* (Argenti) *cuius vomica liquoris æterni argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium. Exest ac perrumpit universa permeans tabe dira.* Ita ille. unde facilè potest intelligi cur aptum judicatum sit exedendo perrumpendoque, & sic altiùs excavando fundo portûs de quo hîc Historicus. qui gratiam inijsset à Lectoribus si distinctiùs modum enarrasset, quo hæc depressio fundi portûs per argentum vivum facta est. Credibile quippe est peculiarem quandam ad id artem, & certas fortè machinas adhibitas, quæ ignotæ hodiè sint, usui futuræ si scirentur.

Pag. 250. *Verùm illis ut non placebat negotiũ, ita non suppetebat præsens animus ad obstandum coràm in os Principi.* Hæc & quæ mox subijcit superbam, ignavam, contumacem Græcorum Antistitum in Schismate pertinaciam declarant: quos & se cum illis paria sentiens hic Historicus tradueit, dum obnoxios Principi vili assentatione, contra mentem & sensum intimum significasse ait, sibi vel maximè placere, idipsum

idipsum à quo imporentèr abhorrebant, quod immane quantum ab Evangelicâ synceritate ac generositate alienum est.

Vtcumque illis certum erat perflare deinceps quoque in semel adita possessione Autoritatis independentis &c. Per gradus ad istam usurpationem autoritatis independentis Graeci Constantinopolitani processerunt. Primùm pertæsi Byzantinæ humilitatis quâ olim in Ecclesiarum ordine infimo Metropolitam Heracleæ Thraciæ superiorem agnoverant, ut ipse ultrò Pachymeres fatetur cap. xxiv. lib. iv. facilè impetrarunt flagranti apud omne Christianum nomen novi sui Conditoris Constantini Magni gratiâ, ut in censum majorum Ecclesiarum, quę postea frequentiùs Patriarchales vocatæ sunt, referrentur. quê nemo ipsis honorem invidit, quoad sibi præscriptos in ejus usu limites perrumpere aut transilire sunt conati. Cum enim Sacra Nicæna Synodus locum ipsis quartum inter quinque majores assignasset, ipsi æquum censentes novam Romam & Imperij Sedem alterari, etiam in Ecclesiasticâ dignitate *gradus* admoveri Romæ veteri, nihil non moverunt quò assequerentur, ut Alexandrino & Antiocheno Patriarchis, quorum ille secundus hic tertius à Romano Patriarchâ ab omni retrò antiquitate numerati fuerant, præponerentur; & secundum protinùs à Papâ autoritatis Ecclesiasticæ gradû insisterent. Atque hoc ipsum palàm primò petere non ausi, tantùm expugnarunt, suum nacti tempus quo erat Constantinopolim Anno Christi ccclxxxi. Synodus coacta, ut ab eâ decernerentur Sedi Constantinopolitanæ τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς. Id universim & ambiguè dictum eum longo tempore nemo putasset pertinere ad abrogationem Nicæni Canonis, quo erat, ut diximus, secundus & tertius à Romanâ Sede dignitatis locus Alexandrino & Antiocheno Thronis ritè sancitus, tandem in Chalcedonensi magnâ Synodo Anatolius Constantinopolitanus Patriarcha magno ambitu obtinuit, frustra reclamantibus Sedis Apostolicæ Legatis, ut statueretur: Constantinopolitanæ Sedi primum post Romanam locum esse tribuendum. quâ de re factus certior S. Leo tunc Pontifex Romanus intempestivam ambitionê haud perfunctoriè retudit, scriptis ad Anatolium literis, quibus sic illum increpat. *Post illa itaque Ordinationis tuæ non inculpata principia, post consecrationem Antiocheni Episcopi, quâ tibimet contra canonicam regulâ vindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuâ esse prolapsam, ut sacratissimas Nicænorũ Canonum Constitutiones conareris infringere; tanquam opportunè se tibi hoc tempus obtulerit quo secundi honoris Privilegium Sedes Alexandrina perdiderit, & Antiochena Ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amiserit; ut his locis iuri suo subditis omnes Metropolitani Episcopi proprio honore perveniant. Quibus inauditis & nunquam ante tentatis tua præventrit excessibus, ut Sanctam Synodum, ad extinguendam solum Hæresim, & ad confirmationem fidei Catholicæ studio Christianissimi Principis congregatam, in occasionem ambitus trahas, & ut connivendam suam tibi det, impellas: tanquam refutari nequeat, quod illicitè voluerit multitudo: & illa Nicænorum Canonum per Spiritum verè Sanctum ordinata conditio in aliqua unquam sit parte solubilis.* &c. pergit enim ibi fusè S. Pontifex pari gravitate pravè attentatam castigare novitatem. Ac quoniam Anatolius sibi faventem Constantinopolitani supra memorati Canonis Interpretationem ambitioni suæ prętendebat, hunc prætextum sic paulò post submovet: *Persuasioni enim tuæ in nullo penitus suffragatur quorundam Episcoporum ante sexaginta, ut iactas, annos facta subscriptio, nunquamque à Prædecessoribus tuis ad Apostolicæ Sedis transmissa notitiam; cuius ab initio suæ caduca dudumque collapsa, sera nunc & inutilia subijcere fomenta voluisti, eliciendo à fratribus speciem consensionis, quam tibi in suam iniuriam verecundia fatigata præberet.* Post quæ quasi sententiam pronuncians ultimam: & litem decretoriè finiens, hæc addit: *Non convellantur Provincialium iura Primatuum, nec Privilegijs antiquitùs institutis Metropolitani frandentur Antistites. Nihil Alexandrinæ Sedi quam per Sanctam Marcum Evangelistam Beati Petri Discipulum meruit, pereat Dignitatis: nec Dioscoro impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscuretur alienis.*

alienis. Antiochena quoque Ecclesia in qua primùm prædicante Beato Apostolo Petro Christianum nomen exortum est, in paternæ constitutionis ordine perseveret, & in gradu tertio collocata, nunquam se fiat inferior. Nec contentus S. Leo ipsum Anatolium redarguere, scripsit ad Marcianum Augustum instanter orans ut autoritatem operamque suam interponeret ad coërcendum Anatolium ne sic in illicita prosiliret. Ex istâ Epistolâ, quæ in Edit. Rom. 57. numeratur, quæque in Synodo Romana sub Bonifatio II. ab Holstenio editâ pag. 107. & seq. legitur, hæc sunt: *Apud Christianum & verè Religiosum, vereque Orthodoxum Principem loquor, multùm Anatolius Episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmento. Habeat, sicut optamus, Constantinopolitana Civitas gloriam suam, ac protegente dextera Dei diuturno clementiæ vestræ fruatur Imperio. Alia tamen ratio est rerum sæcularium, alia divinarum: nec præter illam Petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit ulla constructio propria perdit qui indebita concupiscit. Satis sit quod prædicto vestræ pietatis auxilio, & mei favoris assensu, Episcopatum tantæ Urbis obtinuit. Non dedignetur Regiam Civitatem, quam Apostolicam non potest facere Sedem; nec ullo speret modo, quod per aliorum possit offensiones augeri. Privilegia enim Ecclesiarum Sanctorum Patrum Canonibus instituta, & venerabilis Nicæna Synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est me perseverantem exhibere famulatum; quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum; si paternarum Regulæ Sanctionum, quæ in Synodo Nicæna ad totius Ecclesiæ Regimen Spiritu Dei instruente sunt conditæ, me, quod absit, connivente violentur; & maior sit apud me unius Fratris voluntas, quam universæ Domus Domini communis utilitas. Et ideo sciens gloriosam Clementiam vestram Ecclesiasticæ studere concordiæ, & his quæ pacificæ congruunt unitati piissimum præstare consensum, precor & sedula suggestione Vos obsecro, ut ausus improbos, unitati Christianæ pacique contrarios, ab omni pietatis Vestræ abdicetis assensu; & fratris mei Anatolij nocituram ipsi, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimatis.* Annuisse porrò S. Leonis postulato Marcianum Augustum ipse S. Leo significat, aliâ post ad eundem Epistolâ scriptâ, quæ inter editas opinor 60. est, & refertur in Collectione Romanâ Holstenij à pag. 127. incipit: *Literarum Clementiæ Vestræ multiplex gratia debita à me veneratione susceptæ est, & gratulanter agnovi, quàm piam curam Christianæ Religionis, ut consuestis, habeatis; cum inter Domini Sacerdotes eam vultis firmare concordiam, quæ & universali Ecclesiæ, & domino aptæ sit cultui.* Paulò post: *Nam & Vestra mansuetudo insinuationem meam tam libenter accepit, ut & semper scribere dignaretur, & hæc ageret, ut quæ nunc correcta sunt Vestræ gloriæ debeantur.* Correctum esse jam testatur, cooperato in id Augusto, & revocatum quod temerè Anatolius attentaverat perturbando ordinem Sedium & Constantinopolitanam secundam à Romanâ numerando. Ex his apparet sententiam Rescripti Marciani, quod non extat, eam fuisse qualem, qui viderat, expressit Gelasius: *Probari sibi observantiam S. Leonis de custodia Canonum paternorũ, & sibi placere ut & fides Nicæna suam obtineat firmitatem, & priuilegia Ecclesiarum illibata permanerent.* Quâ re deterritus Anatolius humiliter & obnoxiè S. Leoni scripsit, significans se desistere à proposito. Extat hæc Epistola in Collect. Rom. à pag. 132. ex quâ hîc exscribam quæ ad demonstrandum quod dixi pertinent. Primùm ibi profitetur universim se quæcumque imperata ei forent Romani Pontificis literis paratum esse obedienter exequi; in quo inest tacita declaratio revocati prioris sui consilij, circa desiderium Gradûs secundi post Romanam Sedem, quod id clarè improbatum in S. Leonis scriptis ad se literis viderat. Ejus hæc verba sunt: *Nam penitus absit, ut ego eis quæcumque mihi fuissent mandata per literas, adversarer.* Deinde distinctiùs circa factum, de quo agebatur, excusat in hunc modum: *De his autem quæ Constantinopolitanæ gratia Sedis sancita sunt in Chalcedonensi nu per universali Synodo, pro certo Beatitudo Vestra hoc habeat, nullam esse culpam in me, homine qui semper otiũ & quietem in humilitate me continens, ab incunte mea ætate dilexerim:*

rim: Sed Constantinopolitanæ Ecclesiæ reverentissimus Clerus est, qui hoc habuit studium & istarum Partium Religiosissimi Sacerdotes, qui in hoc fuere concordes, & sibi pariter adiutores. Mox autem quodcumque tentatum in hoc genere fuerat irritum agnoscit ex quo illud Romanus Pontifex improbasset. Sic enim continuò subjungit: *Cum & sic gestorum vis omnis & confirmatio autoritati Vestræ Beatitudinis fuerit reservata.* Ita ille satis iudicans nihil consecutam novi juris aut loci Constantinopolitanam Sedem per Chalcedonensem Canonem, qui ut vim haberet confirmari debuerit à Romano Pontifice; cum eum tamen ille reprobaverit. Vbi est ergò illa possessio independentis autoritatis, aut quo jure ac quando inita, quam se tueri cerros hîc Græci Schismatici affirmant? Sanè illi fundum unicum aut præcipuum ἀυτονομίας istius, & liberæ ab omni Romanæ Sedis jurisdictione potestatis, Chalcedonensem istum Canonem prædicant. Audiatur pro omnibus Anna Comnena lib. 1. Alexiadis pag. 31. Edit Reg. Καὶ μάλιστα ἡ ἐν Χαλκηδόνι Συνόδος εἰς ἀξιωτελῆ μεγίστην καὶ ἀφορμὴν ⟨◊⟩ Κωνσταντινουπολίτης Θρόνῳ ἀναβιβασαμένη, πᾶς ἀνὴρ τῶν οἰκουμένων ἅπασαν διοικήσεις ὑπὸ τοῦτον ἐποίησεν. Sic Anna ex Codice pleniori cujus mihi post Editionem copia contigit. Itaque in tota istâ prensatione summ i honoris, caput ipsum spei ac summa fiduciæ Constantinopolitanis in Canone Chalcedonensi repositum fuit. Desperatissima igitur causa ipsorum est, & prorsus insana petitio, cum ante omnia de Primatu in universum Orbem ne per somnium quidem Chalcedonensis Canon cogitet: tum idipsum quod agere voluit, ut Sedem Constantinopolitanam ex quarto in secundum promoveret gradum, reclamante Romano Pontifice irritum, & effectu cassum manserit. Ac licet temporibus Iustiniani seri successores Anatolij, quo jure, quave injuriâ, Alexandrino Antiochenoque Patriarchis præpositi legantur in Novellis illius Imperatoris, tamen id citra præjudicium Primatûs Romanæ Sedi competentis factum manifestè declarat ipse Iustinianus in suo Codice L. *cognoscere*, ubi de Romano Pontifice loquitur his verbis: *Nec enim patimur ut quidquam eorum quæ ad Ecclesiasticum pertinent statum, non etiam ad eiusdem referatur Beatitudinem; cum ea sit caput omnium Sanctissimorum Dei Sacerdotum.* Hæc ille, ad quæ sic Annotat, alioqui expers Romanæ communionis Hugo Grotius, in Sparsione Florum pag. 314. *Hæc perpetua fuit piorum Principum sententia ad tuendam Ecclesiæ unitatem per quam necessaria. Idem dicunt Valentinianus & Placidia in Actis ante Concilium Chalcedonense: Iudices à Martiano dati, & ipsa Synodus Chalcedonensis 4. Act. 16. Adde Novellam* cxxxi: Quare aliam suæ *Autoritatis independentis* Constantinopolitani confirmationem quærant. nam hæc quidem quâ se unâ niti fatentur, è Canone Chalcedonensi, palàm οὐχ ⟨◊⟩. Ne ipsis quidem (tanta vis veritatis est) etiam postquam Photiano Schismate frontem perfricuerunt, dissimulare interdum valentibus. quid enim aliud indicat id quod superiùs hoc ipso est capite narratum, congregatam sub Ioanne Ducâ Imperatore, Græcorum Synodum decrevisse Legationem ad Papam, quâ functi reipsa sint Episcopi duo, Sardensis Andronicus, & Cyzicenus Georgius, per quam profiterentur: *Se paratos obsequi Pontifici Romano, eiusque in sacra Liturgia mentionem ritè facere, si is societatem abrumperet cum Latinis Vrbem Constantinopolim tenentibus* &c. neque enim dum hoc pollicebantur novum jus se conferre Romano Antistiti putabant, sed vetus & ab ultimâ firmatum antiquitate agnoscere. quid aliud demonstrat quod cap. xix. lib. iii. pag. 142. Michaël Palæologus Augustus ad Synodum Græcorum Antistitum perorans, ubi esset questus de duritiè Canonibus damnatâ Patriarchæ Arsenij negantis sibi pœnitenti reconciliationem, tanquam ex doctrinâ quæ in confesso apud omnes esset, ait: *Tempus esse procidendi ad pedes Papa Romæ sedentis, & ab eo suppliciter petendi salutare peccati remedium.* Nisi certum & nemini dubitabile jus esse, si quando Constantinopolitanus Patriarcha à regulâ disciplinæ veteris deflexerit, provocandi ad Pont. Rom. & ab eo ritè petendi sumendique, quæ injustè à Constantinopolitano sint negata. Non igitur legitima possessio hæc fuit, sed iniquissima

usurpatio *Autoritatis independentis*, quam se tenere ad extremum velle hîc Schismatici testantur. Sed qui ex ipsis, aut eorum posteris postea resipuerunt, eam abdicarunt, ut professi deinde sunt in Concilio Florentino sess. 25. pag. 516. Edit. Reg. his verbis: περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ Ῥώμης ὁμολογοῦμεν αὐτὸν ἔχειν τὴν πρωτείαν καὶ τὸν τόπον καὶ τὴν τοῦτον τὸν μακαριότητα καὶ τὴν δικαιοδοσίαν πάντων Χριστιανῶν, ὡσαύτως καὶ καθὼς καὶ ἐν τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ. *De Primatu Papæ confitemur ipsum Summum Pontificem & Dispensatorem, & Locumtenentem ac Vicarium Christi, Pastoremque & Doctorem omnium Christianorum, regereque ac gubernare Ecclesiam Dei.* cum quo ipsis permissum est, dissimulante propter bonum Pacis Ecclesiâ, ut suum Constantinopolitanum Patriarcham Alexandrino præponerent: prout ibidem statim addunt: Σωζομένων τῶν παρωνομίων καὶ τῶν δικαίων τῆς Πατριαρχῶν τῆς ἀνατολῆς. καὶ Κωνσταντινουπόλεως δεύτερος ἔστω μετὰ τὸν Πάπαν· εἶτα ὁ Ἀλεξανδρείας &c. *Salvis privilegijs & iuribus Patriarcharum Orientis, ut Constantinopolitanus secundus sit à Papa, deinde Alexandrinus &c.*

Ne Cauponum & illiberalis sortis homuncionum subijci unquam ipsos (quod abominabantur) iudicio contingeret. Idiotas Latinos & præ se viles supercilioßissimi & fastu inani turgidi Schismatici habebânt, ideoque illis quamvis manifesto jure debitam subjectionem negant; immane quantum à Christianâ humilitate abhorrentes, quæ Piscatores ab initio Philosophis prætulit. Sed istam superbiam justa ultio excepit, ut qui subijci Apostolicis Christi Vicarijs contumaciter spreverint, Tyrannis Barbaris miserrimò nunc serviant.

Pag. 249. Quia contingebat frequenti Pontificum morte alios ex alijs Papas fieri. Verè hoc dictum. nam per hæc tempora ζαχυδιώκται, ut sic loquar; quam ferè aliàs Romani Pontifices fuere. Siquidem Alexander IV. sex tantum annos vixit Vrbanus verò IV. tres. nec multò plus Clemens IV. Gregorius X. tres cum dimidio. Innocentius V quatuor mensibus. Hadrianus V. sequimense non toto. Ioannes XXI. novem mensibus. Nicolaus III. non totis tribus annis. Sed & in hoc erat aliquid quo Græci agnoscere possent meliorem Ecclesiæ conditionem ac statum apud Latinos, quam apud ipsos. Etenim cum non minùs ferè crebras Patriarcharum mutationes Constantinopoli contingeret fieri, quam Paparum Romæ, discrimen erat tamen, quod Papæ mortis necessitate mutabantur: Patriarchæ Constantinopolitani arbitrio Imperatoris amovebantur & subrogabantur. Itaque paucis hujus Principatus Annis, Arsenius primo, dein Nicephorus, tum denuò Arsenius, mox hoc relegato, Germanus, hoc detruso, Iosephus: post istum depositum Veccus, fuerunt Patriarchæ. ut ferè non minùs Michaëli Palæologo conveniat, quod Ephræmius in Catalogo Patriarcharum Constantinopolitarum de Isaacio Angelo scripsit:

Ἐκκλησίας ἆθλια καταιρῶν, φύσεων
Οὐ μὴν καθῆκε Πατριαρχὸν ἐς Θρόνους
Οὐ δ' ἐξάγων αὖ, καὶ μόνῃ παρεμπίπτων.

CAP. XI.

Pag. 253. *Invidiam temerè attentatæ additionis ad Symbolum &c.* Magnoperè se ostentant in hâc passim Historiâ Schismatici Græci ex hoc loco; quasi, quidquid de Dogmate processionis Spiritûs Sancti ex Patre pariter ac Filio statuatur, fugere Latini nequeant, quin saltem temeritatis manifestæ tencantur, quòd Symbolo Constantinopolitano vocem *Filioque* non dubitaverint adjungere. Quare necessarium existimo demonstrare, quod clarè me facturum spero; nullam in hoc temeritatem fuisse. id, ni fallor, assequar duobus capitibus tractandis, quorum priùs *Historiam & factum*; alterum *Insfacti*, rationes scilicet ob quas Latini, id citra ullâ justam reprehensionem agere potuerunt, dilucidè ac breviter exponet.

Historia ejus Additionis sic se habet. Cum exortis post Ariana tempora novis

Hære-

Hæresibus Eunomij, Macedonij & aliorum S. Spiritûs Divinitatem oppugnantium, quasi ex eo, quod de Filio solo disertè fuisset in Magnâ Synodo Nicenâ definitum consubstantialem eum Patri esse, de Spiritu Sancto sequeretur; minimè illum à Patre procedere: celebratum est Constantinopoli Concilium Generale secundum, indictum à Damaso Papâ, convocatum à Theodosio Seniore Augusto, in quod convenerunt ceutum quinquaginta Episcopi anno Christi 381. Ibi damnata Pneumatomachorum blasphemiâ, visum est Patribus apponendum aliquid Nicæno Symbolo, quod istam deinceps Hæresim perimeret. Hæc igitur verba ei adjuncta tunc sunt »*Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas.* Satis hoc visum ad præsentem usum. Sed cum insanire nihilominus Eunomiani pergerent; sequi ex statuto Dogmate Filium Filij Spiritum Sanctum esse, cavillantes: quod autem satis constaret unicum esse consubstantialé Patri Filium, Spiritum Sanctum, qui Filij Filius esset, à divinitatis participatione removendum, & ad creaturarum classem submovendum omninò esse: quidam ut isti argumentationi occurrerent, negare ceperunt Spiritum à Filio procedere; sic, ut ipsis videbatur, plausibiliùs, rejecturi Eunomianum Sophisma, recitatum à S. Basilio in Opere contra Eunomium his verbis: Ἀλλὰ λέγεις· εἰ Θεοῦ μόνου ἐστὶν ὁ Υἱὸς Υἱὸς ὢν ὁ Πνεῦμα· καὶ εἰ Θεοῦ μόνου λόγος ὁ Υἱὸς, ῥῆμα, δὲ Υἱοῦ ὁ Πνεῦμα· ἀλλ᾽ οὐ μὰ Υἱὸς Υἱοῦ ὁ Πνεῦμα ἔσῃ); πάντῃ γὰρ ἐκνενικήκαμεν σοὺς εἰσέβειαν ἐχθρούς. ἢ γὰρ Υἱὸν, ἢ κτίσμα κεκλῦσθαι νοεῖν. καὶ ὅτι μὰ Υἱὸς οὐσίωσαι, ἀλλὰ τοῦτο κτίσμα εἶ βλασφημῶν. Verum adversùs hanc imperitissimam responsionem reclamarunt, præsertim in Occidente, Catholici; utrumque juxta Orthodoxum Canonem, ex æquo profitendum affirmantes; & procedere Sanctum Spiritum ex Patre simul & Filio, & tamen eum nec Patris nec Filij Filium esse. Ac perseverantibus Græcis quibusdam in negando Sanctum Spiritum à Filio procedere, & in sui erroris confirmationem Symbolum Constantinopolitanum rapientibus; in quo solùm diceretur Spiritum ex Patre procedere: Theologi passim Orthodoxi, præsertim Romæ ac per Provincias Latini ritûs, contestabantur, ita dici in Constantinopolitano Symbolo Spiritum à Patre procedere, ut non excludatur consortium Filij, cui Pater omnia sua communicet, præter esse Patrem; ac consequenter spirationem quoque activam conferat, quâ ille fiat secum unum Spiritûs Sancti Principium: quare cum Sanctus Spiritus à Patre non quomodocumque sed per Filium, ut Patres quidam Græci loquerentur, procedat, verè & ad Autorem sensum explicari Constantinopolitanum Symbolum, quo loco ait Spiritum Sanctum Patre procedere, adjungendo eum à Filio quoque produci. Ferventibus hisce dissidijs per hunc modum, addi cepit Symbolo à Latinis verbum *Filioque*, voce tantum tenus, in disputationibus de isto Dogmate. Eoque pertinere arbitror, quod Iosephus Episcopus Methonensis in libro contra Marcum Ephesium testatur, Autorem laudans Aristinum Historicum: mox à secundâ Generali Synodo, jam tum tempore Damasi Papæ, additamentum vocis *Filioque* uou modò à Latinis factum, sed à Græcis quoque Orthodoxis fuisse comprobatum; quippe conscijs eam veram fuisse Constantinopolitanorum Patrum Symboli Autorum sententiam.

Res in eo statu mansisse videtur per annos ferè 400. usque ad tempora secundæ Nicænæ Synodi quæ fuit Generalis septima, Anno Christi 787. celebrata. Tunc enim primùm ex verbis in scripta promota est additio. Siquidem ejus Oecumenicæ sacræ Synodi Actione 7. recitatum extat Constantinopolitanum Symbolum his planè verbis: *Credo in Spiritum Sanctum... qui ex Patre & ex Filio procedit.* Græcè ὃν τοῦ Πατρὸς καὶ ὃν τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον. Sic Græcos in Florentino Concilio sess. 6. contra hoc excepisse: Codices eorum antiquos continentes Acta Nicænę 2. Synodi Symbolum sine additione illorum verborum καὶ ὃν τοῦ Υἱοῦ, *& ex Filio* exhibere. Sed ijs, ut ibidem refertur, tunc Latini responderunt, habere se antiquum Græ-

cum Codicem, in quo additio manifestè compareret, sicut & in Interpretationibus Latinis jam olim editis ejus sacræ Synodi. Verba ipsorum Græcorum hoc quod dico testantium hæc sunt sess. 6. Concil. Florent. tom. 32. Edit. Reg. pag. 84. Τότε τῇ ὅρᾳ ἑβδόμης Συνόδου παρ' ἡμῖν ἀναγινωσκομένης, παρακαθήμενοι καὶ Λατῖνον βιβλίον ἔνδοθεν παλαιὸν γεγραμμένον, ἐν ᾧ αὐτὸν ὅρον τῆς Συνόδου ταύτης εὕρισκον, ἐν ᾧ ἀρχὴ ἀναγινώσκεται ἐν τῇ θεολογίᾳ τοῦ ἁγίου Ῥαθμάτου, εἰς ὃ ἐν τῇ Γαλλίᾳ ἐπεριλήφθη, ὃ, ἐ ἐν τῷ Τίου. Et addit Græcos illum suæ linguæ Codicem cum admiratione spectasse, & probum specie manuque perantiquæ reperisse. Eademque de re pag. deinde 86. referuntur Iuliani Cardinalis verba hæc ad Imperatorem Græcorum: Γαλλιάπαν Βασιλεῦ· ὃ παρεκομισθὲν παρ' ἡμῖν Σύμβολον ἐν τῇ ἑβδόμῃ Συνόδῳ, κεῖται ἐν βιβλίῳ παλαιοτάτῳ, καὶ ἀδιανόητον ὑπονοῆσαι γεγενῆσθαι ἢ ἐπιτηδεῦσαι ἐν αὐτῷ. ἔχομεν δὲ ἱστορικὸν ἄνδρα παλαιὸν καὶ σοφὸν, γεγραφότα περὶ πολλῶν ἄλλων, καὶ δὴ καὶ περὶ τούτου διαλαφότα· ὅτι ὃ Σύμβολον οὕτως ἔχειν ἐν τῇ ἑβδόμῃ Συνόδῳ. *Serenissime Imperator: prolatum à nobis Symbolum in septima Synodo, est in libro antiquissimo. nec cogitari aut excipi cum fundamento potest, alteratum aut corruptum id exemplar fuisse. Habemus autem Historicum, priscum hominem & sapientem, qui cum de alijs plurimis scripsit; tum de hoc propriè de quo nunc agitur, affirmavit, Symbolum sic expositum & lectum apud septimam fuisse Synodum.* Ex his habemus: satis certò constare Nicænam secundam Synodum Generalem septimam, revera disertam professionis sancti Spiritûs ex Filio Constantinopolitano Symbolo addidisse: utcumque Græci quidam Codicibus corrumpendis ejus rei famam obruere sint conati. Quare Latini deinceps Synodi Oecumenicæ auctoritate freti, non solùm ut antea voce tenus, sed scripto jam quoque vocabulum *Filioque* Symbolo inserere potuerunt. Nondum tamen audebant Symbolum cum ista additione inter Sacra canere: qui restabat tum adhuc in istius additionis progressu gradus tertius. Romani Pontifices cum & constare de Dogmate processionis S. Spiritus ex Filio viderent: & Symbolum ipsum haberent disertâ ejus rei professione auctum, palàm propositum à Generali Synodo; minùs necessarium putabant id addi cantato in Ecclesiâ Symbolo, quod satis alibunde in eo intelligi confidebant. Extat istius eorum tali de re judicij monumentum illustre in primis: quod hic recitari è re puto. Anno Christi 809. celebrata est Aquisgrani præsente Imperatore Carolo Magno frequens Synodus Gallicanorum Patrum: qui accuratè disputatâ contra Græcos controversiâ de processione Spiritus Sancti; cùm de re ipsâ ut oportuit definierunt: certissimè tenendum: produci Spiritum Sanctum à Filio quoque; tùm ut contrarium errorem pertinaciâ Græcorum latè grassantem, eliderent; petendum à Pontifice censuerunt ut Symbolum cum additione vocis *Filioque* cantari in Ecclesiâ juberet. Pervenerunt ad Leonem Tertium Legati hoc postulantes à Synodo & Imperatore missi. Quibus Leo respondit, quod ad Dogma quidem attineret; *Ita sentio, ita teneo: ita cum his Autoribus & sacra Scriptura autoritatibus; si quis aliter de hac re sentire & tenere voluerit, defendo: & nisi conversus fuerit, & secundum hunc sensum tenere voluerit, contraria sentientem funditus abijcio.* Quod autem de jubendo cantari in Ecclesiâ Symbolo cum additione *Filioque* rogabatur, negavit sibi videri concedendum. Et instantibus Legatis per hæc ipsa verba: *Si sciret Paternitas tua quanta sunt hodiè millia id scientium quia cantatur; qui nunquam sciturí essent nisi cantaretur, fortassè nobiscum teneres, & id tuo etiam consensu ut cantaretur acquiesceres*: respondit Leo: *interim assentio. verum tamen quæso responde mihi: num universa huiusmodi fidei mystica Sacramenta, quæ Symbolo non continentur, sine quibus quisque quis ad hoc pertingere potest, Catholicus esse non potest, Symbolis inserenda, & propter compendium minus intelligentium, ut cuique libuerit addenda sunt?* Aliquanto post Legati, sic ajunt: *Ergo ut video, illud à vestra Paternitate decernitur, ut primò illud de quo quæstio agitur, de sæpe fato Symbolo* (quod nempè legitur in Ecclesiâ) *tollatur: & tunc demum à quolibet licitè & liberè, sive cantando;*

tando, sive tradendo discatur & doceatur (extra cantum videlicet Ecclesiasticum, qui inter Sacra fit) Ad quæ Papa reposuit: *Ita proculdubio à nostra parte decernitur; ita quoque ut à vestra assentiatur, à nobis omnimodis suadetur.* Hæc ex Actis illius Aquisgranensis Concilij à Sirmondo Tom. 2. Conciliorum Galliæ, editis descripsimus. in quibus observari operæpretium sit: usurpari quidem jam tum in Galliâ ceptum, ut Symbolum cum additione vocabuli *Filioque* in Ecclesijs inter Sacra caneretur. *Id enim innuunt illa verba Legatorum: si sciret Paternitas tua quanta sunt hodiè millia id scientium quia cantatur.* sed hunc morem à Romano Pontifice nondum tunc fuisse approbatum ipsi qui usurpabant norant, dum ejus approbationem petunt. Et quidé hic Pōtifex Leo III. adeò fuit in hoc proposito fixus, ut, quod Petrus Lombardus lib. 1. Sententiarum dist. 11. testatur. Transcriptum Symboli sine additione *Filioque* quale nimirùm in Missâ cantari omninò volebat, reliquerit in tabulâ argenteâ post Altare Beati Pauli.

Perventum tamen aliquando ad istum tertium progressûs in Additionis negotio gradum fuisse manifestum est; ut nimirùm, etiam approbante Pontifice Romano, Symbolum cum additamento *Filioque* inter Sacra caneretur. A quo autem id primùm Pontifice fuerit admissum, incertum est. Nicolaum & Adrianum quidam nominant. Sed Andreas Rhodius causam Latinorum agens in Concilio Florentino, de utroque negat, quoniam neutrum eo nomine Photius accusaverit, neutiquam de re tali, si esset vera; taciturus. Addit idem Andreas Conc. Flor. sess. 7. pag. 122. Edit. Reg. Ἡ Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία ἐκινδύνευσεν ὀλίγου καὶ ὑπερώδυνον καὶ μέγαν κίνδυνον. ἀφ' ἧλλετο γὰρ ἤδη ἐν ταῖς Γερμανίαις καὶ Γαλατίαις καὶ ἄρτιον ἐκείνῳ τῷ ἄκρῳ Ἀρχιερεῖ, μετὰ συνεδρίας πολλοῦ Πατέρων δυσπιθῶν τὸ μεγρόπαν καὶ μικρᾶς ἀξιώματος καὶ ὀλίγου ἀριθμοῦ, ἀναπτύξαι ὑπὲρ τοῦ λέγειν, καὶ ὡς ἐν τῷ Συμβόλῳ ψάλλομεν. *Coacta est Ecclesia Romana* (admittere ut caneretur Symbolum cum additione *Filioque*) *cum magnum videret impendere periculum iam enim canebatur in Gallijs & Hispanijs. quare placuit Summo illi Pontifici, cum multorum Occidentalium Patrum confessu, qui nec dignitate tenues, nec modici erant numero, illud explicare quod dicimus & sicut in Symbolo canimus.* hoc est, decernere ut deinceps vox *Filioque* Symbolo in Ecclesiâ cantato adderetur. Quis fuerit iste Summus Pontifex non indicatus hîc nominatim, adhuc investigandum supereſt. Baronius ad annum Christi 883. pag. 596. Edit. Rom. anni 1602. refert; in suâ Bibliothecâ Vallicellanâ asservari Volumen antiquum Græci Autoris Anonymi, qui distinctè affirmat: Additionem vocis *Filioque* ad Symbolum quod canitur in Ecclesiâ, primùm admissam & decretam à Christophoro Papâ.

Hic Christophorus, ut idem Baronius alibi docet, Romanam Sedem invasit anno Christi 907. dejecto ex eâ & detruso in carcerem Leone V. eamque per sex menses tenuit. post quos expulso, & in vincula conjecto Christophoro, Sergius III. iterùm Apostolicum Thronum insedit, in eoque perstitit usque ad mortem suam, quæ contigit triennio post, anno Christi 910. Mihi non videtur inverisimile Andream Rhodium græcum hominem ejusdem istius Græci Commentarij, cujus exemplar habuit Baronius, notitiam habuisse; adeoque memorem quid ibi legisset, ea quæ descripsimus in Concilio dixisse. Abstinuisse autem à mentione distinctiori Papæ Christophori, vel quòd putaret Scriptorem illum Græcum in eo errasse, confundendo eum cum suo successore, aut potiùs expulsore Sergio: vel quòd utriusque istorum tam maculosa vita, tam fœda memoria esset, ut in consessu tam gravi; cui præsertim interessent multi parùm æqui Romanæ Ecclesiæ, illa infelicissimorum ejus temporum probra refricare memorando non duceret opportunum. Recitat idem Baronius ad annum Christi nongentesimum nonum, qui fuit secundus Sergij III. Concilium celebratum in Pago sive Provincia Suessionensi, in loco Troslejò dicto, Præsidente Herveo Archiepiscopo Rhemensi, *Anno*, ut ibi in fronte scribitur, *Dominicæ Incarnationis nongentesimo nono, Indictione duodecima, sexto Kalendas mensis*

Iulij

Iulij. In quo præsidēs Synodo Archiepiscopus post multa quæ proponit alia ibi tractanda, hoc quoque de controversiâ Processionis Spiritus Sancti memorat, his verbis: *Sanè quia innotuit nobis Sancta Sedes Apostolica, adhuc errores & blasphemias cuiusdam vigere Photij in Patribus Orientis, in Spiritum Sanctum, quòd non à Filio, nisi tantùm ex Patre procedat, blasphemantis: hortamur vestram Fraternitatem, ut unà mecum, secundum admonitionem Domini Romanæ Sedis Præsidis, singuli nostrum perspectis Patrum Catholicorum sententijs, de divinæ Scripturæ pharetris acutas proferamus sagittas, potentes ad conficiendam belluam monstri renascentis, & ad terebrandum caput nequissimi serpentis*. Hæc ibi: quæ Baronius descripsit ex Codice Antonij Augustini, accepto ex Bibliotheca S.Remigij Rhemensis. Ex his licet suspicari, increbrescentibus per Hispanias & Gallias Disputationibus de Dogmate processionis Spiritûs Sancti ex Patre simul & Filio, consultam de more Sedem Apostolicam mandasse inquisitionem in Synodis Provincialibus de istâ quæstione fieri; ac perlatis postea, ut est verisimile, Patrum votis, damnatam Hæresim Græcorum, & ad eam extirpandam, prout Patres etiam Aquisgranenses iudicaverant, utile judicantium addi Symbolo in Ecclesijs cantato, vocem *Filioque*, annuisse denique Romanum Pontificem, *cum magnum videret impendere periculum* (ut loquitur Andreas) & multi magnæ autoritatis Occidentales Patres, id necessarium judicarent. Et ita deinceps communi decreto per totum Occidentem Symbolum cum additione *Filioque* in Missâ cantatum: aut potiùs cum id antea per Galliam & Hispaniam voluntariâ Ecclesiarum & Episcoporū devotione usurparetur, assensu denique Romani Pontificis est firmatum.

Dedimus hactenus Historiam Additionis vocis *Filioque* ad Constantinopolitanum Symbolū articulis temporū, & progressionis gradibus distinctam; ex cujus vel simplici expositione cōfido apparere innocentiam & æquitatem ejus facti; ut penè potuerim lucrifacere operā secundi ex propositis capituli tractandi, quo sum pollicitus demonstraturū me; justis & idoneis de causis istam esse à Latinis Additionē factam. Nam primum quidem Additionis modū & gradum, quo Magistri & Theologi Catholici allegatum in præsidium erroris à negantibus Sanctum Spiritum à Filio procedere, testimonium Constantinopolitani Symboli Patris solius in productione S. Spiritus, disertam mentionem facientis, sic explicabant ut Filium cum Patre conspirantem intelligi oportere contenderent, ac sic voce tenus vocem Filioque Symbolo adderent; quis jure possit reprehendere; cum ea non tam Additio quàm expositio fuerit, rem proferens illic absconditam, non intrudens aliunde importatam. Andreæ Episcopi Rhodi hac ipsâ de re in Concilio Florentino sess. 6. disputantis, probatus ejus sacræ Synodi assensu, syllogismus huc facit: Οὐδεμία ἔκθεσις, ἀναπτυξις ἢ σαφήνεια τινὸς ὑπονοήματος ἢ μαθήματος ἐτέθη ἂν προσθήκη. ἀλλὰ τὸ ὅτι τῷ Υἱῷ λεγόμενον ἐν τῷ Συμβόλῳ ἐμπεριέχεται τῇ καὶ τῷ Πατρὸς φωνῇ, ἔκθεσις ἦν αὐτῆς καὶ ἀνάπτυξις. οὐκ ἄρα ἔστι προσθήκη. *Nulla expositio, explicatio aut declaratio Doctrinæ cuiuspiam aut Dogmatis, rectè vocetur additio. Atqui vox* Filioque *verbo tenus adiuncta Symbolo, iam priùs in eo continebatur latens & subintellecta in ipsa mentione Patris; cuius abstrusi sensus hæc tantum enarratio, & explicatio est. Non est igitur Additio.* Scio Græcos Schismaticos contra excipere: Vetitum esse nominatim apponere quidquam Symbolo etiam expositionis causâ. Sed eos submovet idem Andreas Rhodius disertè negans id unquam fuisse prohibitum. Verba ejus hæc sunt Concil. Florent. sess. 7. pag. 107. Tomi 32. Conciliorum Edit. Reg. Ἀφ' ἧς ἐπεχθῆναι λύσα συμπεφωνῆσθαι τὸ Σύμβολον, καὶ κωλύεσθαι τὸ προσθεῖναι καθόλου ὅσον πρὸς τὸ νοεῖν καὶ πρὸς ὑπέρ αὐτοῦ ἀπόδειξιν· ὅσον δὲ πρὸς διασάφησιν, οὐδέποτε ἡ Ἐκκλησία τοῦτο κεκώλυκε. *Unde sequitur prohibitionem addendi, quæ consummato iam Symbolo est apposita, intelligendam esse de additione novi sensus, diversæque sententiæ: nam additionem quæ ad meram declarationem pertinet, nunquam prohibuit Ecclesia.*

Secundus Additionis gradus auroritate Synodi Nicænæ secundæ, generalis septimę factus Apologiâ non indiget. quotus enim quisque non sentit, nihil minus juris

Oecu-

Oecumenico Concilio Nicæno secundo fuisse declarandi aliquid in Symbolo Constantinopolitani Oecumenici secundi, quam ipsi Constantinopolitano secundo fuerat apponendi verba quædam Symbolo priùs edito à Nicenâ primâ Generali magnâ Synodo? Appositâ verò jam Symbolo per Generalem Synodum voce *Filioque*, quin illam cantare quoque inter sacra continuò potuerit citrà reprehensionem ullam Ecclesia Romana, dubitare nemo poterit qui reputet, nullam fingi probabilem rationem posse, cur Symbolum à Constantinopolitanâ secunda Generali editum Synodo rectè in cantum Ecclesiasticum sit receptum; idem Symbolum auctiori, & & explicatiori editione vulgatum à Nicænâ secunda generali septimâ Synodo, nefas fuerit Ecclesiasticis aptati modulis, & in Choro dum Sacra peraguntur audiri. Dicent fortasse: genus mendacij fuisse Symbolum quasi à Constantinopolitanis secundæ Synodi Patribus editum cantare, cum additamento tantò posteriùs illi à septimâ generali Synodo inserto, ex quo non jam ampliùs id secundæ Synodi Symbolum esset, sed aliud septimæ. Respondeo: si multa verba à secundâ generali Synodo Symbolo Nicænæ primæ generalis addita, non obstiterunt quominùs id Symbolum Nicænum vocari perseveraret; cur unius quadrisyllabæ voculæ additio impediet, nè verè idem Symbolum Constantinopolitanum ut antea possit dici? Nicæno Symbolo Constantinopolitani centum quinquaginta Patres adjunxerunt, post illa verba: *Credo in Spiritum Sanctum*, hæc: *Dominum & vivificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas.* & tamen Symbolum sic auctum Nicænum nihilominus deinceps Catholici dixerûnt. Durandus in Rationali Divin. Offic. lib. 4. cap. 25. Postquam Apostolicum & Athanasianum Symbola memorasset, subjungit: *Tertium est Nicænum, quod Damasus Papa ex Constitutione universalis Synodi apud Constantinopolim celebratæ instituit.* Similiter Magister Sententiarum lib. 1. dist. 11. & Alexander Alensis par. 3. quæst. 69. membro 5. Symbolum quod in Missâ cantatur Nicænum, ac Nicænorum Patrum vocant. Hujus ratio est quod additio Constantinopolitanorum Patrum nihil novum intulit Nicæno Symbolo, sed quædam quæ in eo latebant explicatiùs protulit. Hoc affirmat S. Gregorius Nazianzenus, unus è 150. Constantinopolitanis Patribus, scribens ad Cledonium: Ἡμεῖς (inquit) τὴν ἐν Νίκαιᾳ πίστιν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐκεῖσε ξυνελθόντων διὰ καθαιρέσεως τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως, οὐδὲν ὅτι προσπεποιήμεθά τινα, ἢ προσῳκειώμεθα δυνάμθα. ἀλλ' ἐκείνην ἐσμὲν πίστιν ξὺν Θεῷ καὶ ἐσόμθα. tantùm addit se cum suis in illâ Sacrâ Synodo Collegis articulatiùs expositisse, quæ minùs sufficienter, habitâ ratione deinde subortarum Hæresum, de Sancto Spiritu declarata à Nicænis fuerant. προσδιαρθροῦντες ὅ ἐλλιπὲς εἰρημένῳ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. In quæ Nazianzeni verba Scholiastes ejus Elias sic rectè commentatur. Τῷ μὲν σώματι τῆς λέξεως παρελέλαπτο· τῇ δὲ ψυχῇ (λέγω δὲ τὰ τῆς νοημάτων) ἐδημοῦς. διὸ καὶ ὁ ἅγιος ὁ θεολογήσας, ἀλλὰ ὅ ἐλλιπὲς εἰρημένῳ τοῦ σώματος λέγει διαρθροῦν, ἤτοι ἐξακριβοῦν καὶ ἀμορφοῦν. Hæc ille. quibus significat: non sensibus aut quasi animæ Symboli Nicæni defuisse aliquid, dicere Gregorium Theologum; sed sono verborum ac veluti corpori &c. Vnde sequitur additionem identitati non obstare. Idem nunc pari jure dicimus. quam voculam Nicæna secunda Synodus generalis septima Symbolo à Constantinopolitana generali secundâ edito addidit, ea cum extranea non fuerit, sed ex visceribus ipsius Symboli doctrinæ, ac Constantinopolitanorum Patrum sententiæ eruta, non facit ut post hujus epenthesim Symbolum aliud diversum id debeat censeri. nullum ergo fuerit mendacium, id Constantinopolitanum ut antea vocare. Quod verò Ecclesiæ Galliæ & Hispaniæ cantare Symbolum in Sacro cum additione *Filioque*, per se instituerunt. id nimirùm sibi licere credidere postquam ista additio per generalem septimam Synodum comprobata & usurpata fuerat. unde ut superiùs vidimus Leo Tertius Pontifex id factum non ut

nefa-

nefarium damnavit, sed tantum ut ab eo desisterent suasit. propter causam quam ibi commemorat. Sed illa Romani Pontificis moderatio, ut tunc fuit laudabilis; sic postea per Græcorum, Schismæ hæresi cumulantium pervicaciam, evasit intempestiva. Etenim illi abstinere à cantu Symboli cum additione *Filioque*, pro signo professionis suæ de Processione Spiritus Sancti ex Patre solo Hæresim habebant. Sic Photius Leonem Tertium tanquam sibi consentientem in istâ blasphemiâ laudat: quod nimirùm ille noluisset cantari Symbolum cum additamento *Filioque*. Coacti ergò verè sunt, ut loquitur Andreas Rhodius superiùs relatus, Romani Pontifices cantari jubere Symbolum tali additione auctum, justo metu gravis scandali, tum apud Latinos, quorum Ecclesiæ pleræque jam ultrò cantum illum usurparant, tum apud Græcos qui ejus rei omissionem in erroris sui patrocinium trahebant. Et tamen vel sic coacti temperarunt Græcos ipsos adigere ad id Symbolum cum pari additione in Ecclesiâ cantandum. Licet non deessent fervidiores, qui id Græcis injungi suaderent. Contra quos videtur Ioannes Parastron, Missus Constantinopolim à Gregorio X. illa verba à Pachymere hoc capite recitata protulisse: per quæ suadere studet Italis: *Ut dimisso amotoque additionis ad Symbolum* (à Græcis videlicet exigendæ) *Scandalo, cum Fratribus quos viderent palàm Græcis conciliari, vera ita demum exsitura pace, vellent*. Vti & vicissim Græcos mox ipsos hortatur ad admittendas & satis accipiendas excusationes quas Latini allegarent pro additamento ad Symbolum: hoc est pro eo quod Symbolum voce *Filioque* auctum in suis Ecclesijs cantarent: prout justis & necessarijs de causis majores ipsorum id instituissent. Præstitisse mihi videor quod promiseram, & satis evicisse nullam in facto Additionis vocis *Filioque* ad Constantinopolitanum Symbolum, temeritatem Latinorum posse notari, sed summam potius & Romani Pontificis & Ecclesiarum Occidentis apparere cum fundatissimâ ratione moderationem ac sapientiam, in necessitate obsistendi grassanti Hæresi temperantium tamen id à Græcis exigere, quo illos exasperandos, & quadam exprobratione præteriti erroris confundendos intelligebant: & istâ benignâ accommodatione studentium eos ad unanimam Ecclesiarum allicere concordiam.

CAP. XIX.

Pag. 265. Ὑπογράφω δὲ καὶς τῷ Ἀβραὰμ τὸ Θεῖον τὸ Εὐλογοῦντός σε &c. Aliquid quodammodo simile dictum Abraamo à Deo reperitur Genes. 12. 2. *Benedicam benedicentibus tibi* &c. Cæterùm verba ut hîc jacent potiùs sumpta videntur ex Gen. 27 29. *Qui benedixerit tibi sit ipse benedictus, qui maledixerit tibi maledictionibus repleatur*. Sed hæc non dicuntur à Deo Abraamo, sed ab Isaaco Iacobo. ut fortè hoc sit μνημονικὸν σφάλμα Pachymeris.

CAP. XX.

Pag. 266. *Quamquam hæc quidem res* (Holoboli supplicium) *non hoc tempore contigit, sed paulò ante*. Quando contigerit hoc capite narrata incomitiatio Rhetoris Ecclesiæ Holoboli ostendemus infra in Chronologicis lib. 3. harum Observationum cap. v. num. 6. nunc occasionem non omittam demonstrandi Vaticanum Paraphrastem nequaquam ipsum fuisse Pachymerem, qui aliam quasi editionem sui Operis commutans plurima vulgaverit; id quod Virum doctissimum suspicatum video. si enim is ipse esset non ità manifestè à se ipso dissensisset, ut hîc facit. Cum enim in nostris optimis B. & A. Codd. Pachymeres hoc loco habeat: πάλιν οὐκ ὀπὶ τοῦτε ἔ καιρὲ γεγονὸς. ἀλλὰ πρόσθεν. Paraphrastes sic hunc locum effert: πρόσθεν μὲν συμβὰν μὴ ὃ Κορωνδιώτου Πατριάρχου Ἀρσενίου. Ita ille. & mox ut sibi cohæreat, ubi conventûs est mentio habiti congregatis Episcopis cum Patriarchâ, Imperatore præsente

sente, Vaticanus Patriarcham tunc fuisse Germanum disertè tradit, contra manifestam Pachymeris sententiam, qui nihil omninò de conciliationis Ecclesiarum negotio tractatum quamdiù Patriarchatum tenuit Germanus, tradit. Nec potest esse dubium quin Patriarcha illic tacito indicatus nomine Iosephus fuerit; sub quo demùm tractatio concordiæ Ecclesiarum moveri cepta est. Et quidem Iosepho Patriarchatum gerere incipiente nondum fuisse deformatum infami supplicio Holobôlum, manifestè patet ex cap. hujus libri xii. quo narratur: Imperatorem ursisse Patriarcham (Iosephum videlicet) & quosdam ex Clero ad assentiendum Paci quam tractabat cum Ecclesiâ Romanâ, suffragantibus in hoc ipsi Archidiacono Meleteniota, Georgio Cyprio Protapostolario, & hoc ipso Holobolo, quem inde patet nondum malè mulctatum ab Imperatore, quinetiam in gratiâ tunc apud eum fuisse donec eam illo ipso conventu imprudentiâ suâ perdidit. Alibi etiam observavi Scriptorem hunc à Pachymeris quem interpolat mente aberrare. Sed hoc in specimen talium abundè sit hîc memorasse.

Pag. 267. *Ille non dissimulans pœnitere se priùs actorum & contrarias Imperatori partes deinceps secuturum.* Quid viderat Holobolus de novo ut mutaret sententiam, & ex probante consilium reconciliandarum Ecclesiarum, repente in ejus pacis adversariû mutaretur? Nihil sanè, nisi se minus honorificè quàm vellet tractatum ab Augusto; quam ille, ut putabat; contumeliam perseverantiâ in Schismate, & pervicaciâ ulcisci studuit. En quo Spiritu Græci Schismatici ferrentur: non eos ratio, non autoritas, non veritatis cura; sed ambitio & superbia privatæque rationes præcipitabant, ipso ijs addicto Historico fatente. Non ita Ioannis Vecci ex Adversario in fautorem Latinorum mutatio contigit superiùs cap. xxv. narrata. Ille siquidem quoad putavit causam Græcorum veritate niti, modestè restitit Imperatori, usque ad perpessionem cateeris. ubi verò per otium lectis Patrum libris clarè vidit potius jus esse Latinorum, statim agnitam veritatem est professus & constantissimè defendit.

Pag. 268. *Intestinis ovium ipso adhuc fimo refertis implicitis onustique.* Etsi hanc fœdam traductionem damnatorum per Vrbem χαρὸν θρίαμβον Pachymeres vocat, præcesserant tamen ejus exempla Constantinopoli. vide Annam Comnenam quid ipsa simile viderit, referentem lib. 12. Alexiadis pag. 363. Edit. Reg. ubi peculiariter in rem nostram notat, eos qui hoc modo circumducebantur habuisse capita intestinis boum ovium que quasi ad ridiculum ornatum cincta: Τὰς δὲ κεφαλὰς (inquit) ἐνωθοῦσι ἔοικε καὶ περιθέσθαι τρίχας δίκην κοσμούσαις. In optimo ms. Pugetiano eum quo editam jam Alexiadem contuli, & plusquam mille locis emendavi, legitur, καταχοσμούσαις.

CAP. XXI.

Pag. 270. Πρὸς Μεθώνῃ γόνου) sic contextus trium simul Codicum: sed in Barberino supra Μεθώνῃ adscriptum in glossæ modum Κορώνῃ legimus. Hoc ab erudito Lectore additum putamus ad prævertendam ambiguitatem, quæ posset objici minùs cautis à vocabulo Μεθώνης. Isto enim nomine est Vrbs Thraciæ apud Suidam & Stephanum; item alia Macedoniæ in Magnesiâ, cujus meminere Thucydides, Strabo, Stephanus, Plinius &c. Methonen etiam in Thessalia memorat Hesychius, illam fortè de quâ Seneca Choro Actus 4. Troadum his versibus

An frequens ruscis levibus Methone,
Quæ sub Oetæis latebrosa sylvis &c.

Nulla porrò harum in hunc locum quadrat. non enim provectos à Maleâ Laconiæ Promontorio Hellespontias ventus plenis velis per totam noctem impellens (quod hic dicitur) appellere retrò potuit in Macedoniam aut Thraciam. Est ergò hæc μεθώνη quâ Pausanias μεθώνῃ scribit, Messeniæ Vrbs maritima in modico Promontorio, cui adversum aliud angusto sinu diremptum Corone insidet, alia Vrbs, cujus

propterea mentionem opportunè ſuggerit gloſſema non inutile ad determinandum de quâ Methone hîc agatur. Nam in hanc non inveriſimilis curſus à Maleâ fuit vento qui ab Helleſponto vehemens ſpiraret. Hodiè hę Civitates nomen ferè antiquum in Mappis recentioribus obtinent, ſignatæ vocabulis *Modon* & *Coron*. Porrò qui ſinum Modonem inter & Coronem ſitum intrat, is ut Methonem ſic & Coronem tenuiſſe dici poteſt, ut nihil Gloſſator Autori contrarium alleverit.

CAP. XXX.

Pag. 285. *Attribuerat autem liberali privilegio Imperator cuidam Genuenſi Nobili cui Manuelis nomen erat Zachariæ Filio.* Puta hæc Manuêlis & Zachariæ vocabula prænomina fuiſſe hominum quibus commune foret *Cataneæ* Gentis nomen. Hoc enim dicendum neceſſariò videtur, ut Pachymeres cum Gregorâ, cumque Ducâ Michaëlis Nepote, cujus Hiſtoriam Vir doctiſsimus Iſmaël Bulialdus ante hos annos quindecim primus edidit, conveniat. Siquidem illi ambo docent Michaëlem Palæologum hunc noſtrum, conceſſiſse Phocæam Cataneis. Ac Gregoras quidem ſub initiũ libri xi. pag. 239. agens de Catane Phocææ Principe, & eum Mitylenem tunc occupaſſe referens in eamque immigraſſe, præſidio tamen valido Phocææ relicto, ſtatim ſubdit: Κλῆς δ' ἀπὸ ταύτης ἐλθὼν εἰς Δόξα παρεγένετο ὁ Φωκαέων παρὰ τοῦ Βασιλέως καὶ Πάππου τοῦ Βασιλέως σφισὶ δοθεὶς ὑπήκοος, ἕνεκα καὶ χρημάτων πρὸς πορισμῶν. διὸ καὶ ᾧ χρόνῳ πλεῖν ἐφορμαν ἀφ' ἑαυτῶν γράμματα βασιλικοῖς ἐκπεμπῶν ἀεὶ διετέλουν τιμὴ δόσει τοῦ Κλῆος &c. quorum ſumma eſt Catanem qui ſub Andronico Iuniore Princeps Phocææ erat, eum Principatum obtinuiſſe hereditario jure tranſmiſsum à ſuis Majoribus quibus illum Imperator Proavus Andronici Iunioris (fuit is Michaël Palæologus prior) certis legibus in feudum (ut loquuntur) conceſsiſset. quare quoties in eo Principatu Filij Patribus ſuccederent, Diploma Imperatoris impetrare illos oportebat, quo in iſtius Dynaſtiæ legitimam poſſeſsionem mitterentur. Ita ibi Gregoras. Ducas autem cap. xx. Hiſt. pag. 89. Edit. Reg. ſic habet: Ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ τοῦ Βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, τοῦ πρώτως βασιλεύσαντος ἐκ Παλαιολόγων, ἦλθόν τινες Ἰταλοὶ αἰτοῦντες ὄρος (agit de monte Phocidis) δοθῆναι αὐτοῖς, καὶ λαμβάνειν κατ' ἔτος ὃ συμφωνήσουν. *Imperante Michaele Palæologo, eo qui primus in domũ Palæologam Imperium invulit, venerunt quidam Itali petentes Montem Phocææ ſibi dari, ſub penſitatione annui tributi.* Hæc Ducas, qui quamquam hic non nominat iſtos Italos, paulò inferiùs tamen indicat eos è Gente Cataneâ fuiſſe. dum ſcribit: Ἦσαν δὲ οἱ ἐνθένδε τῆς Ῥώμης (τῆς Φωκαίας) κτίτορες ὀν. τοῦ Κατανέων Γενεᾶς, Ἀνδρέας καὶ Ἰάκωβος &c. *Erant autem memorati Urbis novæ Phocææ Domini è Cataneis Genuenſes Andreas & Iacobus.* Poſteri videlicet illorum aut illius qui cum Michaële Palæologo priori de Montis Phocææ Dominio tranſegerat. Vnde intelligitur hunc cujus meminit hoc loco Pachymeres, qui primus Montem Phocidis beneficio Imperatoris obtinuit, Manuêlem Cataneam fuiſſe vocatum, filium Zachariæ Cataneæ ſive Catanei. Reperimus & Cateluſios vocatos: nam qui multi in Hiſtorijs citerioris ætatis Cateluſiorum appellatione memorantur, ex eadem eum Cataneis eſſe familiâ certò colligitur ex collatione variorum locorum Villanij, Laonici, & aliorum Hiſtoricorum qui res quingentorum retrò annorum ſcripto complexi ſunt. Nec nova res eſt mutari aliquid in nominibus Magnarum Domuum, cum olim ſciamus Cloantos in Cluentios, Lamos in Lamias, Clauſos in Claudios, & Clodios, Hortenſios etiam in Hortalos tranſiſſe; nullo id in argumentum trahente familiæ diverſæ: ut omittam ſimilia plurima paſsim obſervata in memoria recentiorum, adeoque hodiè vigentium ſtirpium. Non enim his immorari, locus aut præſcriptæ brevitatis ſinit modus, quem quidem jam exceſsiſse me paululum ſentio; ſcilicet officio elatum grati animi erga Familiam nobiliſsimam cujus vetera illuſtriſsimaque extant erga meam Patriam Galliam fidei benevolentiæque non vulgaris monumenta.

Ruſus

Rufus quippe, alijs Ruffinus, Cataneus, cognomento de Voltâ, Philippi Augusti Galliæ Regis Archithalassus fuit, & eum post expugnatam Acconem deportavit in Apuliam, ut Rigordus docet in libro de Gestis Philippi Augusti pag. 142. Salvator etiam Vitalis in Chronico Corsicæ tradit, in expeditione S. Ludovici quâ cepit Pelusium, unum ex eadem stirpe Cataneorum de Voltâ, inter Duces exercitûs fuisse. Anno item Christi 1396. cum Genuensis Respublica in gravi suo periculo necessarium censuisset subijcere se imperio Caroli VI. Regis Galliæ: missus ad illum communi consilio Damianus Cataneus, summâ prudentiâ parique felicitate negotium confecit, relato domum ex regiâ gratiâ titulo atque honore Mareschalli Franciæ. Perseveravitque affectus in posteris non sine mutuæ Regum benevolentiæ signis illustribus; quale fuit quod Ludovicus XII. solemni pompâ Genuam invectus, Villam Laurentij Catanei; ejus invitatu, humanissimè visit; delectatum se hospitio gratissimè præferens. Quare in occasione Legationum ad Reges Franciæ Catanei à Genuensibus plerumque, ut ibi gratiosi, legebantur. Sic ann. 1499. Christophorus. Ann. 1511. Thomas, Cataneij; An. 1513. alius item Cataneus, Legati Genuâ in Galliam venisse reperiuntur.

Montana Phocææ quæ Orientem spectant quibus insunt Alumnis Fodinæ. Ibi ille (Manuël Cataneus) *habitans cum sibi subiecta Operarum multitudine indefessè laborabat eruenda distrahendaque ista merce; ac cum inde plurimùm congessisset lucri* &c. quis hic labor esset & quantum ex eo lucrum, discimus ex Ducâ qui domicilium se habuisse in istâ novâ Phocæâ profitens, quæ refert spectasse oculis creditur: Ἐν τῇ Φωκαΐδι τῇ νῦν τῶν Ἰονίων ἐσχάτῃ ἐν ᾗ μέτοχος συμπηξίας ὑπῆρχε· ἐκεῖ ὁ λίθος ἅπας τῆς ἀκεραστίας πυρὶ κατακαιόμενος, ἔπειτα ὕδατι, ὡς ψάμμος γίνεται· τοῦτο δὲ ἀπὸ τοῦ λίθος γενομένου ψάμμου εἰς λέβητα βάλλοντες ζωὴν ὕδατι, καὶ καχλάζοντος ἐπὶ πολύ, ἡ βλαβοῦσα ψάμμος ἀφανίζεται· ἐν ᾧ μὲν πολὺ καὶ γοώδες ἐστὶν ἐν τῷ ζωμῷ μένει ὡς γάλα πυκνοῦσθαι, ὃ ξηρὸν ἐκ μαδᾶ· λιπὲς ὄξος ἐπίπαν ἐς ἄχρηστον· ἐν δὲ ζωμὸν εἰς σκάφας κεραμίνας ἀχρὶς ἡμερῶν τεσσάρων τῆς δρομικῆς, ἵζησας ἐν τοῖς ἄχρεσι τῆς ὑποδοχῶν ἀλείφου πεπαγμένου· ὁ ζωμὸς καὶ ὑπὸ ψυχόμενος ὁμοίως χρυσάλλῳ &c. Hoc est ex versione Bulialdi: *In Phocide quæ Ioniæ adiacet; mõs erat Metalli aluminis ferax: cuneique lapides, qui in vertice montis, in ignem primùm, postmodum in aquam missi, in arenam comminuuntur. Hæc ex istis lapidibus collecta in cacabum aqua mixta demittitur, ac ubi parùm aqua iniecta ferbuit, arena liquefit. quod densum est eius, offæ simile, ad modum lactit in caseum coagulati servatur: quod durum & terrestre, ut inutile abijcitur. Offa verò illa in vasa diffusa per quatuor dies, in eis subsidit: posteaque circa oras summas vasorum concreta, splendensque adinstar crystalli reperitur* &c. Satis enim hæc sunt ad indicandum istius hic memorati laboris modum. Quæstuosæ porrò distractionis hujus mercis, causam Ducas mox memorat, quòd alumen tinctoribus necessarium sit. Ἐστὶ δὲ ἀναγκαῖον χρῆμα βαφεῖσιν. quæ confirmant id quod noster paulò inferius scribit: *Inde siquidem vim inferre magnam illi* (Genuenses) *consuerant istius mercis* (aluminis) *vendibilis in primis. quoniam plurimùm, prout hodieque cernitur, eius usus est in pannis è lana texta colore vario fucandis.* His omnibus addo Cataneorum Imperitantium Phocææ mentionem etiam extare apud Cantacuzenum lib. 2. cap. 29. pag. 290. Edit. Reg. ubi eandem, ut apparet, rem narrans quam superiùs retulimus è Gregorâ, Mitylenes videlicet occupationem per Cataneos Phocææ Regulos factam, in eo videtur à Gregorâ discrepare, quod factum id Dominico Cataniæ Andreæ filio tribuit: non autem ipsi Andreæ & Iacobo ejus fratri. (Verba Cantacuzeni hæc sunt:) Ἡγεῖτο, ὡς Δομήνικος ὁ Ἀνδρέου τοῦ Καταναίου, ὃς τῆς νέας Φωκαΐδος ἦρχε, Βασιλέως βαλδουίνου καὶ χάρου, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ διαθανόντος, κληρονόμου τῆς οὐσίας καταστάς, πλουσίου δὲ λίαν, τοῖς χρήμασι φυσηθείς, Λέσβου ἀφαιρεθείσης Ῥωμαίων ἀφαλόμενος, ἰδίαν ἑαυτῷ ἐκποιησάμενος ἡγεμονίαν &c. quæ ibi pergit narrare, quibus egregiè cõfirmantur quæ de Phocææ Dominis beneficio Imperatorum Palæologorum Cataneis diximus, necessariò ad supplendam in hoc loco nostræ

Historiæ Ἀνονύμου Pachymeris, familiæ nomen omittentis in memorando Manuele Zachariæ filio, primo Phocææ possessore ex concessione Michaëlis Palæologorum primi Augusti.

Pag. 285. Vocem ἐναυλισαμένοι ex margine in contextum intuli, expuncto πεσόντες, verbo nihili. vers. seq. πυθόμενοι repositi pro παρόντες, sententiâ poscente.

AD LIBRVM VI.

CAP. II.

PAg. 292. Quæ hoc cap. narrantur de Mariâ Reginâ Bulgariæ in Avunculum Imperatorem, odio Pacis Ecclesiarum ab eo procuratæ, concitare Sultanem Syriæ conante, facilè ostendunt pravum Schismaticorum animum: uti & quæ capite sequenti, & deinceps narrantur, quàm crudelis, impia, sacinorosa hæc mulier fuerit demonstrant; quare illâ protectrice Schismatici Rebelles glorientur licet, digno patellâ operculo.

CAP. V.

Pag. 299. Quæ hîc narrat Pachymeres se adhibitum ab Imperatore ad clàm explorandum ecquid Theodosius Monachus, si Antiochenus Patriarcha fieret, obstiturus esset negotio conciliationis Ecclesiarum, rem illam ex Augusti sententiâ gessisse, ostendunt hunc nostrum, etsi tacito judicio animi Schismati favetet, ut multa demonstrant hujus Historiæ loca; tamen Imperatoris consilijs ejus generis haud palàm adversatum. Imò suspicari fortè non immeritò possemus: eum vivente Michaële vetè & ex animi sui sententiâ favisse Paci; sed eundem Historiam deinde hanc scribentem sub Andronico, qui se itetùm à Romanâ Ecclesiâ abscidit rescissis paternis Actis, servisse tempori revolutum in familiares errores.

CAP VI.

Pag. 301. *Michaelis cum Anna connubio nonnihil obstabat Ecclesiastici impedimenti ex Canonibus quondam à Sisinnio perlatis.* Non est hic Sisinnius ille antiquus Constantinopolitanus Patriarcha, qui Ann. Christi 426. Attico successit, ut narrat Socrates lib. 7. cap. 26. Sed alius ut apparet longè posterior, qui Ann. Christi 995. Nicolao Chrysobergi suffectus est. Nam hunc Ioannes Curopalates in Hist. ad Ann. Mundi 6503. testatur Canones de Matrimonijs sanxisse.

Gradus affinitatis ex una quidem parte quatuor, ex altera duo. Anna filia Michaëlis Augusti Sponsa destinata Michaëli Despotæ, quarto consanguinitatis gradu contingebat Annam alteram, filiam sororis Patris sui, nuptam Nicephoro Despotæ, Michaëlis Despotæ Germano; & quia Nicephorus & Anna conjuncti matrimonio pro uno censebantur, etiâ Nicephoro & consequenter Michaeli ejus Fratri, totidem affinitatis gradibus admovebatur. Porrò Michael Annæ Vxori sui Fratris, affinitatis gradu secúdo jungebatur, quia suo Germano ejus Viro secundo consanguinitatis gradu junctus erat. Affinitatis quippe gradus, ut Theologi & Iuris Can. Consulti hęc tractátes docent, pari passu sequuntur gradus cõsanguinitatis. ut ergò consanguinitatis primus gradus est qui Parentes inter & liberos intercedit; secundus fratrũ ad fratres; tertius fratris sororisve filiorum ad patruos, avunculos, amitas, & materteras; quartus consobrinorum ad consobrinos; ita & affinitatis numerantur totidem; quales revera in hac Filiâ Michaëlis Augusti respectu Sponsi ei destinati Michaëlis Despotæ numerabantur: unde ex hac parte, ut ait Historicus, quatuor erant Συγγενείας sive affinitatis gradus: ex parte verò Sponsi ipsius Michaëlis Despotæ respectu Fratris ejus Nicephori, & ejus Conjugis Annæ natæ ex Sorore Michaëlis Augusti, duo: quia ut consan-

consanguinitatis gradu secundo connectebatur frater fratri, ita secundo pariter affinitatis gradu conjungebantur Levir & Fratria. Hæc mens hujus loci est. circa quem notanda venit duplex Græcorum illius temporis à Latinis hodiernis discrepantia. Prior est, quòd ut hinc apparet, apud Græcos tunc affinitas affinitatem pariebat: cum in usu jam Ecclesiæ Latinæ, nihil prohibeat quominùs aliquis ducat Vxorem, Sororem Vxoris Fratris sui: Altera quòd in numerandis cognationis & affinitatis gradibus parentes nunc non imputentur, sed primus gradus constituatur in fratribus: cum, ut numerat hoc loco noster, necesse sit primum gradum respectu Patris ac Matris poni, secundum respectu Fratrum ac Sororum. Sic enim tantùm Nicephorus Despota, qui Filiam Sororis Imperatoris in Matrimonio habebat, ab ipsius Imperatoris Filiâ quarto affinitatis gradu distare poterat, prout hîc dicitur.

CAP. IX.

Pag. 306. *Quando ducente Isaacio Augusto malè ij* (Romani) *cum Bulgaris pugnaverunt, amissis impedimentis* &c. Rem hîc indicatam fusè narrans Georgius Acropolita Historiæ suæ cap. 11. pag. 10. Edit. Reg. in summâ docet: Isaacium Augustum in Bulgaros, qui Autore Rebellionis Asane à se defecerant, Expeditione susceptâ; Asanem cum præsidijs arctâ obsidione cinxisse intra Oppidulum Strinobum dictum (ἐντὸς τῆ πολιχνίᾳ, ἥ δὴ ὄνομα Στρύνῳ), Videtur amplificata deinde ab Asane victore hæc Civitas; quippe quam noster Ternobum vocans, Regiam Bulgariæ Vrbem fuisse non semel indicat. Pergit Acropolita dicere: cum in extremo discrimine res Asanis & Bulgarorum essent, quos ne in Isaacij Augusti potestatem mox venirent, nulla res prohibere humanitùs poterat; exisse ab Vrbe obsessa quendam specie transfugam; qui trepidè Imperatori nunciaret, mox irrupturos in ejus Castra maximo numero Scythas: quo ille indicio perculsus nocte repente obsidionem solvens, fugit ab Oppido postridie dedendo; & ejusdem proditoris etiam in fugæ viâ consilium fraudulentum sequens, se suosque conjecit in angustias, ubi mox plurimi à paucis miserè oppressi sunt Bulgaris, qui ex composito in circumventos irruentes, Romanos pleroscque cædunt, Imperatore cum non multis ægrè se in tutum recipiente, omni apparatu, & Imperatoria suppellectili Hostibus relictâ. Οἱ δὲ, ait Acropolita, ἀμφωθοῦντες μὲν τῶ Βασιλέως χωματί τε ἦσαν καὶ ὀλίγοι πάνυ. ἐντεῦθεν ἐφυσήθη ὅ τῆς Βυλγάρων φῦλον λείαν πολλὴν ἐκ τῆς Ῥωμαίων καρδίας. ἀλλὰ δὴ καὶ ἐκ τῆς βασιλικῶν ταξιαρχίων τὰ τιμιώτατα. τάς τε γὰρ τῶ Βασιλέως πυραμίδας ἀνελάβοντο, καὶ φιάλας τῆς ὑπατείας, καὶ χρῆμα εἰς πλῆθος καὶ ἀυτὸν δὴ τῶ βασιλικὸν σκηνῆς &c. Hæc sunt quæ noster hic vocat *ipsa insignia Imperij*. In quibus quod τὰς τῶ Βασιλέως Πυραμίδας *Imperatoris Pyramides* Acropolita numerat, lucem accipit ex alio ejus loco, Hist. cap. 40. pag. 36. ubi de Theodoro Angelo Imperij insignia deponente sic scribit: Τὰ μὲν γὰρ ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλλετο, καὶ τὴν ἀετωμάτων Πυραμίδα, εἰς λίθου καὶ λίθου ἐζεσκευασμένην κόκκου, βασιλικὰ τῶν τε σύμβολα. hoc est ex versione doctissimi Interpretis: *Namque rubri calcei dimissi, & unionibus interstincta pyramis, super quam lapis rubeus emicabat, quæ Imperatorum Insignia sunt.*

CAP. X. & XI.

Quæ hic narrantur de Vecco liberè causam pauperum injustè oppressorum agente cum Augusto, à quo eâ occasione pessimè tractabatur, palàm ostendunt quàm ille vir alienus ab omni adulatione fuerit: & quàm certum sit, ea quæ pro Ecclesiâ contra Græcos Schismaticos egit dixit scripsit, purgata videri debere à suspicione fuci ac fraudis. De Stauropegijs fusè agimus in Glossario. ubi & vide de Colybis capitis xii.

CAP.

CAP. XV.

Pag. 313. & 314. *Me neutiquam passurum addi Symbolo Patrum vel minimam notulam* &c. Nunquam exegerunt Latini à Græcis, ut particulam & ipsi *Filioque* Symbolo Nicæno adderent, modò fidem ipsam processionis Sancti Spiritus ex Patre & Filio tenerent; & Romanam Ecclesiam faterentur non peccasse cum ad declarandum expressiùs Dogma, verbum illud *Filioque* Symbolo addidit. Hæc duo si præstent, qui è Schismate Græcorum redeunt; nihil aliud ab ijs requirendum sanxit etiam Clemens VIII. cujus eâ de re Decretum memini me legere apud Possevinum in Apparatu. vide quæ superiùs annotavimus ad cap. 11. lib. 5. Nihil ergò mirùm si Michaël Imperator gnarus quid verè Latini peterent, & videns spargi à Schismaticis in populum vanos metus: quasi jussurus statim Papa foret, ut in omnibus Græcis Ecclesijs Symbolum deinceps cum additione vocum vocabulo *Filioque* æquivalentium cantaretur, præmunit animos, profitens se neutiquam id passurum. Consentaneè his & Græci loquuntur in Concilio Florentino sess. 25. Pag. 508. Edit. Reg. Τὸ τῆς προσθήκης, ὑμεῖς μὲ δεχόμθα πώποτε ταύτην· ἀλλ' ἐγχωρῶμεν ὑμῖν ἔχειν ταύτην ἐν ταῖς ὑμῶν Ἐκκλησίαις, μὲ μὴν ἐν ταῖς τῆς Ἀνατολῆς. καὶ λέγομεν ὅτι ἀνάγκης καταναγούσης αὐτὴν ἔκαμε ὁ Σύμβολον· καὶ μὲ λέγομεν τοῦτο, ὡς τοῦ Υἱοῦ, φωνὴν, ἢ ἑτέραν πίστιν ἢ προσθήκην ποιᾶ· ἀλλ' ἀσφάλειαν καὶ σαφήνειαν τῆς ὑμετέρας Συμβόλου· καὶ διὰ τὰ Σύμβολα ἀμφότερα ὀρθὰ, καὶ ὁμονοοῦμεν λέγοντες ἐν τῇ τοῦ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ, καθὼς ὑμεῖς λέγετε, καὶ ἐν τῇ ἀνατολικῇ καθὼς αὐτοὶ ὑμεῖς λέγομεν. ἐὰν οὕτω φρονῆτε ἢ ἕνωσις. *De Additione: nos illam nunquam admittemus; sed eam vobis in vestris Ecclesijs habere permittimus, non autem in Orientalibus: dicimusque Symbolum à vobis explicatum necessitate cogente: & vocem illam* ex Filio, *non esse aliam fidem, aut aliquod additamentum, sed piam & nostri Symboli explanationem, & esse utrumque Symbolum pium & eiusdem sententiæ, ut in Ecclesia Romana recitetur sicut vos dicitis; & in Orientali, ut nos ipsi dicimus, atque ita faciendam unionem.*

CAP. XVII.

Pag. 315. *Haud in eo quidquam allegabatur quo appareret Ioannem ut indignum eo loco & administrationi ... imparem inde submoveri.* Græcè: ἐν περιοχῇ ὅλως αὐτὴ τοῦ ἱεροῦ παραγμάτων ἀναξίου. Hinc apparet existimasse Græcos: in formula abdicationis, aut depositionis alicujus ex Episcopali dignitate, necessariò, ut valida censeretur, exprimi debere, eum qui deponitur indignum eo loco & ineptum officio esse. quæ causa fuit Niceteę Episcopo Heracleensi misso à Synodo ad Arsenium Patriarcham postquam is ab Ecclesiâ fugiens in Monasterium recesserat, ut ab eo cessionem Patriarchatûs exigeret, causa, inquam, hæc ei fuit instandi ut in formulâ abdicationis quam Arsenius libenter dabat, exprimeretur, indignum eum Sacerdotio fuisse ἀναξίου τῆς ἱερωσύνης. idque εἰς ὃ τὴν παραίτησιν ἔλεγον, *ut videretur idonea cessionis causa.* prout narratur à nostro lib. ii. cap. xv. pag. 74.

Pag. 316. *Quo Papæ (is erat tunc Vrbanus) super mandatis per Legatos renunciatis satisfieret.* Demonstrabimus inferiùs lib. iii. cap. x. in Chronico, ad Annum 1279. non Vrbanum tunc fuisse Papam, sed Nicolaum III. ut memoriæ aut calami lapsus hîc agnoscendus sit; errore tamen in omnia exemplaria diffuso.

CAP. XIX.

Pag. 319. Δώσω μὴν δίκτο καὶ ἀμφοτέρων &c. sumpta hæc ex Homero Iliad. β. vers. 421.

Ἀλλ' ἴομεν δίκτο μὴν ἐγὼ, πὰρ δ' ἀμέναρτον ὄφσω

unde & correximus quod in ms. vitiosè legebatur ὤφσω:

CAP.

CAP. XX.

Pag. 321. *Fortè inuentum inter rudera Oraculum insculptum marmori* &c. Hoc Oraculum Gregoras describit lib. v. pag. 67. Nos hîc illud ex margine Codicis Barberini repræsentamus cum nomine Autoris à Gregorâ taciti, etiam paulò auctius. nam hæc verba: Καὶ ὅ παρ' Ἑλκλείᾳ πολίχνιον, apud Gregoram non comparent.

Οὗτος ὁ χρησμὸς Παυσανίᾳ Προέδρῳ.

Τῆς δὲ πόλεως Τραλλέων ὅ καλλος χρόνοις ἐσσεῖ σβεσσίπεδμον. ὀλίγα δὲ πολλοσὶν τοῦτος καταλαφθὶν ἐν ὑστάτοις ἐκφοβηθήσεται (Gregoras legit ἐκβοηθήσεται) ἔθνεα ἀνάρχῳ· ἀλλαθήσει) (Gregoras ἀλώσεται) δὲ ἀδαμάς. ἀπὸ ἀναχαιτιθήσει) ὧδε δυνατῦ Νικωνύμᾳ, ὃς ὀκταπλοῦ ἀγλαὸς ἑπάδα (Gregoras ἑπτάδα, & in margine ἑννεάδα) βιοῦ δισσῶν, καὶ τρὶς ἑπτὰ χρόνων, πολὺ Ἀθάνᾳ λαμπαρωνῆ, καὶ ὅ παρ' Ἑλκλείᾳ πολίχνιον· ᾧ καὶ πόλεις ἑσπέριαι ὑποκύψεσι, καὶ ἀγερώχοι ὑποκλιθήσεται παιδικῶς.

Hoc est Oraculum Pausaniæ Præsidis.

Vrbis verò Trallium decor temporibus erit extinctum. tenues tamen eius reliquiæ in ultimis exterrebuntur à Gente sine Principatu: ac nequaquam capientur. Renovabitur autem à Potente cui à victoria nomen. qui octuplex splendidè novenarium viuet discorum, & ter septem Orbium Civitatem Attali illustrabit, & quod ab Heraclio oppidulum. cui & Vrbes Occiduæ subiacebunt, & feroces subijcientur pueriliter.

Verti, ut in Oraculis fieri debet, κῶλα, ad verbum, singulos exprimens apices. Iudicium de ipso Vaticinio, verum ne sit, an fictum, quod suspicatos & Pachymerem & Gregoram video; tum si verum, quo ejus ἀποδόσεως pertineat, Lectori relinquo integrum.

Ibidem. *Id enim verè demum in fatis erat.* Vide quæ notavimus ad cap. ix. & xxvi. lib. ii. Item ad cap. xxv. lib. iii. quibus hæreticam doctrinam fatalis necessitatis liberum arbitrium perimentis rejecimus: si fortè hîc illam Scriptor Schismaticus indicatam vellet.

CAP. XXIII.

Pag. 327: *Hæc erat Edicti sententia: Dei ubique mentionem* &c. Videtur hoc Edictum Imperator inchoasse ab illis S. Gregorij Nazianzeni verbis quæ sic in Oratione contra Eunomianos leguntur pag. 195. & 196. Edit. Græc. Basileensi. μνημονεύεσθω ὁ Θεὸς μᾶλλον ἢ ἀναπολόγητον. Quod deinceps hîc Historicus eulpat Orthodoxum Patriarcham Veccum, quia is scriptis refellere Schismaticos sit aggressus, Schismaticæ Loliginis succus est, nullo satis speciosо tectorio lividam malignitatem velans. Itaque oblitus quàm magnificè antea prædicaverit nobilem & liberam Vecci indolem ab omni adulandi servitute disiunctissimam; nunc si superis placeet eum exhibet Persâ quovis abjectiorem in assentando, prodigum titulorum, & nihil sibi faeientem reliqui in extollendo honoribus indebitis Ephesinum, cujus operâ egêret, Antistitem, quò ita sibi eum devinceret. *Scribit* (inquit pag. 328.) *ad Ephesinum, eumque ut ipsa inscriptione demereretur, non simpliciter ἱερώτατον, qui solet titulus Episcopis tribui, sed πανιερώτατον, in fronte literarum nuncupat.* Ita Pachymeres: qui videtur hæc scribens nunquam legisse librum in Græciâ notissimum, Liturgiam Chrysostomi. In quâ Sacerdos celebrans voce sublatâ dicit; μνήσθητι Κύριε πανιερωτάτου Μητροπολίτου ἡμῶν τοῦ Ν: *Memento Domine Panierotatis Metropolitæ nostri N.* & iterùm mox: τοῦ Ν. Πανιερωτάτου Μητροπολίτου ἢ Ἐπισκόπου ὅστις αὐ ἦ, *N. Panhierotatis Metropolitæ aut Episcopi quicumque sit.* Quod si Sacerdotem facientem ad Aram, & in Sacro ornatu Christi personam tepræsentantem, non dedecet πανιερώτατε deferre titulum cuilibet Episcopo; quis Patriarchæ privatas literas ad Ephesinæ antiquissimæ & honoratissimæ Sedis Antistitem danti putet vitio vertendum si tali eum titulo com-

compellaverit? Ergo alia quidem Schismatici objiciant Vecco si habent: Αὕτη γὰρ ἡ μάχαιρα ἦδε ἔκαινε.

Pag. 330. *Enimvero scandalorum* &c. Satis audacter, ne dicam impudenter & impiè, Schismaticus hic Scriptor Sanctos Ecclesiæ Patres *Scandalorum magnorum* causas dedisse ait, dum sacrum Dogma de Prócessione Spiritus Sancti ex Patre per Filium, hoc est simul etiam ex Filio, rectè & orthodoxè explicant. quantò sapientiùs faceret, si cum Vecco, quem hîc immeritò culpat, exerentem se Veritatem, quam priùs ignoraverat, admitteret: & cum Latinis profiteretur rem à suis ipsis Græcis Patribus, ut fatetur ipse quoque, manifestè traditam.

CAP. XXIV.

Pag. 331. *Illi ergo ambo soli gloriam tulerunt* &c. Quod hîc vides laudari pertinaces in Schismate usque ad perpetiendam effossionem oculorũ, imputa vitio Historici palàm, ut dictum est, Schismati addicti. & pertinere huc puta sapiens effatum Sancti Cypriani, Hæreticos, qui pro sui erroris defensione dira mortemve paterentur, non gloriam Martyrij mereri, sed pœnam luere perfidiæ.

CAP. XXVI.

Pag. 338. *Horum illum quidem*, Constantinum Acropolitam, *à Patre Magno Logotheta acceptum educarat*. Videri poterit cuipiam Georgium Acropolitam Magnũ Logothetam hoc tempore jam fuisse mortuum. Id enim ex duobus hîc positis potest astrui. Prius est: Constantinum hunc aversum se à Pace Ecclesiarum palàm tulisse: quod non est verisimile facturum eum, si Pater ejus, Pacis ejus quasi Autor & studiosissimus, viveret. Alterum, Imperatorem Constantino successentem eo nomine rem ad Patrem Iuvenis non detulisse, & ei Filium castigandum non commisisse. Sed ad primum dicimus: mirum nõ esse Constantinum à Patre dissensisse, cum superiùs Pachymeres docuerit in singulis fermè tunc familijs paria contigisse. Certè in ipsâ Imperatoriâ videmus Eulogiam Michaëlis Augusti germanam carissimam palàm in ipsum ob Pacem factam insurrexisse; & alios consanguineos etiam usque ad carceres excæcationes, & necem ipsam pertinaces in Schismate fuisse. Ad secundum respondeo, fortè abfuisse tunc ab Aulâ Georgium Magnum Logothetam, Legatione aliquâ vel Provinciali Præfectura alibi usquam detentum. Supervixisse porrò illum Michaëli, & ab Andronico propter Legationem ad Papam & ad Concilium Lugdunense pro causâ pacis obitam, in carcerem conjectum, disertissimè tradit idoneus Autor Demetrius Raũles Cabaces ex Plethone Gemisto, qui videre potuit quæ dicit, cum Constantinopoli sub Michaële, & post hunc sub Andronico vixerit, etiam à Pachymere memoratus. Vide quæ notavimus ad cap. xxviii. libri iv.

Ibidem. *In Acropolita quidem ulciscendo iram in potestate habuit*. Scio visum iri cuipiam Græca illa ἐμὲ κρείττων τῶν κατ' ἐκεῖνον, ᾧ θυμὸν ἦγε, non id quod sonat versio, sed quasi contrarium sonare. Verùm adversativa quæ mox sequitur. τῷ δὲ Μυζάλωνι ἐμὲ λίαν χολοῦμδνον, hoc intelligi, quod expressissimus in prioribus verbis indicat, quantumvis illa huc invita pertrahantur. Planè siquidem significare vult Autor diverso ac ferè contrario modo se gessisse Augustum cum duobus hisce, Constantino Acropolita, & Theodoro Muzalone: quare disertè affirmans effusam in hunc ab eo totam acerbiratem iræ, hoc ipso necessitatem nobis imponit intelligendi mitiùs egisse cum alrero, & in eo mulctando iracundiæ frænum attraxisse. utcunque id non clarè archetypa exprimant. quamquam si quis penitiùs introspiciat, confido deprehensurum, etiam ad expressam à nobis sententiam græca satis posse accommodari.

CAP.

CAP. XXVII.

Pag. 340. *Confugeret ad Montem Nigrum*, Supplevi ad illa Græca κατεφυγεν εἰς ὄ μέλαν vocabulum ὄρος *Montem*. Erant enim in Monte Nigro Monachi plurimi, & ad capessendam Monasticam professionem accommodatus ille locus. Itaque illic Monachus olim vixerat Germanus postea Patriarcha, ut noster docet cap. xii. libri iv. pag. 189. Theodosius item Princeps, deinde Patriarcha Antiochenus, ut habetur lib. v. cap. xxiv. Poterat & ad ὄ μέλαν subintelligi χρῶμα, quod vestis Monachorum per Orientem nigra esset. Sed verbum κατεφυγεν commodiùs refertur ad locum quàm ad vestem. Nec obstat conjecturæ quod hîc dicitur, exactum à Cotanitzâ (haud dubiè ab Augusto) ut statim vestem sacram indueret. Nam hinc potiùs apparet petitam nomine Cotanitzæ ab Imperatore facultatem eundi ad Montem Nigrum: sed hunc veritum ne is sic dimissus aliò abiret, exegisse ut statim se alligaret Monasticâ professione sacro habitu induto. quod ille nil recusans fecit.

CAP. XXX.

Pag. 344. *Eo demùm successu Legationis ut Imperator cum suis .... Anathemati subjicerentur*. Recitatur ab Odorico Raynaldo hæc excõmunicationis in Michaëlem Palæologum sententia ad annum 1281. ubi quamquam culpatur Palæologus, quòd pacta ex fide circa concordiam Ecclesiarũ non explesset, haud tamen facilè adducor ut credam, quod illic Vir ille doctissimus videtur opinari, culpâ Imperatoris in eo sitâ, quòd sicut promiserat nõ effecisset ut Græci particulam *Filioque* Symbolo adderent. Non enim reperimus id ab eo exactum, aut ipsum recepisse; Annotavimusque superiùs ad cap. xv. hujus Libri, Ecclesiam Latinam satis habuisse, si Græci Dogma ipsum Processionis Spiritus Sancti etiam ex Filio profiterentur; & Latinos agnoscerent justâ ex causâ declarationis expresioris verbum illud Symbolo Nicæno addidisse, non præcipiendo ut ipsi pariter illud adderent. Fuere autem alia quibus meritò suspectus, aut etiam convictus fictionis videri potuit Palæologus; puta vexationes Vecci Orthodoxi Patriarchæ, quæ illum ad ultrò abdicandam Dignitatem coëgerunt, narratæ à Pachymere hoc libro à cap. x. ad xiv. &, quod aut nescivit, aut dissimulavit noster, conjuratio Imperatoris Michaëlis cũ Siculis & Petro Rege Aragonum contra Carolum Apuliæ & Siciliæ Regem à Sede Apost. probatũ, cujus Gregoras meminit: & alij temporũ illorum Scriptores relati in Annalibus Ecclesiasticis ab Spondano & Raynaldo ad annum 1280. & sequentem. Quò pertinet quod istam in Michaëlem excommunicationis sententiam perlatam instante Carolo Rege, Historici rerum illarum memorant, ut ibi licet videre. Cogitasse autem Palæologum hoc suæ damnationis nuncio perculsum, cuncta quæ pro concordiâ Ecclesiarum hactenus egerat rescindere, quod hîc noster affirmat, non est prorsus inverisimile in homine quem apparet politicis maximè rationibus, & metu infensæ sibi potentiæ Caroli Regis ad istam tractationem adductum. Tamen id eum non fecisse testatur hîc noster. & ipsi Græci Schismatici persuasum habuerunt ipsum usque ad mortem in fide concordiæ perstitisse; quæ causa ipsis fuit eum honore sepulturæ fraudandi.

CAP. XXXIV.

Pag. 354. *Acropolita Magnus Logotheta dum viveret*. Hæc indicant scripsisse ista Pachymerem sub Andronico, & quidem multis annis post mortem Michaëlis Augusti. Nam Georgius Acropolita mortuus est in cateere in quem conjectus fuerat ab Andronico sub initium ejus Imperij, quod Schismaticis assentiri nollet, in eoque constans perseveravit per plures annos, repudiatâ libertate, & restitutione in integrum oblatâ ei ab Imperatore si deficere à communione Romanâ vellet, in quâ deni-

que diem obijt confectus ærumnis Dei causâ toleratis. Vide quæ superiùs notavimus ad cap. xxviii. lib. iv.

CAP. XXXVI.

Pag. 360. *Et in lectulum relapsus ... paulò post animam emittit.* Græcè: Καὶ πρὸν αὖθις .... τὴν ψυχὴν ἀφῆσαι. Post hæc Vatic. Cod. hæc subjungit: Ὁ μηδὲν ὃ καταπτοηθεὶς πώποτε πρὸς ἀπειλὴν θανάτου τοσοῦτον, δὸ καὶ ὅρκους θεῖ ὄνομα θεοῦ φέρουσας οὐδὲν ἐλογίζετο, καὶ ἀδικίαν, καὶ φόνους καὶ τιμωρίας οὐκ ἀνόητος τοιαῦτα ἤγετο· ὅμως ἔκειτο τεκρὸς, καὶ δακρύοις τῶν οἰκείων ἐξηρέχετο. *Qui nunquam se moriturum crediderat. ideoque iuramenta Dei nomen ferentia nihili duxerat, iniurias verò, cædes & supplicia sæva, quasi non ijs homines, sed culices lederentur, exercuerat. Is tamen iacebat mortuus & lacrymis Domesticorum rigabatur.* Hæc cum in neutro Codicum oprimorum reperiantur, non putamus esse Pachymeris, sed Interpolatoris & Paraphrastæ, quem scimus, & alia præter Autoris mentem inseruisse. Moderatior est enim noster Historicus quàm ut sic atrociter insultasse putandus sit mortuo Princeipi, cujus bona malaque liberè, sed citra malignitatem in hâc Historiâ expresit. Magna & vera laus est Michaëlis Palæologi inter multa, quæ nec dissimulari nec probari possunt, perperàm facta, Pacem & concordiam Ecclesiarum indefesso ad extremum studio ursisse. Et meritò eum hac præcipuè re Ioanni Batatzæ præcelluisse Georgius Metochita affirmat Oratione prima Historicâ. Ait ibi eum magnâ spe generosæ indolis, eum curâ peculiari ad summa quæque educatum sub Ioanne Batatzâ, non parvo etiam ipsius Principis favore, Παῖς ὢν ἀριστοβυλίας καὶ ἀριστοπαιδείας καταξιωθεὶς ἀπ' *Cuncta eius re-ctissimè consulta optimaque acta imitando expressisse, καὶ ὁμοιοτρόπως γεγονέναι τῷ τούτῳ πλησιεπιμελήτῃ, & ad vivum expressam imaginem evasisse decorum illius.* Mox addit eundem Ioannem longè à Michaële superatum, præsertim eo quod quam ille solum cogitaverat, & mentione dumtaxat primâ informaverat, Ecclesiarum pacem, hic consilio, conatu, perseverantiâ denique peregit, & factam quoad in vitâ perstitit tenuit. Quare totis habenis albas idem Metochita eloquentiæ quadrigas in ejus laudes, velut in campum Rhetorum Marathonium admittit: Οὗτος, inquiens, ὁ κλεινὸς ἐν αὐτοκράτορσι Μιχαὴλ, ὃ μέγα τῆς ἑῴας καὶ ἑσπερίου λάξευμα ὄνομα, μᾶλλον δὲ τῆς εἰκυμενικῆς περιμερείας, ὃ φοβερὸν καὶ ἀγαπλεὲς θεοδρύλλημα· ὁ πίστει ὑποβειὰν ἀρέξας; ὁ θεμὸς τὸ πρὸς Θεὸν πεποίθησιν, ὃ ἀδίστακτος περ' ὅλον αὐτοῦ ὃ ζωσπυρον πρόβλημα τὸ εἰλικρινὲς πίστεως, ὃ ὅσα τῆς ἀμειώτου πίστεως ἀνώμολα πρὸς παντὸς ἔργου πρὸς παντὸς διανοήματος ὃ βουλεύματος ἐν παντὶ ἔργῳ τε ὃ ἡμέρᾳ, ἐν παντὶ τῷ καθεδλίως καὶ ἀναστῆναι, ὃ μέχρις αὐτοῦ τοῦ τυχόντος κινήματος ἢ βαδίσματος, ἢ ἀκάματος φρενὸς, ὁ μεγαλόνους ἀνδρώπος ὃ ὑφηνιοχος, ὁ μεγαλεργὸς, καὶ μεγαλεπιτόλος, ὃ Κομνηνοσυνὶς Παλαιολόγων βλάστος, καὶ σύμπαν ἀξιοθαύμαστος. *Inclytus in Imperatoribus Michael Magnum Orientalium & Occiduorum Tractuum nomen; aut potius quatuor Mundi Cardinum terror & Gloria. Pietate conflantissima, fiducia in Deum ardente pariter & immutabili. qui per totam vitam scopo illustri sibi proposito fidei syncerè, cuncta quæ ad hanc conducerent, quæ illam quomodocumque referrent, præ omni opere, cogitatione, consilio, omni modo, & tempore, sedendo, surgendo, in omni motu ac passu spectavit amplexusque est. Indefessa mens, magnorum homo sensuum, cælestis, magna operatus, ingentia conatus: Comnena mixtus stirpe Palæologorum Surculus, planè admiratione dignus.* Hæc ibi Georgius Metochita, quæ nos encomia laudati Autoris, Orthodoxi quippe Confessoris, qui tetrum à Schismaticis carcerem pro fide Apostolicâ Romanâ multis annis usque ad mortem invictâ constantiâ sustinuit, mortuo Imperatori nostro pro funebri laudatione impendimus; sic prout possumus ἀντισυμπληροῦντες *compensantes*, conviciorum plaustra, quæ passim in eum effundunt Græci Schismatici & Latini Hæretici, perfectam ab eo Ecclesiarum Orientalis cum Occiduâ conciliationem, livore satanico indignantes.

Pag.

Pag. 360. *Sigillum quod adhibere obſignando conſueverat. exprimebat autem id characterem formatum ex tribus figuris elementi Graeci* Γι. Codex Barbetinus formam effingit hujus characteris in hunc modum.

Præter eam porrò quam affert hîc Pachymeres hujus Γι triplicati rationem, ex divinâ prænotione exitûs Michaëlis Palæologi petitam, fuiſſe aliam oportuit in mente ipſi Michaëli, utique ignaro diei ac loci ſuæ mortis, cum eam ultrò ac libens aſſumpſit. Putarim equidem eum per iſtud tertiò repetitum Γι voluiſſe indicare id quod initio hujus Libri monuimus, eſſe ſe Palæologum non ex Patre ſolùm, ſed etiam ex Matre, ac propterea majori litera Γι in medio poſita ſeipſum repræſentaſſe, alijs duabus à dextrâ & ſiniſtra parentem utrumque ſignificantibus. Nam Palæologum ſignificare iſta Γι, indicat litera A in ventre medij poſita.

OMISSA IN HOC LIB. II. OBSERV. PACHYMER.

Pag. 461. poſt verſum 4.

Pag. 233. Εἰς ἀξεπούσιον τε καὶ πλεῖ τῆς ἐλλεμμιάκων δοσπλήρωσιν. Agit de centum Libris auri (nam Vaticanus diſertè habet ἑκατὸν λίτρας χρυσοῦ) quas Blemmidæ teſtamento legabat Monaſterio in quo degebat, εἰς ἀξεπούσιον: quæ tamen ſumma poſt ejus mortem, nulla ratione teſtamenti habita, προσανεθῆ τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, εἰ ἀξεπούσιον, ut paulò inferiùs dicitur hoc eodem capite. Qua notione uſurparet Pachymeres in his duobus locis vocem, ἀξεπούσιος, quærenti mihi occurrit Heſychius qui πλεονασμὸν eâ interpretatur. Nam in ejus Lexico ſic legimus hodiè: ἀξεπούσιος πλεονασμὸς κτῆσις, fortè aliàs legebatur πλεονασμὸς κτήσεως, abundantia poſſeſſionis. Novum bonum accedens ad priùs parta, & augmentum ſuperveniens poſſeſſioni antiquæ: velut adventitium peculium veteri Patrimonio ſuperadditum. Id eruditè vulgatus Interpres Epheſ. 1. 14. expreſſit vocabulo *acquiſitionis*. quod ibi κυρίως, *in ſtricta proprietate*, ſumendum, ut ſonet quidpiam ſuperadjunctum antea quaſitis. Quare ſruſtra argutatur Novator Interpres, & qui eum laudat Henricus Stephanus in Theſauro græcæ linguæ, dum inſtincti uterque libidine calumniandi veterem uſu Eccleſiæ probatam novi Teſtamenti verſionem, contendunt ἀξεπούσιον illo Apoſtoli loco ſonare *aſſertionem*, ſive *vindicationem*, quod quàm ſit ineptum patebit ex conſideratione verborum Sancti Pauli. ſunt autem hæc: Ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς ἀξεπουσίου. quæ ſic vulgatus vertit: *Qui* (nimirùm Spiritus Sanctus) *eſt pignus hereditatis noſtræ in redemptionem acquiſitionis*. Nempe, ut enarrat Chryſoſtomus hunc locũ, his qui fidem & caritatem habent, jam nunc datur jus ad hereditatem, cujus repræſentatur pignus & arrha: quin & ejus quaſi ſubſtantia confertur infuſione gratiæ habitualis, qua conſtituimur Filij Dei. Deſunt tamen nobis adhuc multa ut perveniamus ad perfectionem ſperatæ felicitatis. Gratia igitur habitualis κληρονομίας hereditatis vocabulo ſignatur: Dona autem nondum habita neceſſaria perducendis nobis ad finem ultimum conſummatæ beatitudinis, ἀξεπουσίου *acquiſitionis* indicantur verbo. Iſta dona velut in aliena manu poſita redimenda nobis ſunt, hoc eſt emerenda & impetranda bonis operibus & precibus. ne autem deſperemus ea impetrare ac promereri nos poſſe, datur nobis eorum præſens pignus

Sanctus Spiritus, idemque efficaciſſimus adjutor ad operandum quod à nobis exigitur, ut plenam ſalutem aſſequamur. Iuxta hunc ſenſum quàm rectè eohæreant verba Apoſtoli videt profectò prudens Lector; ſimulque intelligit quam nullam commodam ſententiam efficiat Genevenſis expoſitio. quæ eſt enim *redemptio aſſertionis aut vindicationis*? At *acquiſitionis*, hoc eſt, rei nondum poſſeſſæ adjungendæ ad id quod jam habemus, facilè quivis perſpicit fieri *redemptionem* poſſe: hoc eſt, parari eam & quaſi emi perſoluto pretio idoneo. Certè Latinis Scriptoribus primæ Claſſis *acquirendi* verbum hanc ipſam quam expoſuimus notionem habet augmenti & additionis ſuper priùs poſſeſſa cumulatæ. Cic. epiſt. 7. lib. 3. *Poſtea verò quàm ita accepi, ita geſſi imperia maxima, ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem.* Idem in Catilin. *Nam mihi quidem ipſi quid eſt, quod iam ad vitæ fructum poſſit acquiri.* ut ſimilia omittam multa paſsim obvia. Hæc ſatis ſunt ad evincendum contra cavillationes Novatorum, Veterem Interpretem vulgatum non potuiſſe meliùs exprimere vim græcæ vocis περιποιησις quàm ei, ut fecit, opponendo vocabulum *acquiſitio*: nec nos quod noſter hoc loco Hiſtoricus εἰς περιποιησιν attributum dicit, malè declaraſſe verbis illis, *in augmentum fundationis* &c.

FINIS NOTARVM.

PETRI

PETRI POSSINI
E SOCIETATE IESV
OBSERVATIONVM PACHYMERIANARVM
LIBER III.

Quæ ad Tempora, & Chronologiam pertinent, tractans.

CAPVT I.

De Nominibus Mensium à Pachymere usurpatis.

QVAE noster Historicus, præter morem usumque cæterorum, in mensibus appellandis novat; ea etsi videri poterant ad Grammaticam pertinere rationem; hîc tamen exponenda potiùs, quàm in Glossario putavi; quia errorem in Chronologiâ obtrudere Lectori poterant nisi de ijs præmoneretur. Cum enim quis, exempli gratia, legeret: inauguratum Imperatorem Michaëlem Neomeniâ Hecatombæonis, vix posset, veris ac vulgatis præoccupatus notionibus, aliud animo subijcere; quàm Iunij aut Iulij mensis id Kalendis factum. Atqui erraret ita credens toto Cœlo: & Brumam in Solstitium æstivum, Ianuarium in Quintilem temerè transferret. Ediserator hîc igitur in limine Pachymeriana Nomenclatio mensium, ne qua cuipiam in hoc genere hallucinatio obrepat.

ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ.

Lib. II. Cap. IV. Τότε δ' ἡ χυρία παρῆν, ὅπως ἐν ὡς ἐξέβη ἑκατομβαιὼν καὶ νεμηνία. In margine utriusque Codicis B. & A. notatur Ἰανουάριος. quod solum in contextu Vatic. exprimit. idemque constanter observatur ubicumque aliàs ἑκατομβαιὼν nomen ponitur. ἑκατομβαιὼν vocabulum antiquum est primi mensis in anno attico ab hecatombis sive sacrificijs centum boum, quæ auspicandis anni novi Kalendis solemni ritu fiebant, deductum: Verus in Cœli ratione situs hujus mensis, ut fusè demonstrat doctissimus Petavius totâ descriptione Anni attici, præsertim capite xi. lib. I. de doctrinâ Temporum, fuit circa Θερινὰς τροπάς, *Solstitium æstivum*. Vnde Græci Autores Classici, qui res Romanas tractarunt, hecatombæonem cum mense Iuliani anni Iunio ferè comparant: Ianuario autem Iuliano potiùs Gamelionem opponunt. Recentiores autem expeditiùs Romana nomina græcis literis exprimunt, Ἰανουάριος, Φεβρουάριος, Μάρτιος, & sic de cæteris scribentes. Nam alioqui Græci menses Lunares, exactè respondere Iulianis minimè Lunaribus nequeunt. Nostro tamen Pachymeri visum est, nulli tritam Veterum aut Iuniorum viam insistere. ac cum ferè cæteri ἑκατομβαιὼν voce Iunium aut Iulium designent; ipsi libuit id nomen Ianuario tribuere. in quo satis apparet quam rationem sit secutus. quia enim primum anni Attici mensem ἑκατομβαιὼνα sciebat dictum, isto quoque vocabulo fas

sibi

ſibi putavit primum item Romani anni menſem appellare, parùm curatò diſcrimine tempeſtatum. Ac ſimilem in aliorum etiam nomenclaturâ menſium licentiam uſurpans, implicuerat Lectores ſuos ambiguitate perincommodâ, niſi ejus Librarij ſuccurriſſent, notando ſerè ubique in orâ marginis vero nomine menſis indicati.

ΑΗΝΑΙΩΝ.

Lib. IV. Cap. XXV. Ἐπὶ τῷ γοῦν τὸν μῆνα λεναιῶνα καὶ Δηλιέα. In margine amborum optimorum Codd. B. & A. & in contextu V. Φεβρουάριον ſcribitur: Ac res ipſa loquitur Februarium hîc ſignari, cujus die ſecundâ feſtum Ὑπαπάντης (quod Purificationem Beatæ Deiparæ Latini dicimus) celebrari manifeſtum eſt. de hoc autem Feſto hîc noſter agit nominatim. Vnde autem in mentem ipſi venerit Februarium Λεναιῶνα vocare, difficilis conjectura eſt; neq; enim ullus Atticorũ vulgò memoratorũ ac ne Macedonicorum quidem, Bithynicorum, Pythicorũ aut omninò ullius græcè locutæ gentis menſiũ hoc nomen, quod ſciam, fuit. Scribit quidem Petavius lib. 1. de Doct. Temp. cap. 34. Βυκάτιον Beotorum primum menſem Λεναιῶνα vocari ab Heſychio. Verùm, quod Viri ſummi pace dixerim, id apud Heſychium non lego, loco quem ipſe citavit, verbo ſcilicet Λεναῖον, ubi contra ſic ſcriptum extat: Λεναῖον μῆν. οὕτινα τῶν μηνῶν Βοιωτοὶ οὕτω καλοῦσιν. ἀναζεῖ δὲ ὁ Πλούταρχος Βυκάτιον καὶ γὰρ ψυχρός ἐστιν. ἔνιοι δὲ τὸν Ἑρμαῖον, ὡς μετὰ Βυκάτιόν ἐστιν. καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τελοῦσι τῷ Λεναίων ἑορτὴν ἐν ἀπύῳ ἄγροντι. Hoc eſt: *Lenæon menſis. nullum menſium Bæoti ſic appellant. Indicat autem Plutarchus Bucatium. nam & frigidus eſt. Aliqui verò Hermæum qui poſt Bucatium eſt. Etenim Athenienſes Lenæorum feſtum in ipſo agunt.* Hunc locum Heſychij deſcripſi, quia ex illo ſuſpicor oblatam occaſionem Pachymeri, Lenæona Februarium vocandi. Nimirùm, cum inde noſter didiciſſet ſecundum Thebæorum menſem qui Bucatium anni Thebani caput ſtatim ſequitur, & Ἑρμαῖος *Hermæus* nomen habet, aliquibus videri Lenæonis quoque verbo deſignatum, idcirco quod circa tempus ſecundi menſis Bœotorum Athenienſes Lenæorum Feſtum agerent, putavit eruditè ſe facturum ſi anſam ex eo arriperet ſecundi Romanorum menſis eodem Lenæonis vocabulo ſignandi. Hæc ſcripſeram cum incidi in locum Harpocrationis ubi in Diagrammate menſium Atticorum Romanorumque, Λεναιὼν ὁ καὶ ποσιδεών, è regione opponitur Φεβρουαρίῳ. Id ſecutum hoc loco noſtrum credibilius eſt.

ΚΡΟΝΙΟΣ.

Conſtanter hoc nomine Pachymeres Martium menſem indigitat. Nam lib. iii. cap. xxviii. ubi ſic ſcriptum eſt: τῷ δ' ὑστέρῳ ἔτει μηνὸς κρονίου, τῷ θείαν ἡμέραν τῆς νηστείας πληρώσαντι, uterque Codex B. & A. è regione vocis κρονίου in margine annotat Μαρτίου. & jejunij Quadragenarij mentio in eum menſem incurrentis planè Martij characterem habet. Præterea lib. v. cap. vii. ad ea verba: κρονίου μηνὸς ἐνεστῶτος, uterque Codex ad oram libri Μαρτίου clarè nominat. Vatic. quoque de more Μαρτίου pro κρονίου in contextu collocat. Quod item facit cap. xxi. libri ejuſdem v. ubi hæc aliorum Codicum verba κρονίου ἀρχομένου μηνὸς, ipſe reddit Μαρτίου ἀρχομένου μηνὸς. Vt dubitandi locus non ſuperſit quin Martius menſis in hâc Hiſtoria dicatur κρόνιος. Sed quàm manifeſtum factum, tam' obſcura facti cauſa eſt. quid enim veriſimile comminiſcamur cur primus & unus Pachymeres vocem κρόνιος in ignotiſſima Priſcis juxta Recentibuſque notione uſurpaverit? Dum aliud opportunius ſagax Lector expediet, ego ſuſpicabar noſtrum cum fortè vidiſſet in Harpocrationis Diagrammate menſium ſuperius laudato Hecatombæoni pro Synonymo Cronium apponi, & aliunde ſciret Martium olim fuiſſe primum anni Romani menſem, juxta illud tritiſſimum Tibulli.

Martis

Martis Romani feste venere Kalendæ
Exoriens nostris hic fuit annus Auis

Sed postea additis decimestri anno duobus mensibus, honorem ducendi annum Ianuario tributum, Pachymerem, inquam, hoc se nosse gestuentem ostentare, duobus mensibus quasi de Primatu certantibus in Romano anno, vocabula duo divisisse quę Attici anni primo mensi convenirent. Diagramma illud semel hîc describere tanti visum est:

ONOMATA MHNΩN KATA AΘHNAIOYΣ.

Ἑκατομβαιών, ὁ καὶ Κρόνιος	ὁ Σκιροφοριών
Μεταγειτνιών	ὁ Ὁπαδούριος
Πυανεψιών	ὁ Δαισίμιος
Μαιμακτηριών	ὁ Ἰανουάριος
Ποσειδεών ὁ καὶ Ληναιών	ὁ Φεβρουάριος
Γαμηλιών	ὁ Μάρτιος
Ἀνθεστηριών	ὁ Ἀπρίλλιος
Ἐλαφηβολιών	ὁ Μάϊος
Μουνυχιών	ὁ Ἰούνιος
Θαργηλιών	ὁ Ἰούλιος
Σκιροφοριών	ὁ Αὔγουστος

BOHΔPOMIΩN.

Lib. IV. Cap. III. Τὸν τρίτον βοηδρομιῶνος ἐσεμήνε. uterque Cod. B. & A. in orâ libri Ἀπριλλίου. Vatic, τὸν τρίτον Ἀπριλλίου ἀρχόμενος. Boëdromionem tertium fuisse mensem in anno Attico demonstrat Petavius lib. 1. de Doct. Temp. cap. 11. testimonijs Aristotelis, Theophrasti & Plinij. Sed eum tertium locum jam occupâsset Pachymeris judicio Cronius, quartum illi assignavit, aut aliud est secutus quod nos latet. De re ipsa constat, hîc Iuliani anni Aprilem intelligi, cum describatur Festum ἀναθήσεων dictum, Iejunio verno celebrari solitum, Sabbato videlicet quintæ Hebdomadæ Quadragesimæ, ut ostendimus in Glossario verbo ἀναθήσεις. quo die Pascha illo anno fuerit, & consequenter in quem Aprilis res hîc narrata inciderit; dicemus infra, ubi de characteribus Chronologicis hujus Historiæ agetur.

ΓΤΑΝΕΨΙΩΝ.

Lib. V. Cap. XXIV. Ὁ Βάκχος ἀκεσᾷ μὲν καὶ ἕκτῃ Πυανεψιῶνος, καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν Ἀγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, Παζιδιάχης παρεβάλετο. E regione vocis Πυανεψιῶνος Codd. B. & A. habent Μαΐου. quod V. de more in contextum recipit. Nec dubium relinquitur ex charactere mox expresso Festi instantis Pentecostes, ut inferiùs demonstrabimus, quin Majus hîc mensis indicetur. Vnde corrigendum videtur quod lib. iv. cap. viii. scribitur πυανεπῶνος· est enim ibi in margine vox Μαΐου, antiquâ manu; cui glossema recentioris manus subjungitur, μεταγειτνιῶνος. Res porrò ipsa & loci sententia, ut lib. iii. Observationum cap. v. clarè demonstramus, omninò Majum exigit.

MAIMAKTHPIΩN.

Lib. V. Cap. XXIV. Διωρᾷ δὲ μαιμακτηριῶνος τῇ ὀκτώσῃ κυριακῇ ὀπτασίμῳ ἡμέρᾳ τῶν πεντηκοστῶν. In margine duo Codd. Ἰούνιος. tertius ut solet id nomen contextui inserit. Nec Festum Pentecostes in secundam illo anno Iunij incidens, ut suo loco docebimus, dubium relinquit, quin Iunius Pachymeri μαιμακτηριὼν sit. Ὃ ὅπερ tenemus ὃ δεῖν, ut in cæteris, quærendum. Davi enim sumus non Oedipi.

ANΘE-

ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ.

Lib. IV. Cap. XVI. Γαμηλιῶνι μὲν τότε καὶ ἑκοστὴν ἕνδην ὁ ἀνθεστηριών. E regione in margine Γαλιῶν. V. id solùm in contextu habet. Antea lib. ii. cap. xxvii. ἑορτὴ τῆς θεομήτορος Ἄννης μηνὸς ἀνθεστηριῶνος. Rursus lib. vi. cap. xxiv. τότε Τίτου δωδεκάτη ἀνθεστηριῶνος μηνός. ntrobique Codd. de more Γαλιῶν annotant. Augusti mensis Pachymerianum nomen in hâc Historiâ, quod meminerim, non extat.

ΓΑΜΗΛΙΩΝ.

Lib. V. Cap. XX. Εἶτ' οὖν ξυλοφόρῃ γαμηλιῶνος μηνός. Codd. B. & A. è regione adscribunt Σεπτεμβρίου, silente præter morem V. qui hoc comma transilit. Antea lib. iv. cap. xxi. Μηνὶ δὲ ἐφεστηκότι τότε Γαμηλιῶνι, ἥτις δὴ καὶ τῆς τιμίου σταυροῦ ἑορτή. Festum Exaltationis S. Crucis 14. Septembris etiam à Græcis celebratum. Consueta & ibi Codd. admonent. sed satis ex Festi mentione intelligitur September.

ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ.

Lib. V. Cap. XX. Ἐπεφάπτετο μὲν οὖν τοῦτο ἐλαφηβολιῶνος ἕκτη μηνός. Suggerunt ut solent, Codd. B. & A. in margine Latinum mensis nomen Octobrem, quem & ipse locus per se indicat, cum in eo affirmetur præcedentem ἀμέσους mensem fuisse Gamelionem, quem certò vidimus Septembrem esse.

ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ,

Lib. IV. Cap. XXIX. Καὶ αὖθις τῷ ὑπότου ἔτους, μηνὸς μουνυχιῶνος ὀγδόῃ. Codd. B. & A. μουνυχιῶνος glossema solitum adscribunt, Romanum mensis ejus vocabulum exprimens, Νοεμβρίου *Novembris*. Quod verò initium id fuisse anni verba illa, ὑπότου ἔτους, indicant, referendum ad Indictionem, quæ peculiare anni principium ducebat à Septembri, cum alioqui civilis anni caput in Kal. Ianuarijs fixum esset.

ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ.

Nomen hoc apud Pachymerem ultimi mensis est Decembris. ut intelligitur ex verbis lib. iv. cap. xxiii. Ὁ Βασιλεὺς τῶν περβάλλεται μηνὸς σκιρροφοριῶνος ἑκοστῇ ὀγδόῃ ad marg. è regione in Cod. B. scribitur Δεκεμβρίου. uti & lib. vi. cap. xxxvi. ubi de Imperatore scribitur: θνήσκει δὲ σκιρροφοριῶνος ἑνδεκάτῃ in margine Δεκεμβρίου. quod utrobique V. in contextum recipit.

CAPVT II.

Initium Imperij Theodori Lascaris Iunioris, unde hæc Historia procedit, rationibus Chronologicis & Cælesti charactere demonstratur.

INon possumus ex opportuniori Epochâ hujus Historiæ caput ducere. quàm ex initio Principatûs Theodori Lascaris eo nomine secundi, Filij & successoris in Imperio Ioannis Ducæ, Batatzæ cognominati. Insigniora enim quæque de Michaële Palæologo adhuc privato hîc narrata, hoc Theodoro imperante contigerunt; cujus præmaturum obitum, statim ferè Michaëlis ejusdem in Imperium evectio excepit. Scio sub Ioanne quoque nonnihil ejus generis capite vii. libri i. memorari: verùm & id obiter insinuatum dumtaxat quasi prætextitur operi: & illud ipsum jure imputari Theodoro potuit tantú non imperanti, & apud parentem seniorẽ eo gratiæ ac potentiæ gradu nitenti, qualem par erat unigenito virilis adepto plenitudi-

tudinem ætatis, haud dubio ſucceſſori declarato. & jam nunc ſerè Collegæ tribui. Rectè igitur noſter initio modò laudati capitis vii. velut Hiſtoriam inde ſuam auſpicans ſcribit: Imperante Theodoro Laſcari poſt Patrem, Michaëlem Palæologum ſemper obnoxium affectati regni ſuſpicionibus fuiſſe: quo ex fonte malorum omnium, quæ tunc eſt paſſus, cauſæ fluxerint. Vt ergò limen quaſi præſtruamus Hiſtoriæ quam illuſtratum imus; ante omnia elaborandum nobis eſt in conſtituendo præcisè tempore, quo cepit Theodorus Laſcaris Iunior habenas Imperij tractare. Negligentiùs in hoc definiendo, & quaſi de ſuo nomine παχυμερέστερον videtur noſter Hiſtoricus defunctus. Sed habemus quos adhibeamus ſubſidio locupleres Autores duos Georgium Acropolitam & Nicephorum Gregoram: quorum prior accuratiſſimus, & præſens inſpector, quas narrat, rerũ, cap. 52. Hiſt. prioris pag. 56. Ed. Reg. ſic ſcribit: Ἐπ. Θνήσκει Βασιλεὺς Ἰωάννης τῷ υἱῷ αὐτοῦ Θεοδώρῳ τῷ βασιλεῦσαι καταλειπὼν τριάκοντα δὲ τρία ἔτη βιώσιμον. Τοσοῦτος γὰρ ὁ χρόνος ἀπὸ οὗπερ ἡ παρ' ἡμῖν βασιλεία ἐπύγχανε· χρόνῳ γὰρ τῇ παρ' ἡμῖν αὐκρήσῃ, καὶ ἡ ζωὴ πᾶσα ὁμοίως ξυνέδραμεν. Hoc eſt: *Obierat Ioannes Auguſtus, Filio ſuo Theodoro imperiũ relinquens annum agenti tertium & trigeſimum ætatis. vita enim eius tempora principatus paterni ſpatium æquabant: quòd fermè cum Patris acclamatione, ortus ipſius concurriſſet.* Hæc ille quę totidem verbis repetit in ſecundo Opere, cui *Chronicon compendiarium* titulus eſt; numero item 52. pag. 137. Ed. Reg. Nicephorus Gregoras lib. 3. pag. 24. Ed. Baſil. de Ioannis morte & Theodori ſucceſsione ſic habet: Ἦν τε ὃ ἔτος ὁπότε ἐτελεύτα, ἑξηκοστὸν· ὁπότε δ' αὖτος τὰ τῆς αὐτοκρατορίας ἐνεμεχείριζε σκῆπτρα, ἑβδομηκοστὸν ἤδη καὶ ἑκατόν· ὡς μόνα τὰ τῆς αὐτοκρατορίας αὐτῷ γενέσθαι ἔτη τρία καὶ ἑπτάκοντα· ὁπότε δὴ καὶ υἱὸς αὐτῷ, καὶ τῆς βασιλείας διάδοχος, Ἰωάννης Θεόδωρος. ἅμα τε γὰρ αὐτὸς ἐξ ὠδίνων εἰς φῶς παρήγετο μητρικῶν, καὶ ἅμα τὰ τῆς αὐτοκρατορίας σκῆπτρα ὁ πατὴρ λαβὼν ἐδείκνυτο. *Agebat autem annum, quando eſt mortuus* (Ioannes) *ſexageſimum ætatis: quando verò Sceptra Imperij in manus ſumpſit, ſeptimum iam & vigeſimũ ut ſoli eius Imperij numerentur anni tres & triginta. quot tunc vita filius eius & ſucceſſor in Principatu explebat Theodorus. ſimul enim hic materno partu in lucem prodiit, ſimul Pater ipſius Imperij recens accepti moderari Sceptra ceperat.* Ita Gregoras: qui mox adjungit Theodorum haud aſſumptum in conſortium Imperij à Patre adhuc vivente ob cauſas quas ibi memorat, conſenſu Procerum & Exercitûs Imperatorem fuiſſe ſalutatum.

II. Neuter horum præcisè annum expreſſit in Aerâ Græcis vulgari, quo mors Ioannis & Theodori ſucceſſio contigit. Verùm Georgius Acropolita eum initio ſuę Hiſtoriæ expugnationem Cõſtantinopoleos à Latinis inſignierit anno Mundi 6711. & tempora inde diligenter numeraverit, facultatem offert certo inveſtigandi annum quem quærimus, obitu Ioannis, inauguratione Theodori, notabilẽ. Scribit is cap. iv. ſuę hiſt. pag. 4. Edit. Reg. in hunc modũ. Ἐάλω δὲ τότε (Λατίνων) ἡ Κωνσταντίνου, ἔτους μὲν ὄντος ἀπὸ γενέσεως κόσμου ,ςψια, ἰνδ. Α' τοῦλίου ἀγούστου. τῷ γὰρ ἕκτῃ Μαΐου ὄντος τῇ πόλει προσέμειξαν· ἐν ἴνδεκα δὲ μησὶ Ῥωμαίοις γενέσθαι τὴν πόρησιν. *Capta ab ijs* (Latinis) *Conſtantinopolis eſt; Anno ab Orbe condito 6711. die 12. Aprilis. Anno quippe 10. menſe Maio admoverunt ſe Civitati. undecim verò poſt menſibus direptionem fieri contigit.* Anni Aeræ Græcorum, ut inter peritos convenit, reducuntur ad annos Aeræ Chriſti vulgaris, ſubtractione annorum 5508. Tot enim præceſſiſſe Mundi annos expletos Græci putant ante Kalendas Ianuarias proximè ſecutas Chriſti Domini Natalem diem. Ex hac methodo conficitur expugnatam à Latinis Conſtantinopolim Anno Chriſti 1203. duodecimâ Aprilis. Duos inde ferè annos ἀναρχία. & rerum confuſio miſerrima inter Græcos fuit. quibus exactis, acclamatur Imperator Theodorus Laſcaris Gener Iſaacij Angeli, & à Michaële Autoriano Patriarchâ ritè coronatur. Georgius Acropolita cap. 6. Δύο γοῦν ἐβεβασιλεύκεσαν ἐκ τοῦτου, καὶ ὡς Δεσπότης ἐβοᾶτο πάντων φημιζομένῳ τῷ Λασκάρει, ἐκεῖ Ῥωμαίων γένος καὶ Νίκαιαν ἀπὸ ἐδεφρεῶν αἰδοῖ καὶ τῷ λογάδων τῆς Ἐκκλησίας, οὐ φῦς τοῦτον ἐβρίζε, ὅπως Βασιλεὺς φημισθείη ὁ Δεσπότης

Θεόδωρος. Paulò post: Ψηφίζεται ὧν Πατριάρχης Μιχαὴλ ὁ Αὐτωριανὸς..... ὃς καὶ Διοπτήλῳ Θεόδωρος τῷ βασιλικῷ λαδήματι ἐταφίασεν. Hæc ibi. contigisse oportet electionem & evectionem Theodori Anno Christi 1205. circa mensem Aprilem. Inde ineunt ejus Imperij anni, quos idem Acropolita octodecim numerat pag. 17. sic scribens: ὡῶ δὲ ὁ Βασιλεὺς Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις, ὅπου ὁ πλοῦς ἔσχε τὸ τέλος, τὸν μὲν πεντηκοστὸν ἐκόντα πάντα ἐτῶν ὑπερῆκεν, ἐλαττῶν δὲ τὸν πεντηκοστόν. βασιλεύσας ἐν τούτῳ ἔτη ιη. Hoc est: *Erat autem Imperator Theodorus Lascaris, quando vivendi finem fecit, ætatis quidem annorum supra quadraginta quinque; minor tamen quinquagenario. Ex his annos octodecim imperando exegerat.* Ita ibi. Iam si mille ducentis quinque Aeræ Christianæ annis, alios octodecim adjungimus, efficiemus Annum Christi 1223. quo currente contigerit mors Theodori Lascaris, & Generi ejus Ioannis Ducæ Batatzæ successio in ejus locum. ita ut idem annus utrique communis fuerit.

III. De Ioannis porrò Ducæ Principatûs, & vitæ sparso sic refert idem diligentissimus Scriptor Aeropolita, Histor. pag. 56. καταλαμβάνει ὁ Νύμφαιον, καὶ ἐν μὲν τοῖς βασιλικοῖς οὐκ ἀπῆλθεν οἰκήμασιν· ἐν δὲ τοῖς ἐξω τῆς χώρας βασιλείοις κήποις τὰς αὐκτορικὰς πύλας ἐνιδρύσατο. ἔνθα καὶ ὁ χρεὼν ἐλαθύρησε τρίτῃ Καλανδῶν Νοεμβρίου, ἐξηκοντα καὶ δύο, ὡς ὅ τε τὰ ἐκείνου ἀκριβέστερον εἰδότες, ἔφασαν, ἔτη βιώσας, ὧν τριάκοντα καὶ τρία βασιλεύσας. Hoc est: *Pervenit Nymphæum, nec ibi tamen in ædes imperatorias divertit; sed in suburbanis regijs hortis Augustale fixit. ubi & naturæ debitum exolvit, tertio Kalendas Novembris, cum vixisset annos (ut peritiores rerum eius tradunt) sexaginta duos, ex quibus tres & triginta in Imperio transegit.* Sic ibi. Addantur ergò Anno Christi 1223. illo ipso annumerato, 33. Imperij Ioannis, conficitur annus Christi 1255. cujus sub finem Octobris, idem Ioannes diem obierit. De successione porrò Theodori materno nomine dicti Lascaris, in Patris Ioānis Ducæ Batatzæ Imperium, ex Gregorâ itemque Acropolita habemus, acclamatum eum quidem à Proceribus & Exercitu Imperatorem statim post Patris obitum, inauguratum tamen in Ecclesiâ solemni ritu seriùs fuisse; propterea quod Patriarcha qui ceremoniam perageret nullus tum erat. Etenim ut Acropolita scribit pag. 57. Πέφθακε ὁ Πατριάρχης Μανουὴλ μικρόν τι τῷ Βασιλέως Γεωργίου προτελευτῆσαι. *Manuel Patriarcha paulò ante Ioannis Augusti mortem decesserat.* Aceesserunt deliberationis in quærendo digno morę, & post designationem Nicephori Blemmidæ, hujus recusatio: sub hanc consultatio nova; & post multos singillatim expensos qui varijs de causis non placuerunt novo Principi, electio Monachi Arsenij, evocatioque ex Monasterio sito ad Apolloniadis lacum, inde hujus sacrorum Ordinum expertis, initiatio per gradus à Diaconatu ad Patriarchatum una hebdomade deproperata. Hæc facilè totum Novembrem partemque Decembris tenuerunt. itaut Coronario solemnis novi Augusti per novum Patriarcham ritè perpetrari vix potuerit ante festa Natalitia, & credibile est ipso Christi Natali, quo die auspicatior reperiri alius nequiret; sacram istam ceremoniam peractam.

IV. His ita positis, quæ partim certissima, diserta testificatione Acropolitæ tunc viventis & præsentis, ac Gregoræ compertissima ex recenti memoriâ scribentis; partim, quod attinet ad circumstantiam diei Christi Natalis ad Theodori coronationem electi, in silentio Scriptorum, ex serie naturali rerum, verisimillima sunt, offert nobis quidam alioqui perintricatus, & obscurus Pachymeris nostri locus, occasionem minimè spernendam insigniendi lucuento cœlesti charactere frontem hanc ipsam, & quasi capitalem epocham hujus quam edimus Historiæ. Ponit Autor noster lib. 1. cap. 13. hæc ipsa planè verba, de quadam Eclipsi Solis quæ Theodori præmaturum obitum præsagierit: ὃ δὴ καὶ προσημαίνει τι σημεῖον. ἥλιος γὰρ ἐκλελοίπει ἐφ' ὥραν πρίτην τῆς ἕκτης ἡμέρας, καὶ βαθὺ σκότος ὃ πᾶν κατελάμφει· ὥστε καὶ ἄστρα φανῆναι κατ' οὐρανόν. καὶ δὴ ἀστράζει καὶ πρὸ ὥρας ἀπὸ βασιλικῶν μὲν καὶ ἡμιθεὶς καὶ ἔσφρεις &c. Hæc ad verbum scrupulosissima fide sic latinè sonant. *Quod & præsignificavit*

cavit signum quoddam. Sol enim defecerat ad horam tertiam sextæ diei, & densæ tenebræ cuncta comprehenderant. adeo ut apparerent stellæ per cælum. Itaque præripitur acerba morte vir regiè quidem & natus & educatus &c. Hæc in Excerpta sua Pachymeriana congerens Vvolfius, sic effert: *Sub obitum Theodori Lascaris sexto die Sol per horam obscuratus est, tenebræque operuerunt omnia, adeo ut stellæ in cælo apparerent.* Henricus Spondanus in continuatione Annalium Baronij ad ann. 1259. num. 13. scribit: sub obitum Theodori Lascaris Iunioris: *Solem per horam obscuratum esse, itaut stellæ apparerent.* Sumpsit id nimirùm ex Vvolfio. Odoricus Rainaldus num. 54. an. 1259: mortem Theodori referens, ejusdem meminit Eclipsis, quam sexto ab ejus obitu die contigisse ait, Antorem laudans Pachymerem. ait hic, licet diei sextæ meminerit; haud tamen eam numerandam dixit ab obitu Theodori; sed potiùs indicavit contrarium, eo ipso quòd præsignificatam illâ Eclipsi Theodori mortem asserit; ad quod necesse fuit Eclipsim morte fuisse priorem. Errandi occasionem Viris hisce magnis Pachymeres præbuit, perfunctoriè ac perplexè deliquium istud Solis memorans, sine certa anni, mensis, diei, ut in his assolet, indicatione, quinetiam alieno id loco referens, & justam objiciens legenti causam opinandi, illud paucis diebus antequam Theodorus moreretur visum. cum aliunde compertum sit, nullam toto illo anno 1259. quo certo constat obiisse Theodorum, Solis Eclipsim Nicææ aut locis finitimis videri potuisse. Quare non immeritò Sethus Calvisius in Chronologia Anno Christi 1255. Volfiana Pachymeris Excerpta falsi arguit, quæ reprehensio etsi, ut modo fatebar, ipsum amplectitur Pachymerem, tamen, ne injustè simus, partem ejus ipsi quoque suam debemus Vvolfio aspergere, qui *sub obitum Theodori* defeciisse Solem de suo adjecit, cum id Pachymeres non scripserit. Nam quod ex occasione obitûs Theodori meminerit istiusmodi Eclipsis, quis non videt quàm infirmum argumentum sit opinandi eam tunc visam?

V. Ego verò dum cæteram indolem lucifugæ cujusdam, ambagiosæ ac *νυκτοδαιμονώσης* (ut Gelliano & Aristophaneo verbis utar) Pachymerianæ dictionis cogito: dumque præterea mente amplexus simul cuncta quæ hîc referuntur singillatim expensa colligo; mihi videor animadvertere indicijs haud vanis: voluisse nostrum Historicum saltem obscurè innuere, si minùs clarè prædicare: deliquium solare, quod hoc loco memorat, longè ante hoc tempus, in quo narrando versatur, patratum & spectatum fuisse. Argumentum sic sentiendi primum sumo ex plusquam perfecto tempore quod in verbo bis affectat, non scribens ὁλοσέλασεν ἥλιος, sed ὁλοσελασίαι, & statim post πότος δ' ἦν κατέληφε; sed κατειλήφει. *Defecerat*, inquit, *Sol; non autem tunc defecit*: & tenebræ universa *obduxerant*, multò scilicet priùs; non autem *tunc obduxerunt*. Quod si quis quærat quanti temporis intervallum, hæc verbo indicata præcessio postulet, reputet quænam eventa præsignata fuisse isto portento Autor censeat. Satis fusè ac distinctè persecutus mala quæ Theodori principatum infestarunt; morbum propè continuû, suspiciones acres & miseras, aversionè Principum ab ipso; brevitatem spatij educendo in robustâ ætatem heredi locum negantem, præter cæteros tumultuosos motus rebellionum & bellorû toto illo nec pleno quadriennio semper undique coorientium, totum id infortuniorum textum relativo ὃ indigitavit Pahymeres dum scribit ὃ δὴ καὶ προσημαῖνε. *quod & præsignificavit* &c. Cum verò sit manifestum præsignificationem necessariò anteriorem esse re præsignificatâ, quis non intelligit oportuisse signum istud circa ipsa Imperij Theodori principia conspectum? Quid illa sextæ diei mentio; nonne evidenter exigit insignem aliquam unde numeretur epocham? Ea porrò cum Theodori mors esse non possit, quippe quæ præsignificari signo posteriùs edito nequierit; restat ut ejusdem solemnis inauguratio intelligenda sit, Natali, ut diximus, Christi, 25. Decembris die anni 1255. celebrata. Et commodùm ab istâ ipsâ die quæ sexta illuxit, trigesima Decembris illo eodem anno 1255. & feria fuit quinta, cû illo anno petiodi Iulianæ 5968. Cyclus Solis 4.

litera Dominicalis C. fuerit; die inquâ trigesima Decembris 6. à Coronatione Theodori, manu Arsenij Patriarchæ in Ecclesiâ factâ anno 1255. Eclipsis Solis visa Nicææ ingens est, eadem horâ quam notavit Pachymeres post meridiem tertiâ, cum tenebris densissimis toto aëre, & apparitione Stellarum in Cœlo, ut patet ex ejus deliquij exactissimis calculis quos sequenti mox capite dabimus. Totam hanc conjecturâ ac ratiocinationem eò pluris facio quod mei ingenij non est. Cum enim dissisus facultati meæ, viros duos mihi amicissimos & astronomiæ peritissimos de hac Eclipsi consuluissem, Ioannem Baptistam Ricciolum & Iacobum Grantami, ambo convenerunt in affirmando, nullam anno Christi 1259. quo est Theodorus Iunior Lascaris mortuus, Solis Eclipsim qualem Pachymeres describit spectari Nicææ potuisse. Alter verò illorum Iacobus Grantami, benignissimo mihi gratificandi studio totam intricatissimi hujus loci perplexitatem insigni, meâ causâ elucubrato, commentario explicuit: idipsum quod hîc compendio proposui uberiùs & accuratiùs adstruens. Id præclarum viri longè doctissimi; & de me supra quàm prædicare possim optimè meriti, Opus quale accepi eruditâ ipsius exaratum manu deinceps hîc adscribam.

CAPVT III.

IACOBI GRANTAMI E Societate IESV.

Dissertatio de Eclipsi Solis à Pachymere notata. Ad Petrum Possinum Eiusdem Societatis.

I ECLipsis Solis supra ex Pachymere descripta non minores in Historiâ temporum, & Astronomicis legibus tenebras parit, quàm dicitur in aëre obscuritatem fudisse, & lumen planè totum Solis extinxisse: Aër enim tecto à Luna Sole aliqua saltem Stellarum luce fulgebat, & quæ in terrâ gerebantur non omninò invisibilia, & intractabilia fiebant: descriptio autem illa sic obscurare videtur Historiam, ut nullam ei penitus fidei lucem, aut aspectum veritatis relinquat. Mors Imperatoris ponitur, anno in Autumnum vergente τῇ δ' ἀυτῇ χρόνῳ καιρὸς ὃ φθινοπωρινὸν ἀποκλίνοντος μετοπώρου ὃ ζωῶν ὁ Κομνηνὸς, prænuncia affigitur Solis defectio tanta, ut profundæ tenebræ omnia tegerent, & Stellæ in Cœlo lucentes apparerent, ὥδι ἐ κατασκότωσις μικρά τι σημαῖον. ὅλως γὰρ &c. ut supra. tempus quod assignatur sub horam tertiam diei sextæ ἐφ' ὥραν τρίτην τῆς ἕκτης ἡμέρας, tenebras magis, quàm lucem offundit, & dum terminos neque initiorum, neque finium præscribit narratio, tam liberum errandi locum facit, quàm docendæ veritati viam occludit.

II. Quamobrem, ut in his tenebris lux aliqua veritatis, si quæ insit, agnoscatur, ante omnia constituendum quo anno, & quo anni tempore vivendi finem fecerit Imperator is, de quo Pachymeres hîc agit. Facem præfert huic Historiæ obscuritati, Georgius Acropolita cap. 52. Autor accuratus, & nobilis, qui summa diligentia res sui temporis certis notis, quasi veris coloribus pari elegantiâ, ac fide depinxit.

Is ergò mortem duorum Imperatorum Ioannis Ducæ, & Theodori Lascaris filij ejus ita describit, ut annum, & anni mensem clarè exprimat. Ait enim de Ioanne, obijsse illum diem extremum 3. Kal. Octobris annos natum duos & sexaginta, ex quibus triginta tres regnaverat. Εἶτα, inquit, ideſt ad Nymphæum ubi Ioannes vitam finivit, καὶ ὃ χρὼν ἐλαττίζοντι ἕξτῃ Καλανδῶν Νοεμβρίου, ἑξήκοντα καὶ δύο, ὡς ὃ τὰ πάντ' ἀκριβέστερον εἰδὼς ἔφασκεν, ἔτη ζώσας, ἐξ ὧν ἑπτάκοντα καὶ ἕξ βεβασίλευκε. Idemque paulò post repetit de anno Regni 33. cum ait: Ἐπηνέκει μὲν ὁ Βασιλεὺς

Ἰωάννης

Ἰωάννης τῷ υἱῷ αὐτοῦ Θεοδώρῳ τῷ βασιλέως καταλελοιπὼς, ἔτη λ' καὶ ἓξ ἐπὶ ἑξακοσίοις καὶ χιλίοις. Τοῦτον δὲ ὁ χρόνος αὐτὸς ἐποίησε καὶ παντελῆ βασιλέως ἐπιγνῶναι.

III. Hic porrò 33. Imperij, & mortis Ioannis annus erat Christi 1255. ante receptam à Græcis anno 1261. Constantinopolim, sextus: ante mortem Theodori Ioannis filij, quartus, ut constat ex Ducâ Michaële Nepote Hist. cap. 2. & ex mox dicendis magis adhuc patebit.

De Theodoro verò idem Acropol. hæc habet Ib. c. 74 ἐνιαυτῷ μὲν ὕστερον ἑξαετῆ καὶ μῆνας ὀλίγους πάντας ἐπαυσεν αὐτοκρατορίας, τῷ Νοεμβρίῳ δὲ ἀρξάς, ἐν Λύγνῳ μὲν τὸ τέλος ἔσχηκε τῆς ζωῆς. Vbi manifestè & quartus annus Imperij nondum finitus, & initium Regni, mensis Novembri, & finis vitæ, Augustus exprimuntur; eaque totidem verbis idem Autor in Chronico cõpendiario repetit, quibus Niceph. Gregoras lib. 2. in fine omninò consentit in annis triginta tribus tum Imperij Patris, tum vitæ filij cũ Imperium à Patre susceperit; tum etiam in quatuor annis Imperij Theodori non integris, cum asserit eum lib. 3. cum trigesimum sextum vitę annum ageret, defunctum. Ἐκτῷ δὲ ἑξακοσιοστῷ ἀπὸ χιλιοστοῦ χρόνῳ ἀμαυροῦται νοῦς ἐπικείμενα τῷ βασιλεῖ χαλεπὰ καὶ ἔκφυτα, καὶ ὕπνοι φαίνονται φαντάτοι φορεῖται.

IV. Est ergò mortuus Ioannes Ducas anno Christi 1255. in fine Octobris, & Theodorus Lascaris ejus filius anno 1259. mense Augusto. quæ nota temporis rectè convenit cum eâ quam exprimit Pachymeres scribens: Theodorum Imperatorem vitam cum morte commutasse anno ad Autumnum inclinante.

Sed de Eclipsi Solis, & tanta, quanta à Pachymere describitur, vel eo anno, vel in morte Theodori; vel in Autumno factâ, Autor alius nullus meminit, & fieri ullam potuisse leges Astronomicæ non permittunt. Novilunia enim anni 1259. aut Ecliptica nulla fuere, aut non Constantinopoli, ac locis vicinis, & Autores Chronologi, & Annalium Scriptores, qui Solis Eclipsim pene totalem referunt ad annum Christi 1259. in morte Theodori, non Tabulas Astronomicas, sed Autorem Pachymerem sequuntur. Ita enim Odoricus Raynaldus ad annum Christi 1259. narrata Theodori morte in mense Augusto, ait paragrapho 54. *Sexto ab eius obitu die tradit Pachymerius insignem Solis defectionem fuisse, adeo ut unius horæ spatio densissima horrerent tenebræ, Stellæque in Cælo apparerent.* Ita Henricus Spondanus ad eundem annum; Ita alij, qui hujus defectionis meminere, Pachymeris autoritate se tectos putant sine alio examine; & errant, & alios in errorem inducunt.

Acutior alijs Sethus Calvisius in Chron. an. 1255. Pachymeris fragmẽta erroris arguit, quod eam Solis Eclipsim in obitu Theodori indicaverint, quo anno, & sequentibus nulla talis inveniatur, & eam putat accidisse in morte Ioannis Ducæ, post ejus obitum die 6. 30. Decembris.

Sic Calvisius, ex parte quidem verè, ut ab Autore in rebus Astronomicis benè versato, sed ex parte contra Historiæ veritatem manifestè pugnantia. Certum enim est jam paulò ante prolatum Pachymerem loqui de obitu Theodori in mense Augusto, anno; ut ipse ait, ad Autumnum inclinante; quò non quadrat mors Ioannis, quæ in 30. Octobris incurrit, ut etiam paulò superiùs docuimus. Deinde quid spectaret ad mortem Theodori, quam describit apertè Pachymeres, narratio tam accurata Eclipsis Solis factæ in morte Patris quatuor ferè ante annos, nulla alia Patris mentione habita, aut id exigente causâ rationabili? Quomodo denique eclipsis, quæ contigit 30. die Decembris dici potest accidisse sexto die post mortem Ioannis, qui vitæ diem extremum habuit 30. Octobris?

Hæc igitur Calvisij animadversio non tollit, aut minuit quæstionis difficultatem, Sed auget potius, & ita implicat, ut insolubilem facere videatur.

Sic igitur Pachymerem intelligendum arbitror, ut revera mortem Theodori describat, factamque verè asserat inclinante ad Autumnum anno, sed Eclipsim Solis designet, non quæ in obitu eiusdem Theodori facta sit, id enim textus non dicit; &

inepta

inepta ea esset ad præsignificationem, de qua in eo mentio est; sed quæ initio Imperij ejusdem Theodori, quasi prænuncia brevis & infelicis ejus Regni, quod non multò plus triennio stetit, & in continuis belli motibus, & morbi molestissimi sæpe repetitis gravissimis tentationibus actum, eum vita finitum est anno ætatis 36. nondum completo.

Quæ tamen cum non satis distinguat Pachymeres, & statim post descriptam mortem Theodori de illa Eclipsi sermonẽ inferat, nihil de initio Imperij significans, justam certè non aliud attendentibus erroris causam dedit. At si quis rem attentè consideraverit, & cum Historiâ illius temporis contulerit, in ijs tenebris lucem inveniet. Sic autem eam explico.

Theodorus vivendi finem fecit anno Christi 1259. mense Augusto. Historiæ totius hæc fides est; de qua dubitare non licet. Pachymeres id asserit, cum ait factum vergente in Autumnum anno, nempè inter Solstitium æstivum, & Aequinoctium autumnale. Theodorus initium regnandi fecit anno Christi 1255. Patre mortuo sub finem Octobris, non declarato Filio successore, qui ideo tardiùs electus, elevatus in clypeo, unctus, & coronatus est, tum propter diversa populi studia, tum ob Manuelis Patriarchę paulò ante mortui, desiderium, Nicephori in ejus locum electi modestiam in recusandâ dignitate, ac Arsenij tandem vocati ad ungendum, & coronandum Imperatorem longiorem morari, quæ omnia fusè describunt Nicephorus Gregoras initio libri 2. & Georgius Acropolita cap. 53. Theodorus statim initio Regni infestis bellis contra Bulgaros, & Thessalos usque ad vitæ exitum infeliciter occupatus est, difficillimis negotijs implicatus, suspicionibus, & humore melancholico ad quædam sua Majestate indigna etiam adversùs Aulicos dignitate, & fide erga eum præstantes, perpetranda adductus, vixit miserabiliter. Theodorus longa tandem macie confectus, toto corpore exangui, frustrà tentatis omnibus humanis remedijs, extra Regiam, in gravi luctu pœnitentiæ, & habitu religioso, dolens quod Christum deseruisset, Regno simul, & vitâ privatur in ætatis flore, anno tantùm sexto supra trigesimum, Imperij quarto. Theodorus vehementer anxius de fide, & amicitia Michaëlis Palæologi filiolum ad Imperij gubernacula ineptum sub hominis obscuri, & sub Patriarchæ tutelâ, ad invidiam dignitatis, quâ brevi dejectus est, relicto, testamentum condidit in gratiam Tutoris illius Muzalonis, quem Romanarum rerum Dominum constituebat, quoad Filius ad perfectam venisset ætatem, cum gravissimâ Procerum offensione, quam secuta est Imperij perturbatio, & in Michaëlis familiam transitio erudelissima. Fuit hic miserrimus Theodori Regni, & vitæ status, & luctuosa mortis conditio, quam breviùs Nicephorus, fusiùs Acropolita describit, qui eum Imperij Logotheta existeret, frequens Imperatori rarione officij aderat, & quæ præsens fieri videbat magnâ fide, & diligentiâ narrat.

VI. Hæc igitur voluit insinuare Pachymeres, cum scripsit infelicis Regni, & luctuosi obitûs Theodori prænunciam extitisse defectionem Solis horribilem, quæ sub initium Regni ejus facta est, hora tertia post meridiem, sexto die, videlicet post ejus coronationem, & unctionem solemnem.

Etenim, si conjecturæ non improbabili locus datur, videtur facta coronatio Theodori ipsâ solemni festivitate Nativitatis Christi Domini, sive ut ex luce diei celeberrimæ aditus ad Imperium clarior existeret, sive ut inde felicitatis augurium sumeret Imperator, quòd regnandi principium duceret ab eo tempore quo Christus initium vivendi fecisset: quo sanè modo, & ratione Gentes, & Ecclesiæ nobilissimæ anni exordium à Christi Natalibus auspicantur.

Vtut sit de ipsâ mente Imperatoris; certè ejus consilia non mediocriter turbare visa est defectio Solis tam insolens tam citò post ejus coronationem facta. Visa est enim juxtà Tabulas Astronomicas die 30. Decembris. Visa sereno Cœlo, prout innuitur ex notata ab Historico apparitione Stellarum. Visa horâ post meridiem

tertia

tertia, ante Solis occasum ferè integra luce defeciente, Stellis in Cœlo velut in profunda nocte toto crepusculi tempore, in densis terræ tenebris apparentibus. Visa insuper est sextâ die post Imperatoris coronationem, quo præcipue tempore de eo consilia, & omina futuri eventus, non sine multo in omnem partem sermone, agitabantur.

VII. Et hinc patet quam ob rem Pachymeres eam Eclipsim ut funestum Imperij portentum in ipso aditu, idest sextâ die post Theodori coronationem, considerandam dederit, ut quasi ex funereâ face præeunte, non diuturni Imperij malè ominosa significatio caperetur; qualis augurationis, & exemplum in vetustioribus Historicis Pachymeres non unum habuit: & recentiores quoque idem videmus imitatione celebrasse. Saltem dum ex officio referunt judicia vulgi hominum in tales ferè præsagitiones proni: quoties istius generis cœlestia portenta, sub Principatuum auspicia incurrunt.

Ex hoc sunt genere, quæ apud Iulium Capitolium in Gordiano Tertio leguntur. Vbi enim hunc cepisse imperare, retulit Historicus, statim adjungit: *Sed indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit, quod Eclipsis Solis facta est, ut nox crederetur, neque sine luminibus accensis quidquam agi posset.* Ita ille, Solis defectionem innuens quæ anno Christi 237. 12. Aprilis Romæ visa, hodieque ex Tab. deprehenditur. Sextus item Aurelius Victor Anno Vrb. cond. 1062. cum narrasset Pacem inter Augustos Constantinum & Licinium factam, adscitis in consortium Imperij Cæsarum nomine utriusque liberis Crispo & Constantino Filijs Constantini, & Liciniano Filio Licinij, adjungit: *Quod equidem vix diuturnum, neque his qui assumebantur felix fore, defectu Solis fœdato ijsdem mensibus die patefactum.* contigit ea Eclipsis Anno Christi 317 20. Decembris. Ita etiam non ita veteri Patrum nostrorum memoria observant Historiæ Gallicæ Scriptores anno Christi 1544. quo natus est Franciscus Secundus Valesius, quarto post ejus nativitatem die horribilem Solis Eclipsim contigisse, eodemque anno tres Lunæ insignes defectiones visas, eaque prodigia magnum dedisse Astrologis judicandi & scribendi argumentum. Vnde natum ejusdem Principis emblema, tribus lilij floribus è terra emergentibus, Sole desuper, & Luna oppositis cum hac inscriptione. *Inter, Eclipses exortor.*

Sed jam tempus est demonstrandi positis ex arte Astronomicâ calculis quàm aptè ad id quod indicavimus tempus accidat istud indicatum à Pachymere deliquium Solare.

VIII. EPILOGISMVS

Defectionis Solis quæ contigit anno Christi 1255. 30. Decembris juxta Tabulas Rudolphinas Subsidiarias Kepleri ad Meridianum Nicænum in Bithynia revocatas.

Novilunium medium.

	D.	H.		
Decembris	29	15	18	45

Tempus proximæ Apogæitatis Solis.

	D.	H.		
Iunij	13	14	58	26
Intervallum à Novilunio medio	165	23	39	41
	S.	G.		
Motus intervallo respondens	5	13	0	32
Tollendus à loco Apogæi Solis	2	29	50	17
Primus locus Solis	9	16	49	45

Prima

Prima distantia Luminarium Sole longiùs progressio	0	5	32	20	

Tempus proximæ Apogæitatis Lunæ.

	D	H			
A prima die Ianuarij &c.	385	18	20	4	
Intervallum à Novilunio Medio	4	4	34	52	
Motus intervallo respondens	S.	G.			
Addendus	1	21	15	39	
Locus Apogæi Lunæ	7	20	1	46	
Primus locus Lunæ	9	11	17	25	
Tempus Prostaphæreticum addendum Novilunio medio, horę			11.	41.	55.

Novilunium verum.

	D.	H.		
Decembris	30	3	0	40
Correctio.				
	S.	G.		
Secundus locus Solis	9	16	52	43
Secunda distantia Luminarium Lunâ longiùs progressâ.			31	18
Tertius locus Solis	9	16	49	55
Secundus locus Lunæ	9	17	24	1
Secundum tempus prostaphæreticum tollendum		H 1	3	50
Tertius locus Lunę	9	16	49	55
Correctio tollit à Novilunio vero		1	3	50
Aequatio verò temporis			7	52

Novilunium verum correctum, & perfectè æquatum.

	D	H.		
Decembris	30	1	48	58

Tempus veræ Synodi in meridiano Tabularum.

	D.	H.			
Decembris die	30	1	48	58	post merid.
Ad meridianum Nicænum magis Orientalem		1	34	0	
Adde					
Vera Synodus Nicæa Decembris die	30	3	22	58	

Locus veræ Synodi.

	S.	G.		
	9	16	49	55
		Grad.		
Ejus Ascensio rectâ		228	16	0
		H		
Nicæa post meridiem		3	22	58
		G		
Quibus respondet in æquatione		50	43	0

Iis

Ijsque additis ad ascensionem rectam modò politam pro loco veræ Synodi, fit ascensio recta puncti culminantis eclipticæ, seu meridiei Nicææ		G. 338	59	0
Hujus ascensionis punctũ culminans sive meridies in ecliptică	S. 11	G. 7	15	36
Hujus puncti declinatio Australis		8	53	0
Addita elevationi Poli Nicææ		41	26	0
Dat distãtiam puncti culminãtis eclipticæ à vertice		50	19	0
Angulus eclipticæ & merid.		68	7	0
Distantia puncti culminantis eclipticæ à vera Synodo	S. 1	20	25	41

Puncto culminante magis Orientali; & in semicirculo ascendente. Ideoque nonagesimus Gradus eclipticæ, respectu Puncti culminantis, ponitur in Oriente; & Synodus in Occidentali quadrante eclipticæ fieri dicitur. Ex quibus fiunt & solvuntur Trianguli ZNC. & ZNS. In quibus G.



Ang. N.	90	0	0	
Ang. C.	68	7	0	
Latus C Z	50	19	0	
C S	50	25	41	
N Z	45	34	0	
N C	24	11	0	
N S	74	37	0	
S Z	79	18	0	Distãtia Lunę à vertice
Ang. S	46	37	0	Angulus Pallacticus.

Vnde nascuntur tres priores Parallaxes in Synodo verâ Nicææ.

Altitudinis	58	0
Latitudinis	42	58
Longitudinis	41	1



Primum tempus Parallacticum		H. 1	25	0	
Adde ad veram Synodum	30	3	22	58	
Quia fit Synodus in quadrante Occidentali eclipticæ					
Fit visa Synodus minus accurata Nicææ	D. 30	H. 4	47	58	postmeridiem.

IX. Huc usque ducta Eclipsis in Horizonte Nicæno caduca invenitur deficiente calculo, cã de causã, quòd Sol & Luna tempore visæ Synodi minus accuratæ, ideſt, paulò ante quintam pomeridianam, sub Horizontem jam descenderant, depressã etiam profundiùs Lunã quàm debuerat propter Parallaxim altitudinis, quæ in Quadrante

drante Occidentali Ecliptice Sidus deijeit, & tardiùs in Occidentem toto tempore parallactico apparens reddit. Hac igitur de causâ ultra veram Synodum Eclipsis observari non potuit Nicææ in Bithyniâ ubi Pachymeres sola ejus initia descripsit. Quamobrem ut integra habeatur, & perfectus ejus Epilogismus certis suis limitibus tàm in quantitate, quàm in durationè definiatur, mutandus est secundum leges artis, loci meridianus, & assumendus occidentalior, in quo tota Eclipsis eadem observari potuerit, eodemque fluxu temporis quo Nicææ ejus initia supra horizontem videbantur. Sic enim fiet, ut qualis etiam Nicææ partim visa, partim latens reipsa extiterit, ex observatione alibi factâ, ubi tota visa fuerit, tàm certò, quàm facilè intelligatur.

Sumo igitur Meridianum triginta gradibus, hoc est, duabus horis Nicæno occidentaliorem. in eodem tamen paralello, seu pari elevatione Poli, ad eumque accommodo quæ jam supra de Nicæno dixi, additis proprijs quæ ad ipsum singulariter pertinebunt.

	S.	G.		
Locus veræ Synodi	9	16	49	55
Ejus ascensio recta		288	16	0
	D.	H.		
Tempus veræ Synodi Nicææ	30	3	22	58
In dato meridiano	30	1	22	58
		G		
Respondent in Aequatione Grad.		20	44	30
Quibus additis ad ascensionem rectam Synodo veræ convenientem		288	16	0
Fit ascensio recta puncti culminantis		G.		
eccelipticæ in dato meridiano		309	0	30
	S.	G.		
Et punctum culminans	10	6	36	8
Ejus puncti declinatio Australis		18	42	0
Addita Elevationi Poli Nicææ		41	26	0
Dat distantiam puncti C. à ver.		60	8	0
Angulus eclipticæ & meridiani		75	27	0
Distantia puncti culminantis eclipticæ à vera Synodo	0	19	46	13

Puncto culminante magis Orientali quam Synodo. Ideoque ut supra, Synodo in Occidentali parte ecliptieæ, & in semicirculo ascendente puncto culminante positis.



Vnde Trianguli ZNC & ZNS

In quibus	G.			
Ang. N.	90	0	0	
Ang. C.	75	27	0	
Latus CZ	60	3	0	
CS	19	46	13	
SZ	66	44	0	Distãtia Lunę à vertice
NZ	57	40	0	
CN	23	37	0	
Ang. S	66	1	0	Parallacticus.

Vnde nascuntur tres priores Parallaxes in Synodo verâ in dato meridiano

Altitudinis	54	0
Latitudinis	50	0
Longitudinis	21	0



Primum

Primum tempus Parallacticum minus accuratum			45	35
	D.	H.		
Adde ad veram Synodum mens. Decembris	30	1	22	58
Fit Synodus visa minus accurata in dato meridiano Decembris	30	2	8	33 post merid.
Locus Lunę in Synodo visâ minus accuratâ in dato meridiano fit ex parallaxi longit.			21	0
Et motu Solis			1	49
Respondente primo tempori parallactico			45	35
Additis ad locum veræ Synodi	S.	G.		
Locus veræ Synodi	9	16	49	55
Motus Lunæ primo tempore parallactico			22	49
Locus Lunę in Synodo visa minus accurata	9	17	12	44
Primum tempus parallacticum			45	35
Habet in Aequatione respondentes gradus		11	23	45
Quibus additis ad ascensionem rectam puncti culminantis eclipticę in Synodo verâ		309	0	30
Fit ascensio recta ejusdem puncti culminantis ecliptice in Synodo visâ minùs accuratâ		320	24	15
	S.	G.		
Punctum culminans ecliptice	10	12	4	0
Declinatio Australis		17	14	0
Adde elevationem Poli Nicææ		41	26	0
Distantia puncti culminantis à vertice		58	40	0
Angulus Meridiani & Eclipticę		73	44	0
Distantia puncti culminantis à Luna	0	24	51	16

Vnde Trianguli in Semicirculo ascendente & quadrante Occidentali Ecliptice in Synodo visâ minus accuratâ.



		G.		
Ang.	N	90	0	0
Ang.	C	73	44	0
Latus	CZ	58	40	0
	CS	24	51	0
	NZ	55	4	0
	CN	24	42	0
	SZ	68	11	0 Distantia Lunæ à vertice
Ang.	S	62	2	0 Parallacticus.

Ex quibus tres posteriores Parallaxes in Synodo visâ minus accurata in Merid. dato.

Altitudinis	55	0
Latitudinis	49	0
Longitudinis	24	0



Comparandę Parallax. Longitudinis.

Prima in Synodo vera	21	0
Secunda in Synodo visâ minus accuratâ	24	0
Differentia, motu crescente	3	0
Ideo tollenda est hęc differētia à prima parallaxi	21	0
Restant	18	0
Qui est motus Lunę visus respondens primo tempori Parallactico	45	35

Per quem inuenitur tempus Synodi visæ aceuratæ per hanc Analogiam.
Vt motus Lunæ visus 18 0 ad primum tempus Parallactieum 45 35
Ita prima Parallaxis longitudinis 21 0 ad seeundum tempus Parallacticum 53 10
Adde ergo pro eonditione quadrantis Occidentalis in quo fit Synodus hoc, tempus Prosthaphæreticum 53 10

	D.	H.		
Ad veram Synodum	30	1	22	58
Fit visa Synodus aecurata Dee.	30	2	16	8

In meridiano dato post meridiem.

Latitudo Lunæ.

	S.	G.		
Locus Lunæ in Synodo vera in dato meridiano	9	16	49	55
Adde pro conditione quadrantis Occidentalis ecliptieæ, verum motum Lunæ respondentem seeundo tempori Parallactieo			26	27
Fit loeus Lunæ in Synodo visâ aecuratâ	9	17	16	22
Ex hoc tolle locum nodi ☊ eorr.	3	25	0	2
Restat verus motus latitudinis	5	22	16	20
Qui demptus à sex signis dat distantiam à proximo ☋		7	43	40
Vnde vera latitudo Borealis, sive arcus inter centra:			42	31

Comparandæ Parallaxes latitudinis in meridiano dato

Prima in Synodo verâ	50	0
Seeunda in Synodo visâ minus aecuratâ	49	0
Differentia	1	0

Motu deeresseente
Tertia Parallaxis latitudinis habetur per hanc Analogiam
Vt primum tempus Parallacticum 45 35
Ad hanc differentiam 1 0 sive 60
Ita seeundum tempus Parallacticum 53 10 ad differentiam
Primæ & tertiæ Parallaxis latitudinis 1 10
Hanc differentiam 1 10 quia motus fit decrese.

Tolle à primâ Parallaxi latitudinis	50	0
Restat tertia Parallaxis latitudinis	48	50
Ab hâc tertiâ Parallaxi latitudinis	48	50
Tolle veram latitudinem; minorem videlicet à majore	42	31
Restat visa latitudo	6	19

Ex Boreali facta Australis propter exeessum tertiæ Parallaxis latitudinis supra visam latitudinem.

Quantitas Eclipsis.

Ex summa semidiametrorum	30	48
Tolle visam latitudinem	6	19
Restat quantitas Eclipsis	24	29

In Scrupulis 1469
Quæ multiplica per 6
Habes 58814 (9

Quæ

Quæ diviſa per ſemidiam. Solis 931
Dant digitos 9 & ex reſiduo fiunt 36
Quantitas ergo eſt, digiti 9. 36.

Duratio Eclipſis.

Petitur ex Scrupulis mediæ durationis cum motu horario Lunæ in incidentia & emerſione compoſitis.

Summa Semidiametrorum	30	48	1848	
Arcus inter Centra	6	19	379	
Summa		2227		33477202
Differentia		1469		31670218
			Summa	65147420
			Media pars Summæ	32573710

Scrupula mediæ Durationis 30 9 1809

	Ad Incidentiam				Ad Emerſionem			
	Locus Lunæ vnâ Hora ante viſam Synodum accuratam.				Locus Lunæ una Hora poſt Synodum accuratam			
	S.	G.			S.	G.		
	9	16	44	52	9	17	47	52
Aſcenſio recta Puncti culminantis Eclipticæ		306	36	15		336	36	15
(Punctum (Culminans (Eclipticæ.	10	4	15	0	11	4	44	0
Declinatio Auſtralis.		19	16	0		9	49	0
Diſtantia Puncti Culminantis à vertice		60	42	0		51	15	0
Angulus Meridiani & Eclipticæ		76	14	0		68	30	0
Diſtantia Puncti Culm. à Luna	0	17	30	8	1	16	56	0

Puncto culminante magis Orientali quam Synodo in Semicirculo Aſcendente, & Synodo in Quadrante Occidentali Eclipticæ.

Vnde Trianguli.



		G.		
Ang.	C	76	14	0
Latus	CZ	60	42	0
	CS	17	30	8
	NZ	57	53	0
	NC	22	59	0
	NS	40	29	0
Diſtantia Lunę à vertice	SZ	66	9	0
Angulus S. Parall.		67	50	0
Parallax. Longitud.			21	0

Tertia

(Tertia Parallax. Longitud.			
(Posterior tempore motu			
(Decrescente in quadrante		24	19
(Occidentali Eclipticæ.			
Differentia		3	19
(Tollenda ab horario			
(Lunæ vero		28	57
Restat horarius Lunæ apparens		24	38

Vnde Trianguli.



		G.		
Ang.	C	68	30	0
Latus	CZ	51	15	0
	CS	46	56	8
	NZ	46	31	0
	NC	16	23	0
	NS	63	19	0
Distantia Lunę à vertice SZ		71	60	0
Angulus S. Parall.		49	44	0
Parallax. Longitud.			36	0
(Tertia Parall. Longitud.				
(Prior tempore, motu				
(Crescente in quadrante			24	19
(Occidentali Eclipticæ.				
Differentia			11	41
(Tollenda ab horario				
(Lunæ vero			27	57
Restat horarius Lunæ apparens			17	16

Analogia
Vt 24. 38, ad 3600
Ita Scrupula mediæ durationis
H
30. 9. ad 4451. 1. 14. 11.
Tempus Incidentiæ

Analogia
Vt 17. 16. ad 3600
Ita Scrupula mediæ durationis 30. 9
H
ad 6286 1 44 46
Tempus Emersionis

Tota duratio Eclipsis.

H. 2. 58. 57.

In Meridiano dato duabus horis ante Nicænum			
Visa Synodus accurata, sive Eclipsis visæ medium.			
Decembris die 30. horâ	2	16	8
Tolle pro Incidentiâ	1	14	11
Initium die 30. hora	1	1	57
Adde pro Emersione	1	44	46
Finis die 30 hora	4	0	54
Post Meridiem.			

In Meridiano Nicæno duabus horis redditis			
Medium die 30. hor.	4	16	8
Initium hora	3	1	57
Finis hora	6	0	54
Post meridiem.			

Typus

Typus Eclipseos



	H				H		
Emersio BD	1	44	46	Incidentia BC	1	14	11

Probatio per quadrata.

			Radix	Quadratum
AC. Summa Sèmidd.	30	48	1848	3415104
AB. Arcus inter Centra	6	19	379	143641
Tolle minus quadratum à majori. Restat			1809	3271463
			Cujus radix est	30. 9

Idem supra probatum per Logarithmos in Durationè

X. Ex Epilogismo hujus Ecclipsis tam accuratè, & per singula quasi momenta examinatæ, manifestum est eam ipsam esse, quam Pachymeres designavit, et jam patere omnes illas circumstantias, quæ in ejus descriptione obscuræ adeò, & incomprehensibiles videbantur.

In primis enim certum est eam factam anno Christi 1255. mensis Decembris die 30. proindeque nôn pertinere ad Theodori Lascaris obitum, qui mense Augusto circa Autumnum anno Christi 1259. contigit, sed ad ejus solemnem inaugurationem, aut coronationem, quæ facta est sub finem anni 1255.

Facta est Nicææ in Bithynia circa horam à meridie tertiâ, & apparens ejus initium non duobus integris minutis horam tertiam prætergressum est. Facta est sub finem diei sextę post coronationem Theodori. Ex conjectura enim probabili supra à nobis expositâ, Theodorus est coronatus Imperator ipso die Natali Christi Domini, ut ex geminâ celebritate dies magis solemnis ageretur: & post dies sex mensis Decembris 30. facta Eclipsis, idcirco dicitur ab Historico die sextâ contigisse; neque enim alius apparet dies, qui sextus haberi possit vel mensis, vel hebdomadæ, quandoquidem facta est Eclipsis die quinto hebdomadę eo anno Cyclo Solis 4. litera Dominicali C. Adde quod Pachymeres diem Veneris non ἕκτην ἡμέραν, sed Παρασκευὴν appellare solitus est.

Tenebras autem ita profundas, ut sua obscuritate omnia tegerent, & Stellas in Cœlo conspicuas redderent, fecit non tam magnitudo Eclipsis, quæ digitos decem non attigit, quàm tempus serum, quo facta est, nempe circa Solis occasum, accedente enim ad diurnæ lucis imminutionem Sole ad horizontem appropinquante, defectu luminis solaris ex Lunæ interpositione; circa Solis occasum, & toto tempore consueti crepusculi, visa est etiam profunda nox advenisse, & obscuritas omnia te-

gere

gere cum clarâ Stellarum manifestatione, quod ipsum Pachymerius innuit cum ait, Solem circa horam tertiam diei sextæ per horam obscuratum.

Vnde vulgò existimatum est Eclipsim per horam dumtaxat durasse, quia nonnisi per horam Nicææ visa est, inchoata circa tertiam, & Sole occidente paulò ante quartam in horizonte Nicæno, ubi minimus arcus diurnus non multum excedit horas octo circa Solstitium brumale, poli altitudine supra horizontem graduum quadraginta unius cum dimidio, eadem propè cum Romanâ.

Et quamvis alio Meridiano, quàm Niceno usus sim ad magis integram, & exactam Eclipsis investigationem, calculus tamen eodem propè redit; nec discrimen ullum notabile invehit levis aliqua mutatio latitudinis Lunæ, ut neque parallaxis, aut refractionis in distantiâ ab horizonte. Quare satis convenit reductio, quam adhibui dati Meridiani ad Nicenum, ut intelligatur qualis tota Nicææ partim visa, partim latens extiterit.

XI. Cæterùm ut nihil meritò desideretur ad perfectam eorum, quæ ad hanc Eclipsim pertinent intelligentiam, restat demonstrandum nullum alium Solis defectum circa obitum Theodori contigisse, cui Pachymeris descriptio convenire possit. Et hoc quidem sic demonstratur.

Certum est ex legibus Astronomicis anno Christi 1259. quo Theodorus diem clausit, extremum mense Augusto Novilunium tàm Medium, quàm verum contigisse nocte media inter decimum nonum, & vigesimum diem ejusdem mensis, & quamvis interdiu extitisset, eclipticum tamen non fuisset, quia medius motus latitudinis Lunæ sign. 3. G. 17.36.51. longissimè terminos ecliptico prætergredirur.

Constat quoque juxta easdem leges aliud Novilunium eclipticum eodem anno ante mensem Augustum, & Theodori mortem nullùm extitisse præterquam in mêse Aprili die 23. medio motu latitudinis Lunę S.0.G.15.4.22. intra terminos possibiles quod etiam quia Nicææ paulò ante mediam noctem celebratũ est, Solis defectum visibilem non exhibuit. Quamobrem nullus eo anno Solis defectus aptus fuit ad significandam, aut nunciandam Theodori mortem: multò minùs, si quis contigerit annis superioribus, nisi is dumtaxat, qui in aditu ejus Imperij à Pachymere assumptus, & tam horrendus designatus est, qui & à nobis hîc suis certis characteribus insignitus, & ad finem anni post Christum 1255. positus.

Ad cujus Chronologiæ confirmationem tutò referri possunt aliæ duę apud Nicephorum Gregoram lib. 9. Hist. cap. ultimo observatæ Eclipses circa mortem Andronici Senioris, altera Lunæ eo ipso die, quo eum mori contigit 12. Februarij anno Christi 1332. Altera Solis, quæ tot diebus mortem Imperatoris præcessit, quot ipse annis in vivis fuerat Ἐπακόντως, inquit, ἡλιακὴ ταυτας ἡμέρας προαλοῦσα τὸν αὐτὸν πολίτην, ὅσα καὶ αὐτὸς ἐπ' αὐτῇ τὰ πάντα βεβιωκώς. Dies agnoscendi sunt 74. totidem enim Andronicus annos vixit, qui 50. ferè regnavit. Septuaginta autem, & quatuor dies inter illas Eclipses intercesserunt, nam Solis quidem facta est 30. die Novembris anno Christi 1331. in Novilunio, quod tunc extitit; Lunæ verò in Plenilunio, quod contigit anno sequente 12. Februarij. Et ita eas Tabulæ nostræ repræsentant. Et Calvisius in Chronologiâ anno Christi 1331. & 1332. priorem observat 30. Novembris die festo S. Andreę, & post dies 74. secutam ait Andronici mortem die 12. Februarij, nulla mentione Eclipsis Lunæ habitâ, cum tamen Nicephorum autorem laudet, qui utriusque disertè meminit, & utramque ponit inter signa mortem Imperatoris divinitùs prænunciantia, cum ait προσημῆναι πολλὰ προσημαίνουσαν, quo similiter modo Pachymeres voluit defectum Solis à se descriptum, & à nobis affixum in aditu Imperij Theodori, breve illud, & minimè fortunatum portendisse, cum dixit: Ὁ δὲ προσήμανε τὸ σημεῖον. ἦλιος γὰρ &c.

XII. Ex qua duorum Autorum, quorum Eclipses exposui de earum significatione

tione ſententia, ad calcem diſſertationis, in quâ hactenus Hiſtoricum, & Aſtronomum agere me oportuit, quæſo ut mihi liceat tantiſper agere Theologum, & circa ſignificationes defectionum utriuſque luminaris definire breviter, at ſolidè, quid Chriſtianus homo debeat, aut poſſit, vel ſentire legitimè, vel in uſum adhibere ſine vitio timiditatis, aut ſine noxâ ſuperſtitionis, quorum alterum humanæ fortitudini, alterum Chriſtianæ religioni repugnat.

Vnum igitur hoc pronuncio Eclipſes Solis, & Lunæ eſſe defectus naturales, vel luminis in ipsâ Lunâ in umbram terræ incurrente, vel radiorum Solis in terrâ, Lunâ ſe inter utrumque injiciente. Tam naturales autem, & ordinatæ ſunt conjunctiones, & oppoſitiones Eclipticæ, quàm ſunt ipſi motus Luminarium, & Syzygiæ non Eclipticæ; quàm ſunt dies, & noctes, quàm Solſtitia, & Aequinoctia, quàm menſes, & anni, pendent enim hæc omnia ſimili modo à prima lege, & ordinatione Conditoris, quam cœlis, & ſyderibus præſcripſit ab initio molitor Deus, quam legem conſtantem, & inviolatam res creatæ conſervant; quæ cauſa eſt; cur Eclipſes prædicantur infallibiliter à peritis cum circumſtantijs magnitudinis, & durationis, habitâ exactiſſimâ ratione temporum, & locorum, in quibus illæ contingunt. Accedit quod numerus Eclipſium magnus ſit, & occurſus frequens: quatuor, interdum & plures per ſingulos annos fiunt, & jam à Mundi exordio: pluſquam viceſies mille numerari poſſunt.

Eadem porrò Providentia, quæ fecit in Mundo duo hæc Luminaria magna, *Luminare maius, ut præeſſet diei, & Luminare minus, ut præeſſet nocti, ut lucerent ſuper terram, & dividerent lucem à tenebris*. Geneſ. 1. Eadem pariter ſuâ bonitate, & ſapientiâ motus eorum, & cõverſiones ordinavit ad felicem Mundi gubernationem, ad electorum ſalutem & ſuam gloriam: nec dubium quin ipſas conjunctiones, & oppoſitiones, Solis & Lunæ defectus & illuminationes, conſtituerit in numero, pondere, & menſura, quam ſciebat, & volebat humano generi ad ſalutem, & felicitatem profuturam.

XIII. Ex hoc uno pronunciato tollitur admirabilitas, & vulgi quidam ſtupor, qui Eclipſes conſequitur, oritur enim ex ignorantiâ cum quadam novitate, & raritate apud eos, qui nec earum cauſas intelligunt, nec eas ſæpiùs obſervarunt; cum contra Sapientes, & docti eas ſuis temporibus ſecuri expectent, & occaſione in commodum converſâ effectu benè utantur, & perniciem, ſi qua creditur imminere, totam in Hoſtes derivent.

Ita olim Sulpitius Gallus, ut referunt Livius lib. 44. Plut. in Paul. Aemil. de inſigni defectione Lunæ, quam præviderat in Exercitu Romano, in quo Tribunus ſub Imperatore Aemilio Paulo militabat, concione habitâ ſuos ad pugnam inſtruxit docuitque cauſas Eclipſium, & certos eventus ſuis temporibus neceſſarios, tam felici eventu, ut ab eis abſtulerit vanum illum timorem, qui ex rei novitate, & inſolentiâ oriri ſolet ignorantibus, & eum pugnandi ardorem edoctis, & vincendi cupidis injecit, ex quo plena victoria Romanis evenit; cum contra in caſtris Macedonum novitas, & ignorantia fecerit, res ut ea prodigij inſtar haberetur, & Eclipſis viſa exiſtimata ſit prænuncia fugæ, & defectionis Perſei, quam Macedoniæ Clades eſt conſecuta.

Ita nuper Chriſtophorus Columbus anno Chriſti 1493. cum alimentorum inopiâ laboraret, nec poſſet à Iamaicenſibus, apud quos Claſſis Hiſpana, cui præerat, appulerat, vi & precibus auxilium impetrare, uſus eſt ſcientiâ proximæ Eclipſis, & Barbaris ejus ignaris peſtem impendentem; niſi opem ferrent minatus, diem & horam defectionis Lunæ edixit, quo illi prodigio perculſi, & gravius aliquid metuentes ad Columbum quaſi ſuâ inhumanitate offenſum, copioſo inſtructi commeatu ſupplices venerunt, & veniam faciliùs quam ſperabant ſuâ liberalitate impetrarunt.

Ita Claudius Imperator, ut habet Dio. lib.6. cum vereretur ne Solis defectio futura die suo natali anno Imperij quinto tumultum Romæ pareret ex ignotâtiâ, & novitate junctâ vano timori, & opinioni vulgi, quod ea signa essent Principibus infausta, publico edicto notum voluit ante aliquot dies deliquium illud futurum, insuper & causas ejus, quantitatem, & durationem exposuit tàm distinctè, & intelligibiliter, ut eo viso nemo timeret, aut miraretur, omnes Imperatoris sapientiam venerarentur.

XIV. Tollitur prætetea inanis illa opinio, quod Eclipses orbi noceant, quod clades, pestes, & bella regnis importent, quod vastitatem, & subversiones Imperiorum, ac religionis vel efficiant, vel prænuncient. Damnum enim quodcumque creat eclipsis in modicâ jacturâ lucis, & benefici influxus non admodum diuturnâ consistit, plus sæpè unica nox, aut dies pluvius mundo lucis amicæ, & benignarum influentiarum eripit, quàm Eclipses decem, & sapienter visus est agere Pericles, referente Plutarcho in ejus vitâ, qui navis Imperatoriæ gubernatorem Eclipsi Solis territum, in medio victoriæ cursu moras trahentem, chlamyde involvit, & interrogavit an quid ex eo velamine sentiret incommodi, eoque negante ullum se sensisse, docuit nullum majus à Sole per Lunam interpositam velato timendum esse, & paulò quidem majus esse Cœlum, & diuturniores fore tenebras, sed Solem non multò post suo splendori sine alio incommodo redditum iri: quod cum factum esset cursum classis felicem nacta est.

Non ita Nicias aut doctus, aut felix, qui vel imperitiâ, vel superstitione ab Eclipsi Lunæ territus, veritus classem portu educere, sibi fuisque perniciem creavit, ut Plutarchus narrat in ejus vita & Thuc. lib.7.

Felicius Agathocles, & acutiùs dum Classem in Africam traijceret, & horrenda Solis defectio intercederet, suis metu dejectis, nil timendum à prodigio professus est, ijs, qui jam in cursu essent, si deliquium antequam portu solvissent, contigisset, timendum fortè videri: sed euntibus, & præterea minùs fortunatis Sieulis nihil adversi metuendum; ijs autem, ad quos ibatur, & florentibus Carthaginensibus fortunæ mutationem, si qua ex talibus signis portendebatur, esse pertimescendam.

Non nocent Eclipses; nisi quod noceant opinantibus, nihil ex se mali fundunt Sol & Luna magis in oppositionibus, & Synodis, quàm extra illas. condita sunt hæc sydera à bono Domino, & parente universi clementissimo, gubernantur manu sapientissimâ ad filiorum commoda & salutem: Defectiones quando contingunt, naturales sunt, & innoxiæ non pestes generant, non bella eient, non mortes Principum annunciant, non temporum calamitates, aut Regnorum conversiones minantur.

Ab ipso Mundi exordio Eclipses ut modò fiunt, eademque lege; & ordine, & numero fiebant, et, si Keplero creditur, Sol ipse fons lucis, & bonorum omnium, Mundi oculus beneficus, conditus est in Eclipsi subjectâ Lunâ in primo gradu Cancri, in æstivo Solstitio multis Africæ regionibus Solis aspectum impediente. Quis ita sentiens credat Eclipses noxias, & Solem ipsum in tantâ sui, & Mundi infelicitate ab optimo parente Deo creatum?

XV. Certè ante bella, & pestes fiebant Eclipses, ante Reges natos, ante Provinciatum & Regnorum divisionem in illâ antediluvianorum longævitate, pace, et sanitate tam diuturnâ, Eclipses fiebant, & tunc erant innocentes. Vnde & quando noxiæ esse ceperunt? Vnde malignos influxus, quos postea tam frequentes afflarunt, accepere?

Prima omnium, quæ in Græcâ Historiâ describitur Eclipsis Solis narrata ab Herodot. lib. 1. Medos, & Lydos pugnantes invenit et conciliavit. Alexandro faustissima fuit Eclipsis Lunæ, quæ ante postremam ejus de Dario victoriam contigit, profuit Cæsari Solis illa quæ in transitu Rubiconis, aleâ de Imperio retinendo iactâ,

facta

facta est de quâ Dio. l. 4. profuit et illa quæ Pharsalicam pugnam præcessit; quæ si Pompeio funesta dicitur, cur non æquè Cæsari fortunata dicenda est?

Non occidit Augustum Eclipsis Lunæ, quæ quadraginta post ejus mortem diebus visa est; immò ejus occasione Drusus rebellãtes in Pannoniâ Romanas Legiones ad fidem et obsequium revocavit. Et si quis advertere velit plures fortè cum eventibus fortunatis, quàm cum sinistris Eclipses conjunctas numerabit.

In fatis Romuli prosperis, et Vrbis felicitate positæ sunt Eclipses duę Solares, in conceptu illius una, in hujus fundamentis altera, vel inventæ, vel affictæ. Ita videlicet innocentes Eclipses, et indifferentes habitæ sunt, ut alijs faustæ, alijs noxiæ, et malorum prænuntiæ viderentur; ita eas quisque ad sua vota convertit.

Multæ Luminarium defectiones annotatæ sunt mortibus Imperatorum, plures post mortem, et in exordijs notari potuerunt; multę præcesserunt clades Regnorum, vastitates populorum, bellorum; et morborum perniciem, plures confecutæ sunt: atque ut consequentes causæ non dicantur bonorum, quę finibus malorum annexa sunt; ita nec precedentes haberi debent fontes malorum, vel indices, si quæ cum illis concurrant. Medij sunt hi Luminarium defectns inter bona et mala rerum humanarum, nullos in eas influxus habent, connectuntur quidem cum illis, sed casu, non efficientiâ, merâ contingentiâ, non necessitate.

Necessariæ sunt omnes Eclipses Solis et Lunæ, et necessarijs intervallis distinctæ ordinatæ inter sese, et ita quodammodo cõcatenatæ, ut sint infallibiles & inevitabiles: humani autem casus, pestes, bella, mortes Principũ planè contingentes, et solutæ cohęrent accidentibus, et circumstantijs, quæ ut ex hominũ liberâ voluntate, et fortuito causarum concursu pendent, ita mutationi sunt obnoxiæ, et anteverti, vel impediri possunt. Quàm ergò incongruum, et irrationale facere res necessarias, et immutabiles, causas effectuum contingentium et mutabilium?

XVI. Tam facilè dici posset ortum Solis, aut occasum Lunæ causam esse jurgiorum, et contentionum, quę vel interdiù, vel noctu contingunt, quam Eclipses morborum, et calamitatum, quæ post illas fiunt. Certè Aequinoctijs et Solstitijs, quæ quatèr in anno lege certâ fiunt, et temporum vices sua diversitate formant, et distinguunt, causa posset adscribi, cur pestes, et bella, cur clades Regnorum, et seditiones populorum eveniant. Tam innocentes habendæ sunt, conjunctiones Solis & Lunæ defectionibus obnoxiæ, quàm quæ sunt ab eis immunes. Omnia quidem Plenilunia & Novilunia magnas invehnnt in Orbem mutationes; sed necessarias, & ad felicem Mundi statum sapienter à Deo ordinatas. Ver; Aestas; Autumnus, Hyems ex Solis & Lunæ diversis conversionibus oriuntur, & ijs necessarijs ad temporum commoditatem, & hominum felicitatem, quæ semper eãdem lege, quam initio rerum conditor constituit, cursum tenuerũt & tenebunt. Quis sapiens ijs adscribat sæculorum calamitates? quis eorum malignitatem in adversâ regnorum fortunâ accusat? quis proditionis, quis læsę Majestatis condemnat?

Excusentur igitur Synodi Luminarium Eclipticæ, quæ non minus necessarię, neque minus ad bonum universi à Deo ordinatæ. absolvantur ab opinione maleficentię, quæ non plus malignitatis habent, quę non plus virium ad mutationem aëris, & humorum sortitę sunt.

Ex dictis intelligitur, quę fides habenda sit Astrologorum genti, circa Eclipsium diritatem & effectuum ex ijs consequentium malignitatem. Sunt qui maleficas earum vires Provincijs & Vrbibus specialiter adscribunt, & duodecim Zodiaci Signis in quatuor quadrantes distributis nocere volunt Eclipses ijs præcipuè Mundi partibus, quæ subjectę sunt signo cujus in regione Eclipsis fiat, & effectuum vitia pro Eclipsis magnitudine ad plures menses, atque etiam annos extendunt.

Sunt qui in Eclipsibns rationem Planetarum præcipuam haberi volunt; & ijs maximè hominibus labem timẽdam affirmant, quorum in horoscopo ijdem qui Eclipsi-

bus dominantur Planetæ, præsertim si malignioris naturæ sunt, ut Mars, & Saturnus, & à Iove Venere, & Mercurio vis eorum malefica non refringatur.

Sunt qui pro varijs Domibus cœlestibus, in quibus Eclipses fiunt, distinguunt malorum varia genera, & personarum, quibus ea mala impendent. In nonâ Domo significationem seditionum, & mutationes Religionum fieri asserunt, in quintâ agrorum sterilitates, fames, & pestes portendi, aulicis fortunæ ludibria, prægnantibus fœminis partûs infelicitatem nûtiari; in quartâ domo Saturno & Marte cum Eclipsi convenientibus vastitates Vrbium, & Dominorum mutationem significari. Et hæc quidem, aliaque non meliora, tantâ confidentiâ quidam pronunciant, quasi certò futura essent, & tam certæ eorum causæ ijs creduntur, ut personas etiam singulares, sexu, professione, & dignitate, alijsque proprijs conditionibus designent, & ipsis nominibus appellare si tutò possent profiteantur.

XVII. In hoc genere præfidentiæ peccat in primis Cyprianus Leovitius in descriptione & picturâ Eclipseon quæ ab anno 1554. usque ad 1605. contigerunt, ubi earum significationem planè secúdùm regulas Astrologiæ Iudiciariæ describit. quod & præstant post Ptolomæum Cardanus, Iunctinus, Origanus, & alij Ephemeridum Scriptores, ut Artis Iudiciariæ professores plerique omnes. Contra quos nihil ego modò. Sufficiat quod de Eclipsibus hic pronunciavi, eas ex necessario, & à Deo ordinato Solis & Lunæ occursu, vel oppositione innocenti prodire, quarum Autorem accusant ij impiè; qui eas tot malorum causas haberi volunt, & seipsos impietate Artis infamis, & humanis diviniſque legibus interdictę contaminant.

Liceat infidelibus, aut quid sit Eclipsis ignorantibus, Lunæ, ut putant laboribus opitulari. liceat tintinnabulis, & æris sono quàm possunt vehementissimo terrere draconem, qui cum Luna congreditur. liceat mulierculis sagis et maleficis, quę Lunæ amores ambiunt, aut vendunt favores, eam è tenebris emergentem vel salutare redeuntem, vel proclamare victricem. Christianis et Deum timentibus, et eruditis, nefas accusare Deum in operibus tam præclaris, et beneficis Solis et Lunæ, existimando temerè Synodos eorum etiam Eclipticos, vel efficere, vel nunciare calamitates Orbis terrarum, vel omnes, vel maximè pernicioſas.

Sed negari nõ potest, quin multi defectus Solis et Lunæ cum calamitatibus publicis, et morte Principum sæpe cõcurrant. Sed confitendum quoqne; longè plures, et Eclipses sine ijs casibus, et infelices rerum eventus sine Eclipsibus cõtigisse. concursus admittitur in aliquibus, in nullis causa probatur, in omnibus contingentia, et merus casus agnoscendus est.

XVIII. At quid prohibet Deum ad incutiendum hominibus suæ Majestatis salutarem reverentiam Eclipses adhibere, easque velut faces funereas ostentare, si non causas, saltem prænuncias cladium generalium, et tubas bellorum, quibus Mundum affligere et corrigere constituit? Nil quidem id fieri prohibet, sed et nihil persuadet; & si quando id Deus fecerit, quis audeat ubi, quando et quoties Deus id efficiat profiteri? Cui Deus suum eâ de re consilium aperuit? Res planè mira, nec divino consilio vacat, quòd in totâ sacrâ Scripturâ nullius omninò Eclipsis mentio fit, cum tamen in populo Dei, nec mortes Principum, nec bella, nec calamitates deessent: non deerat sensus miseriarum, non deerant oculi ad Eclipses videndas cum publicis cladibus conjunctas. Deerat fortè Providentia, et suæ gentis salutis negligens non admonebat attendere ad signa tam visibilia, quæ tam patenter, quàm certò suæ iracundiæ, & hominum castigationi præmittebat? Profuisset id quidem Iudæorum genti, et Christianis non obesset. Sed consilium Dei absconditum à sæculis, et ipsis Prophetis non revelatum Ars judiciaria penetravit scilicet, et in Cœlo scriptum docet, sed duntaxat intellectum legere scientibus? nugæ meræ. In hoc ergò pietas et sapientia Christiana conquiescit, quòd Eclipses sint defectus naturales Solis et Lunæ, quę nullam habeant non modò certam, sed ne quidem probabilem efficientiæ,

tię, vel significationis cum publicis calamitatibus. aut morte Principum connexionem, multoque minùs cum fortunâ et eventibus liberis privatorum.

Hoc autem magnum commodum Eclipses Solis et Lunæ in Historiam temporum important, quòd ex earum tenebris suâ ipsâ obscuritate manifestis, lux magna sępe rebus gestis accedat. Vix enim melioribus indicijs initia Regnorum, nativitates Principum, victoriæ illustres, aliaque scitu, et commendatione posteritatis digna probantur, quàm Eclipsibus. Chronologia Regum Persarum, Cyri, & Alexandri Monarchia, et connexio prophanę Historiæ, cum sacrâ maximè illustratur per Eclipseon certos eventus. Tota series Historię Græcorum, et fundatio Romanæ Reipublicæ, ut et gesta Iulij Cęsaris, Augusti, et aliorum Imperatorum nihil habent certius, quàm quòd defectionibus Solis, aut Lunę constituitur.

Atque de ipsis Eclipsibus, quas geminâ dissertatione Epilogismis definivi, hoc possum meritò profiteri, eas fundare solidissimè rationem temporum, circa quę contigerunt, quę sine illis obscura admodum est, & magnis difficultatibus implicata.

Vnde hoc ipso nomine gratias Patri Luminum, & immortales habendas reor, quod de tenebris lucem proferat, & ex Solis, ac Lunæ defectionibus historicæ veritatis lumen educat. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Hactenus P. Grantami.

CAPVT IV.

Statuitur tempus mortis Theodori, Coronationis Palæologi, receptæ è Latinis Constantinopolis, & excæcationis Pupilli Ioannis.

I. ERit hoc de quo hactenus tam multis actum est. Solare deliquium, insignens illustri charactere articulum ipsum temporis, unde nostra hęc proficiscitur Historia; erit, inquam, nobis instar altè collucentis Phari portum unde solvimus mõstrantis, quem inter eundum respicientes, metiri subinde progressuum spatia queamus, et cursûs universi numeros exequi, non contemnendo, vel ad solatium fructumque animi, vel ad erroris præcautionem usu. Experimentum capere primum libet in Theodori morte, et Regni spatio, de quibus accuratissimus Acropòlita sic scriptum reliquit in Historia pag. 85. Edit. Reg. Ἐκδέχομαι μὲν οὖν ὑπὸ βασίσας, καὶ μήπω ὅλως πέλαγος ἐπιπλοῦν διανοηθησόμενος, καὶ Νοεμβρίου τὸ ἄρξας, ὃν Αὐγούστῳ μηνὶ ὁ πλοῦς ἔσχηκα τῆς ζωῆς. Vides ibi testimonio Viri gravissimi referentis quæ præsens spectaverat, Theodorum solos quatuor nec plenos annos imperasse. Acclamatum enim Novembri mense, vivendi pariter, & imperandi finem Augusto mense fecisse. Igitur cum certo sit certius anno eum Christi 1255. mortuo tertio Kal. Novembres Ioanni Patri subrogatum, Procerum & Militum acclamatione, subvectioneque in clypeo; deinde sub finem Decembris solemni ritu à novo Patriarchâ Arsenio coronatum, manifestum est, anno eum Christi 1259. vivere simul & regnare desijsse. Hic enim annus à 1255. quartus est.

II. Quo anni tempore decesserit, satis exprimit Pachymeres dum id eveniisse, ait τῷ χρόνῳ περὶς ὃ φθινοπωρινὸν ἀποκλίνοντι, *inclinante in Autumnum anno*, hoc est, per ætatem quidem, sed jam senescentem, et adventanti Autumno concedentem sensim. Quadrat ea nota temporis aptè in Augustum mensem; quo reipsa extinctum Theodorum, Acropolita, ut diximus, affirmat. Id duobus exceptione majoribus, et concordibus firmatum testibus, pro fixo et indubitato debet haberi. Seditio secuta Exercitûs et Muzalonum cædes Magnesiæ in Templo Sosandrorum dum justa

Theo-

Theodoro eidem funebria persolvuntur, perpetrata, nonâ post mortem Theodori die contigit. Clarè hoc Gregoras & Pachymeres asserunt. Prior lib. 3. pag. 30. Edit. Basil. sic loquitur de istâ cæde: Ἐνάτη μὲν οὖν ἦν ἡμέρα παρὼν μὴ πλήρης τοῦ Βασιλέως. cui consonans noster initio cap. xix. lib. 1. Τέως δ' οὖν, inquit, ἡ τοῦ δοτοχουμένου ἐνάτη κεμένη παρῆν &c. Et hoc ergo pro constanti tenendũ, licet Acropolita de die taceat, nono post mortẽ Theodori die Muzalones furore Militum oppressos in Templo & obtruncatos perijsse. Deliberatio inde de tutelâ Pueri Principis, electio ad id Michaëlis Palæologi, hujus per gradus ad Imperium adreptio, dum primùm Magni Ducis titulo insignitur; deinde tanquam ad demandatum munus ritè gerendum necessariâ potestate Despotæ ornatur. Denique Pupillo Principi Collega in Imperio decernitur. Hæc, inquam, & varię interim à Palæologo, & hujus studiosis exercitę ambitionis artes istis honoribus à Clero & Patriarchâ, à Senatu, & Populo eblandiendis, facilè trium et quod excurrit mensium spatium exigunt, quò sub finem Decembris impetrari omnium ordinum consensu potuerit, ut in proximas Kalendas Ianuarias indiceretur novi Imperatoris Michaëlis Palæologi acclamatio solemnis. Hoc sic noster exprimit sub finem capitis xxix. libri 1. Ὥρισο μὲν οὖν ἡ ἡμέρα τῆς ἀναῤῥήσεως ἑκαθημαγδη νεμουνία τῆς τότε ἐχούσης δευτέρας ἰνδικτιῶνος. *Præfinita est dies Acclamationis Kalendæ Ianuariæ currentis tunc secundæ Indictionis.* Fuit hic dies primus an. Christi 1260. qui cũ sit periodi Iulianæ 5973. Indictionis numerum habuit tertium, sed à Septembri duntaxat inchoandum. Vndè rectè convenit quod scribit noster Historicus: Indictionem tunc adhuc secundam cucurrisse.

III. Post coronatum Palæologum, qui maximè illustris eventus contigit, fuit recuperatio Regiæ Vrbis dudùm occupatæ infestæque à Latinis. Quare digna est res cujus patratæ tempus paulò diligentiùs exploretur. Narrat illam noster libri ii. capitib. xxvi. xxvii. & seq. præ cunctis alijs in isto argumẽto versatis copiosè ac diligenter. De tempore hæc solùm tradit sub finem cap. xxvii. captam Vrbem à Cæsare Alexio Strategopulo die Sanctæ Annæ Matri Deiparæ sacrâ quintâ & vigesima mensis Iulij (nam eo die Græci S. Annæ memoriam, pridie quàm Latini soleant, colunt) Annum exprimit Georgius Acropolita, cujus in hoc eventu finem Historię suæ defigentis verba hæc leguntur pag. 100. Edit. Reg. Καὶ ἡ Κωνσταντίνου προνοία Θεοῦ αὖθις ὑπὸ χεῖρα τοῦ Βασιλέως τῶν Ῥωμαίων ἐγένετο κατὰ λόγον δίκαιόν τε καὶ πρέπον. Γενάτῃ εἰκοστῇ καὶ πεμπτῇ ἄγοντος, ἔτους ἀπὸ μὲν ἁλώσεως τετάρτης, καὶ ἀπὸ γενέσεως κόσμου ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑξακοσίων. ἀπὸ δὲ τῆς ἐκ Θεοῦ κατανομῆς χρόνους πεντήκοντα καὶ ὀκτώ. *Et Constantinopolis providentia Dei rursus sub manu Imperatoris Romanorum fuit, prout iustum & conveniens erat, Iulij mensis die quinto & vigesimo, Indictione quarta, anno ab Orbe condito 6769. postquam in potestate Hostium fuisset annis quinquaginta octo.* Sic Acropolita, accurato & ad nostras exactè rationes quadrante calculo. Vt annus Mundi Aeræ vulgaris Græcorum ad Christi annum redigatur, perpetua methodo tollẽdi ex summa sunt 5508. Igitur annus ab Acropolita indicatus Mundi 6769. idem fuit cum anno Aerę nostrę Christianæ 1261. Est hic Periodi Iulianæ 5974. quæ summa divisa per quindecim dat numerum Indictionis quartum. Spatium quoque detentæ à Latinis Vrbis adamussim rectę Chronologiæ exactũ ab Acropolita proditur. Superius quippe cap. ii. vidimus captam à Latinis Constantinopolim anno Christi 1203. cum autem nunc definiamus receptam à Græcis eandem fuisse Vrbem anno Christi 1261. qui ex 61. 3. subtraxerit, exactè reperiet 58. annos dominij Latinorum in Regiâ Græcorum Civitate.

IV. Restat ultimum ex propositis caput epochæ certæ illigandum excæcatio Pueri Ioannis. Eam noster pro facinoris atrocitate tragicè deplorans lib. iii. cap. x. unicam temporis circumstantiam notat, dum tam immanem carnificinam in Pupillo innocente, pro Imperatore Romanorum jam agnito, exercitam horrendo ausu memorat die Omnium Sanctissimâ, anniversariâ videlicet Natalis Christi. Annum inve-

sti-

vestigare nos oportet. ut quam proximè post initum à Michaële Palæologo Imperium id opinemur factum, subigit ipse Pachymeres, qui cum modò laudato cap. x. lib. iii. scripserit Ioannem Theodori Imperatoris heredem quando excæcatus est fuisse: Παιδίον ἀπαλὸν καὶ μηδὲν ἐπὶ χείλου πλέον ἢ ὃ χάσκειν ἢ ὃ λυπεῖσθαι μαθὸν, καί γ' ὃν ἴσως πρέμνον τὸν ἀρχὴν ἐκ ἀρχεῖ. & paulò inferiùs: τῷ ἔρφοις μικρὸν ὑπερβάντος παιδίου Iam tamen libri 1. cap. xiii. affirmaverat, eundem cum est ejus Pater Theodorus mortuus, fuisse novennem. Huic enim ætati si tres quatuorve anni accederent, jam is prope pubertatem attigisset, quando est excæcatus. nec sanè dici posset puerulus paulùm modò infantiam excedens, & imperandi ac parendi, gaudendi dolendique discrimen ignorans. Imò si rectè rationes ponimus, quantumcumque festinemus in repræsentando crudeli Regij Pueri supplicio, vix poterimus assequi ut verisimile reddamus quod de tam immaturâ teneritudine pueruli quando est excæcatus, affirmatur à nostro. Fingamus enim vel primo ipso sui Principatûs anno sævitum tam atrociter à Michaële Palæologo in Pupillum insontem. Cum is annus, ut diximus fuerit Christi 1260. si jam tum quando Theodorus Ioannis Pupilli Pater Augusto mense anni 1559. vivere desijt, ipse jam novennis fuerat, ut Pachymeres asserit, utique 25. Decembris die anni 1560. sexto decimo videlicet post mense, undecennis fuisse debuerat. Cujus ætatis Pueri, præsertim educati regiè, haud solent gaudendi dolendique ignorare discrimen. Hæc mihi causa opinandi est parùm exactè proditam à Pachymere Ioannis Pueri ætatem in Parris morte. Potiusque assentior Georgio Acropolitæ, qui cap. 75. suæ Historiæ, relatâ morte Theodori, de hoc ejus filio sic scribit: Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ Βασιλέως Θεοδώρου ὁ Ἰωάννης πάνυ ἀφῆλιξ ἐπύγχανεν ὢν ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς τοῦ Βασιλέως καὶ παιδὸς· ὅπου γὲ πλείων ἐπαυτοῦ ὑπῆρχεν ὀκτώ. *Ac Filius quidem Imperatoris Theodori Ioannes valdè immaturæ fuit ætatis, quando Imperator eius Pater est mortuus. annum quippe nondum octavum impleverat.* Ita ille. Hoc omninò tenendum. certum porrò est ante receptam Constantinopolim, & solemnem Michaëlis Palæologi Augusti in eam ingressum, qui die 15. mensis Augusti anno 1261. peractus est, non fuisse Puerum Ioannem excæcatum. Multa enim quæ Pachymeres à cap. xxxiii. lib. ii. ad ix. libri iii. memorat, omninò post captam Vrbem, & ante Ioannem excæcatum contigisse oportuit. Quia verò nec numero nec genere illa talia sunt, ut majus quadrimestri spatium exigere videantur, planè censeo hujus ejusdem anni 1261 die octavo Kal. Ianuarias, Christi nempe ut Pachymeres tradit natali, jussu barbaro Tutoris & Collegæ Michaëlis Palæologi, Ioannem Augustum Puerum paulò majorem novenni fuisse luminibus orbatum, & in æternam custodiam Arcis Dacybitzæ conditum. sexto anno vertente ab inauguratione Patris ejus Theodori, tali, ut vidimus, die Sacris in Templo cæremonijs peractâ.

CAPVT V.

CHRONOLOGIA PATRIARCHARVM Arsenij, Nicephori, & iterùm Arsenij, qui sub Michaele Palæologo Sedem Constantinopolitanam tenuerunt.

I. MVlta sunt in tempore ingressus, exitus, in spatijs vitæ, ac Sedis horum Patriarcharum ita confusa, ut Viris etiam magnis non occasionem modò, sed necessitatem errandi objecerint. Atqui non ut illi, horum, quę primùm modò produntur, destituti luce monumentorum, citrà culpam & reprehensionis justæ meritum, in his titubasse potuerunt; nobis item. si quid offenderimus, similis veniæ conditio ac spes ostenditur. Quare, nisi debere volumus mulctam negligen-

gligentiæ nomine, annitendum est nobis, & pro virili contendendum, in isto semel sic purgando loco, ut eum deinceps, vel mediocris attentio legentis inoffenso queat vestigio decurrere. Hoc deinceps conabimur. Sedem Constantinopolitanam imperante Michaële Palæologo quinque omninò Patriarchę tenuerunt; quorum unus etiam Arsenius illi Ecclesiæ bis præfuit. Priorem hujus Patriarchatum ab anno Christi 1255. procedere tam certum est, quàm illo ipso anno Theodorum Lascarim Iuniorem imperare cepisse: quod capitibus Libri hujus tertio & quarto demonstravimus. Etenim, ut disertè oculatus testis, & autor cujusvis rei locuples, Acropolita Georgius tradit, acclamatus Imperator Theodorus post Patris Ioannis mortem; quæ illo Christi anno 1255. tertio Kal. Novembres contigit, curâ omnium primam posuit in providendo Ecclesiæ Rastore, quam Patriarcha Manuël paulò ante Ioannem ejus Patrem moriens, reliquerat viduam. Ac si spatia rebus eâ occasione actis cõgrua dimetimur, certò intelligemus nõ potuisse Arsenij evectionem ad Patriarchatum ante mensem ejus anni ultimum fieri. Nam penultimo Novembri persolutis decessori Parenti funebribus justis, deliberatio de Patriarchâ inita est à Theodoro. primumque multis circumspectis in Nicephoro Blemmida, quo Philosophiæ Magistro novus Imperator usus fuerat, designatio consedit. Verùm illo, postquam longè absens invitatus est per Nuncios, honorem detrectante, nova inquisitio digni tali loco Viri desijt in Arsenio: qui oblatam dignitatem libenter admittens, ex Monasterio ad Lacum Apolloniadis sito, ubi vitam religiosam exercebat, Nicæam profectus, ibi spatio Hebdomadis unius (non unius diei ut perperàm ponitur apud Spondanum) unius, inquam hebdomadis spatio Diaconus, Sacerdos, & Patriarcha ordinatus est. Idemque mox ritibus in Ecclesiâ consuetis Theodorum eundem Imperatorem coronavit.

II. Nemo non videt in his facilè eõfutmi debuisse intervallum fesquimenstruum; ut vix tandem sub medium Decembrem possessionem adire Patriarchatûs Arsenius potuerit. Quia porrò, ut notat Acropolita, Theodorus Imperator evocatus Adrianopoli instantibus causis, expedire se Nicææ festinabat necessariâ ceremoniâ inaugurationis suæ, quæ prima ei apta se obtulit dies (fuit ea Christi Natalis) in eâ Sacris primùm operante Patriarchâ solemnem in Templo Coronationem accepit die 25. Decembris, à quâ die, quæ sexta est numerata, Decembris 30. horrendâ Solis Eclipsi fuit insignis. Habemus ex his initium Sedis Arsenij omni firmitate constitutum in mense Decembri an. 1255. à Christo nato. Perseveravit inde ille in tranquillâ functionis Patriarchatus usque ad mortem Theodori Imperatoris, quæ mense Augusto an. Christi 1259. evenit; necnõ usque ad evectionem in Imperium Michaëlis Palæologi, quem & coronavit, & quidem solum, contra quàm statutum fuerat; quod fuit initium dejciendi ab spe Imperij, redigendique in ordinem infelicis Pueri Ioannis jam Augusti. Coronationem istam Palæologi probabiliter conferimus in Februarium anni Christi 1260. Non longo post eam tempore Arsenius serâ ductus pœnitentiâ facilitatis suæ, quâ permiserat omitti Coronationem Pupilli Principis ejus potissimùm fidei à Patre moriente commendati, Nicæâ fugiens in Monasterium dictum Paschasij secessit, ibique privatam agere vitam instituit. Hoc videtur factum mense Martio dicti anni 1260. Nam ejus rei Nuncius perlatus ad Imperatorem Michaëlem dicitur, quo tempore is traijeere Hellespontum parabat ad visendam Selybriam à suis captã paulò antè. Ita Pachymeres lib. ii. cap. xv. Rectè hoc quadrat in principiũ Aprilis, vernam nimirùm tempestatem quâ Reges solent ad bella procedere, ut Scriptura loquitur. Nam ut docet idem Historicus, Constantinopoleos oppugnationem Michaël animo versabat, quam re ipsâ est aggressus insequenti æstate. Tunc autẽ is itinere cogitato supersedens, dedit operam rebus Ecclesiæ ibidẽ ubi tunc erat Nymphæi persistens, congregandâ Synodo quæ de Arsenij secessu statueret. Synodus Nicetam quendam ad Arsenium mittit. Is ab Arsenio re-

renunciat, cedere illum Patriarchatu. Hic finis fuit prioris Arsenij Sedis. quæ cum desierit Aprili anni 1260. & ceperit Decembri an. 1255. quatuor annorum, & præterea totidem ferè mensium fuerit oportet.

III. In ejus locum substitutus statim est Nicephorus tunc Ephesi Metropolita. cur statim id factum credam causa est, quia festinabat in procinctu ad expeditionem urgentem Imperator: & ipse Nicephorus cupidissimè assentiens nullam moram interposuit electioni suæ. Narrantur hæc capp. xv. & xvi. lib. ii. ubi & dicitur eodem tempore decessisse Nymphęo, Imperatorem quidem Callipolim versus cum Exercitu ad Constantinopolim oppugnandam, novum verò Patriarcham Nicephorum, Nicæam, quę cum esset tunc Vrbs Regia, Latinis Constantinopolim tenentibus, in eâ solitus erat Græcus Constantinopolitanus Patriarcha diversari. Initium Patriarchatus Nicephori verisimiliter confertur in finem Aprilis, aut initium Maij, anni supra memorati 1260. Narrat inde Pachymeres lib. ii. cap. xx. diuturnam & irritam oppugnationem Galatæ, in quâ Imperator consumpsit ætatem. Eoque ad eum Nicephorus Patriarcha, pertęsus Nicæensium, quorum Arsenio addictorum, odia in se irasque nulla delinire arte potuerat, se contulit; spe ingrediendi cum ipso Augusto Vrbem mox, ut credebatur, capiendam. Sed cum obsidionem solvere coactus Imperator Nymphæum se recepisset, secutus eum illuc Nicephorus, ibi est mortuus sub Autumnum, ut apparet, aut Hyemis initium ejusdem anni 1260. Quare illius Patriarchatus haud ferè longior septimestri aut octimestri fuit. Hinc vacavit Sedes annum circiter; anxiè deliberante Imperatore quem ad rationes meditatæ expunctionis Pupilli, accómodatum ei præficeret. Quoad tandem in Arsenij revocationem consensit, cujus in prœteritione Coronationis Ioannis Pueri patientiam expertus, speravit etiam eo facili usurum in exautoratione quam parabat ejusdem. Contigit interim capi Vrbẽ, & Imperatorem in eâ invehi solemni pompâ. Ibique fixo jam domicilio, Arsenium denuò electum à Synodo, missis Legatis iovitasse ad resumendam melioribus auspicijs abdicatam olim potestatem. Quibus ille assentiens in Vrbem venit, & Sedis Patriarchalis possessionem rursus adijt; lib. 3. cap. 2.

IV. Arsenij restitutionem non multo post captam Vrbem contigisse inde argumentum duci potest, quòd in secunda Coronatiooc Michaëlis ab Arseoio delinito donis & honoribus libeoter celebratâ, proximâ Dominicâ post resumptum Patriarchatum, Alexio Strategopulo Cæsari qui Vrbem ceperat eximius, & planè extraordinarius hooos est habitus, ut statim post Augustos qui coronabantur, hoc est Michaëlem Palæologum & Theodoram ejus Conjugem, nominaretur in Synaptis, hoc est in Litanijs & precibus publicis. Refertur hoc à Pachymere lib. 3. cap. 2. sub finem, ubi rectè observat Historicus fuisse hanc quandam exautorationem Pupilli Ioannis, astutissimi Imperatoris blanditijs, & artibus impetratam à simplici nimium Patriarchâ, non providente tum videlicet quò hæc pertinerent. In quo ut fucus fieret Seni, ut ex cæteris apparet, suspicaci; & cui salus Dignitasque Pupilli Ioannis, ejus peculiari curæ commissi, erat, ut oportuit, & res deinde mostrarunt, longè carissima: quis non videt fuisse necesse ut gratia flagrans Alexij Cæsaris, in recentissimâ videlicet memoriâ heroici facinoris quo rem Romanam Imperij Metropoli recuperanda incomparabili beneficio sibi devinxisset, rationes Pupilli Principis cui præferebatur, & multas alias tam inusitatum hominis non imperantis honorem dissuadentes considerationes eluctaretur. Igitur cum Vrbem ab Alexio captam statuerimus die 25. Julij an. 1261. ingressum verò in eam solemni pompâ Michaëlẽ Augustũ xviii. Kal. Septemb ejusdẽ anni, die Sacro Deiparæ Assumptæ doceat Acrop. c. 88. dicere valdè verisimiliter possumus resumptũ ab Arsenio regimen Patriarchalis Sedis sub finem Augusti mensis, & Michaëlis Coronationem sub initium Septembris celebratam. In quo si quis vitilitigare velit: tamen idem id in longum differre non poterit. Cum enim certò definierimus superiùs cap. 4. num. 4. Ioannem Augustum

Puerum excæcatum fuisse die Christi Natali hujus anni 1261. & manifestum sit inter Coronationem Michaëlis, & excæcationem Ioannis idoneum quodpiam temporis spatium intercessisse: haud utique multò ultra fixam à nobis initi secundùm ab Arsenio Patriarchatûs epocham licebit quantumvis arguto, conjecturis evagari.

V. Habemus initium secundi Patriarchatûs Arsenij. reliqua finis ejusdem indagandus. Narrat Pachymeres lib. 3. cap. 14. Arsenium Patriarcham auditâ Ioannis excæcatione anathema in ejus autorem Michaëlem Augustum intorsilse. Id factum oportuit circa initium anni Christi 1263. cum primùm nempe vulgata fama est facti atrocis. Cap. deinde 19. dicitur Michaëlem, postquam videlicet aliquandiu ignominiam meritissimæ pœnæ tacitus tulerat, petijsse supplicem ab Arsenio solutionem anathematis: nec tamen, licet diù & vehementer institisset, impetrare potuisse. Multa dehinc narrantur novem reliquis capitibus libri tertij, quæ illo intervallo frustrà petitæ absolutionis ab excommunicatione contigerunt. Hæc prout in Synopsi Chronologicâ digessimus facilè trium annorum spatium explent. Quando jam desperans Michaël quidquam fusâ causâ facturum Arsenium, ad Episcopos de de statu rerum suarum eam orationem habuit, quæ cap. 1. libri iv. recitatur. In eâ quasi fundamenta jacta sunt depositionis Arsenij. ad quam ut processum fuerit docere Historicus incipit libri 4. cap. 3. ubi accusatio in Patriarcham cupidè ab Imperatore accepta memoratur. Damnatio Arsenij & exautoratio judicio Synodi decreta refertur capite 6. Executio porrò sententiæ, & ejectio Arsenij è Sede & Vrbe perscribitur capite 8. Oratio de quâ diximus Imperatoris habita videtur sub initium anni 1263. cum jam per annos tres excommunicationis quâ fuisset illigatus statim post excæcationem Ioannis Pueri, solutionem nequidquam flagitasset. Post orationem illam, quę velut clarigatio quædam fuit terrendo, si fieri posset, Patriarchę præmissa, secutæ sunt deliberationes Episcoporum, & officia multorum ex ipsis ad Patriarcham pro Augusto supplice. tum ultima hujus Iosephi sui Confessarij ad Arsenium allegatio. quæ cum nihil proficerent, tandem sub initiũ Aprilis Arsenio lis est intentata, oblato contra illum libello. De hâc re verba Pachymeris notanda sunt. cap. illo 3. lib. 4. sic scribentis: Τότε τοίνυν βουλομένῳ ἐπιθεῖναι καὶ Σωσθένην τοῦτον πανημέριον ἑορτὴν ἀγομένην ὑπὸ ἀκάθιστον Σωσθένην ὀνομαζόμενον. *Tunc igitur sub initium Aprilis solemnis ieiunij tempore dum festum ageretur quod Acathistum vulgò nominant* &c. Datum contra Patriarcham libellum accusatorium consequenter narrat. Diximus in Glossario verbo Ἀκάθιστος, festum illud solitum fuisse celebrari Sabbato quintæ hebdomadæ Veri Jejunij dierum quadraginta, sexdecim diebus ante Pascha. Cum autem, ut est manifestum, non quolibet anno Sabbatum quintæ hebdomadis Quadragesimæ in Aprilis initium incideret, apparet his verbis contineri characterem anni quem quærimus. Ordo rerum gestarum in Synopsi expansus ducit nos ad annum Christi 1266. Nam hic annus fuit periodi Iulianæ 5979. Cycli Solis 15. Cycli Lunæ 11. Horum Cyclorum certissimo indicio habemus Pascha illo anno fuisse Aprilis 18. unde retrocedendo ad Sabbatum quintæ hebdomadæ Quadragesimæ ac festum Acathistum, reperimus id incidisse in tertium Aprilis, qui dies aptissimè congruit in illam mentionem ἑπταμήνῳ Σωσθενίῳ incipientis Aprilis.

VI. Mora judicij totius à prima delatione ad executionem sententiæ, & deportationem damnati ad Insulam, duorum fuit ferè mensium. Siquidem docet Pachymeres lib. 4, cap. 8. extrusum per Ministros Imperatoris Patriarchali Palatio Arsenium nocte *circiter extrema mensis Maij*. Νὺξ δὴ ἦν περὶ τὰ πανύστατα τοῦ μαΐου. Sic scribit hoc loco noster istud nomen, cum alibi constanter τοῦ μαΐου Majum vocet. Sed utcumque variet Scriptura vocabuli, res est quidem ipsa minimè dubia Majum hîc indicari. Quare certò ex his licet definire spatium secundi Patriarchatus Arsenij, qui à mense Septembri anni Christi 1261. ad finem Maij 1266. per annos quatuor & menses præterea circiter novem, duravit. Vt semel absolvamus de Ar-

senio,

senio, mortis ejus diem Historicus noster expressit lib. 5. cap. 20. his verbis: ἐπεχείρησε μὲν οὖν πάντα ἐλεφρολισθῆσαι ἐκτῃ μηνὶ τῆ ὀπίσω ἔτους, τῆ Παξιαρχῆ Ἀρσενίῳ συμφέρει δὲ τοῦτο ἡμέραις ἓξ πρὸ τοῦ νῦν μεταλλάξαντος αὐτοῦ ἑβδόμῃ γαμηλιῶνος μηνός. *Hæc gesta sunt* (nempe ignominiosa traductio Holobòli) *ineunte anno* (ob initium videlicet Indictionis à Septembri) *die sexta Octobris, Patriarchæ Arsenio sex priùs diebus quàm hæc fierent, in Insula mortuo.* In his nullus apparet character certi anni. Quare ad illius indagationem aliâ grassandum est viâ. Narraverat ibi Pachymeres causam primam iræ Imperatoris in Holobolum extitisse ex hujus præcipiti quadam eruptione indignationis in Imperatorem, cui cum inservire cepisset in negotio conciliationis Ecclesiarum, suggerendis ex Historiâ aut Lectione Patrum argumentis ad eam suadendam aptis, repentè institutum & sententiam mutaverit, offensus quòd in quodam cœtu, ubi aliis sessionis honorem Imperator tribuisset, ipsum solũ reliquisset stantem. Vnde ille interrogatus de re quæ tractabatur, præterquam speratis & priùs ostensis contraria omnia respondit; etiam Augusto exprobravit excæcationem Pueri Ioannis. Vnde Imperatore vehementissimè commoto, Holobolus sibi metuens in Asylum Ecclesiæ confugerit, sed inde blandis Imperatoris suasionibus extractus, relegatus Nicæam fuerit in Monasterium Hyacinthi. Scribit autem ibidem Pachymeres, ab istâ relegatione nondum anno expleto, vocatum Nicæâ Constantinopolim Holobolum ab Imperatore ad dirum supplicium fuisse. Igitur si potuerimus definire tempus illius conventûs, quo suam gravem in perniciem ruit Holobolus intemperantiâ iræ & linguæ, statuere licebit de vero tempore, cùm supplicij de Holobolo sumpti, tùm mortis Arsenij. Atqui speramus istius quidem voti nos fore compotes. Nam conventus iste videtur ille idem fuisse quem describit Pachymeres capite 12. libri ejusdem 5. ubi tradit; intentum Imperatorem adducendis in suam de pace ineundâ cum Latinâ Ecclesiâ sententiam, aversis ab eo consilio Præsulibus Græcis, congregato apud se Patriarchâ cum Episcopis & præcipuis ex Clero, institisse ut in eam conciliationẽ assensum darent, allegandis rationibus quas ei suggesserãt Docti homines Archidiaconus Meliteniota, Georgius Cyprius Protapostolarius, & Rethor Ecclesiæ Holobolus, qui omnes aderant, pro se quisque negotium juvantes: quamquam, ut ibi submonet Historicus, Holobolus quidem non ex animi sui sententiâ, sed in speciem dumtaxat, nec studio sincero. Esse hunc cœtum eundem suadet personarum identitas & rei tractatæ in utroque. Nam Meliteniota, Cyprius, & Holobolus utrobique memorantur adhibiti ad juvandum Imperatorem in convincendis fautoribus Schismatis. Nec obstat quod illo cap. 20. posterioris temporis memoriam exequitur. Nam disertè ibidem admonet, quod ibi narrat, actum superiùs: sed ibi memorari ob similitudinem rerum. Conventus porrò ille cap. 12. narratus, significatur ibidem habitus postquam Legati Gregorij X. Pontificis Romani Constantinopolim advenerant. Non potuerunt autem illi eò pervenisse priùs, quàm sub finem anni 1272. siquidem literæ quas eis perferendas ad Michaelem Imperatorem is Pontifex dedit, recitatæ à Raynaldo illo anno num. 25. scriptę sunt ix. Kal. Novemb. ejus quẽ dixi anni apud Vrbem veterem, ubi Gregorius tunc erat. Sub initium igitur anni 1273. fuerit habitus is cœtus, quo gratiam apud Imperatorem suam Holobolus perdidit. Ex quo tempore nondum anno evoluto, retractus Constantinopolim, tam diras ibi (quæ cap. 20. describuntur) contumacię tuæ pœnas dederit sextâ die Octobris anni 1273. mortuo ante sex dies in Insula Oxeâ, ubi dudùm exulabat, Arsenio. quem inde intelligimus post suam è secundo Patriarchatu ejectionem vixisse annis septem, & quatuor insuper mensibus.

CAPVT VI.

CHRONOLOGIA PATRIARCHARVM Germani, Ioſephi, & Ioannis Vecci, qui poſt Arſenium, imperante Michaele Palæologo, Sedem Conſtantinopolitanam tenuerunt. Tempus miſſa Legationis ad Papam.

I. POſt amotum Arſenium Germanus ex Adrianopolitana Sede in Conſtantinopolitanam translatus, & Patriarcha declaratus eſt *menſe Iunio die feſto Sancti Spiritus*, ut loquitur Pachymeres lib. 4. cap. 13. μηνὸς μαΐου τῇ ἁγίᾳ τοῦ Πνεύματος ἑορτῇ. libenter hoc differrem in annum ſequentem. Nam inter exautorationem Arſenij, & promotionem Germani multa commemorat Pachymeres capitibus ix. x. & xi. libri iv. quæ in anguſtias pauciſsimorum dierum inter extremum Majum & Iunium ineuntem intercedentium ęgerrimè videntur poſse compingi. Fuit, ut diximus, hoc anno quo eſt exautoratus Arſenius Paſcha 18. Aprilis, & conſequenter Pentecoſte, quam hîc vocat noſter ἑορτὴν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, 6. Iunij. Sententia depoſitionis perlata in Arſenium, & executioni mandata eſt περὶ τὰ τελευταῖα τοῦ μαΐου *circiter extrema menſis Maij*, ut clarè tradit noſter capite 8. libri 4. Germanus porrò inauguratus Patriarcha, ex eodem Autore, eſt die Pentecoſtes, hoc eſt, ſexto Iunij. Medium ſpatium non plus octo, aut decem dierum ſuiſse oportuit. Et tamen docet indicatis locis Pachymeres, primùm electionem ſucceſſuri Arſenio liberis ſuffragijs Synodi relictam ab Imperatore, unde ſit conſequens moram congregatos Patres maturæ inquiſitioni idoneam ſumpſiſſe. Deinde ubi ſuffragia in Germanum conveniſsent, recuſaſſe ipſum admittere honorem; nec niſi urgentibus, & ſæpius iteratis Imperatoris eum ad hoc quotidiè adeuntis inſtantijs denique inclinatum aſsenſiſse. Præterea meminit ibi Autor factionis validæ conflatæ Arſenio faventium, quæ tam vehementer invaluerit cum manifeſto periculo publicæ quietis, ut neceſse habuerit Imperator longâ eam & accuratâ concione compeſcere conari. Denique narrat datam eſse operam ut reliqui Orientales Patriarchæ Alexandrinus & Antiochenus ejectionem Arſenij probarent: quam ad rem veriſimile ſit miſsum ad eos rei factæ nuncium, & expectatum videlicet eorum reſponſum re adhuc integrâ ante ſubrogationem novi Patriarchæ in locum expulſi. His de cauſis propenderem equidem ad differendam Germani electionem in annum ſequentem; quod per characterem hoc loco memoratum liceat. Nam æque illo anno Chriſti 1267. cum Cyclus Solis fuerit 16. & Lunæ 11. qui dant Paſcha 17. Aprilis, Pentecoſte pertingit in menſem Iunium, quintum ejus diem occupans. Quia tamen, quod ſtatim oſtendemus, certò conſtat Germanũ eundẽ Patriarchatu ceſsiſse die 14. Septembris hujus ejuſdem anni 1267. unde eſset conſequens, non plus eum tribus menſibus cum dimidio in Sede perſtitiſse, ſi quem tanta Patriarchatûs Germani brevitas offendet, poterit is per me credere: Patres Synodi quo tempore Arſenij cauſam cognoverunt, diſquiſiviſse ſimul de ſucceſſore, ſi fortè, quod pronum factu apparebat, ille amoveretur. quare ſtatim ac ſententiam in Arſenium tulerunt, ſuffragia in Germani electionem dare potuerint. De conflato Arſenianorum Schiſmate quod narratur; inchoatum id pendente judicio Arſenij; cæterùm factionis corroborationem uſque ad periculum publicum, licet poſt Germani evectionem extiterit, ex occaſione per prolepſim antea à Pachymere relatam. Poſtremò miſſos quidem ſtatim Nuncios indicaturos depoſitionem Arſenij ad Alexandrinum & Antiochenum Patriarchas, ſed eorum reditum minimè expectatum. Non enim illi Patriarchę habere putabantur in tali negotio jus ſuffragii. Alioqui ne damnatio quidem ante nutum eorum præcipitari debuiſſet, quod factum tamen conſtat.

Sum-

Summa sit: in medio relinqui à me ceperit ne Germani Patriarchatus anno 1266. an sequenti: propendere tamen magis in quam maximam Sedis ejus brevitatem, utique in qua faciliùs rationem invenio: cur ab eo volente & parato Imperator anathemate solvi se non curaverit.

II. Finem Patriarchatûs Germani ejusdem ponit Pachymeres lib. iv. cap. xxi. die festo Exaltationis Sanctæ Crucis mense Septembri: quo die ait illum celebratis, ut solemnitas poscebat, divinis in Templo officijs, sub vesperam Patriarchio cedentem, ad suas quas habebat in Manganis cellulas se recepisse, nec postea ullis se adduci precibus siviſse, ad ullum usum abdicatæ dignitatis. Vnde ad successoris inquisitionem conversæ cum Imperatoris, tum Antistitum curæ sunt: quo anno id contigerit, ex successoris electione brevi post secuta, intelligendum est: quæ cum, ut mox demonstrabitur, peracta fuerit die 28. Decembris anni definentis à Christo nato 1267. pro constanti est habendum: perstitisse Germanum in Patriarchatu, vel à sexto Iunij anni 1266. ad quartum decimum Septembris anni 1267. per annum unum, & menses præterea quatuor cũ dimidio. vel à quinto Iunij an. 1267. ad 14. Septemb. ejusdem anni per menses tres & dies novem. postque ipsius spontaneam abdicationem, Sedem vacasse tribus mensibus, & diebus præterea quatuordecim, usque ad designationem successoris; septemdecim verò usque ad ejusdem inaugurationem quæ Kalendis Ianuarijs anni 1268. celebrata ritè est, prout deinceps ostendemus: Scribit noster cap. 23. lib. 4. Iosephum Monasterij Galesij Præfectum Confessarium Imperatoris legitimo suffragiorum numero electum probante ac studente maximè Imperatore, designatum fuisse Patriarcham Μηνὸς Σκιροφοριῶνος ἐικοστῇ ἐνδόῃ τῆς δεκάτης ἰνδικτιῶνος τῷ ϛ ψοε ἔτει. *Mensis Decembris vigesima octava, decimæ Indictionis, Anni* 6775. moxque addit fuisse ordinatum Kal. Ianuarijs anni sequentis: ἐκατεμβαιῶνος δὲ νουμηνίᾳ χειροτονεῖς εἰς ἀρχιερέας πόλεως. Annus Aeræ Mundi Græcorum reducitur ad vulgarem Aeræ nostræ Christi detractione 5508. Fuit ergò is ann. Christi 1267. periodi verò Iulianæ 5980. qui numerus divisus in quindecim, indicat Indictionem ejus anni characteristicam, decimam. prout Pachymeres notavit. Vnde dubium esse non potest, quin Patriarchatus Iosephi Galesij à Kal. Ianuarij anni Christi 1268. ptocedat.

III. Vbi desierit, modò diximus. Refert Pachymeres lib. 5. cap. 17. Iosephum, qui se promulgatis palàm literis jurejurando obstrinxisset ad nunquam assentiendum conciliationi cum Latinis, ab Imperatore ægrè id ferente persuasum migrare Patriarchalibus ædibus, secessisse in Monasterium Periblepti, pollicitum, se renunciaturum Patriarchatui si de concordia Ecclesiarum Romæ conveniretur à Legatis eò ad hoc missis; interim quasi privatum victurum. Postea cum Legati Pace compositâ redissent, judicatum esse: videri Sedem vacare, cessione conditionatâ Iosephi, jam in absolutam transeunte, positione conditionis unde pendebat. quo circa itum in suffragia novæ electionis. Iste secessus Patriarchæ Iosephi contigit, ut noster ibi distinctè tradit, die 11. Ianuarij, secundæ Indictionis, anni 6782. ἐνδεκάτῃ μηνὸς ἐκατεμβαιῶνος δευτέρας ἰνδικτιῶνος τῷ ϛ ψπβ ἔτει. Fuit hic annus Christi 1274. Per. Iul. 5987. qui revera numeravit Indictionem secũdam, qualem nullus ex quatuordecim præcedentibus, & totidem secutis habere potuit. ut periculum nullum sit ne annus tam ipsi propriâ insignitus notâ cum alio quopiam confundatur aut mutetur. In ista porrò suspensione res fuerunt fermè per annum. Quoad Legatis pacem à Romano Pontifice conventam stipulatamque referentibus, Comitia sunt indicta novo creando Patriarchæ. quod non contigit ante sequentem annum, ut docet nos Historici nostri locus modò considerandus.

IV. De Ioannis Vecci, Iosepho subrogati, electione, quam & statim inchoatam post Legatorum Româ reditum, & celeriter tranfactam apparet, sic scribit Pachymetes cap. 24. libri 5. Ὁ Βέκκος ἐικοστῇ μὲν καὶ ἑκτῇ Πυανεψιῶνος μηνὸς τῆς τελὼ ἑορτὴν

τοῦ

τῶν Ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ Πατριάρχης τετελείωται). Δευτέρᾳ δὲ Μαΐου τῇ ἑπομένῃ κυριακῇ, ἐν ἑπομένῳ ἡμέρᾳ τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦ Πνεύματος δέχεται) καὶ πλατύνεται Ἀρχιερεύς. *Vecchus sexta & vigesima Maij Mensis, in festo Sanctorum Patrum Nicænorum Patriarcha electus est. Secunda verò Iunij Dominica Hebdomadis vententis, insigni die Sancti Spiritus gratiam Spiritus percepit, ordinatus ritè Patriarcha.* Hi characteres unicè designant annum Christi 1275. Periodi Iulianę 5988. quo Cyclus Solis numeratus est 24. lit. Dominicalis fuit F. Cyclus Lunæ currebat 3. quæ notę festum Paschę conferunt in 14. Aprilis, Dominicam verò Pentecostes in 2. Iunij. unde patet à primâ successione Ioſephi ad initum à Vecco Patriarchatum intercessisse menses solidos sexdecim, cum diebus octodecim. Anno præcedenti Christi 1274. si quis suspicari vellet Vecci creationem, factam frustrà esset ob characteres diversissimos. Nam Cyclos is annus habuit Solis 23. Lunæ 2. qui dant Pascha 1. Aprilis, & Pentecostem 20. Maij, & litera Dominicalis ejusdem anni G. diem secundum Iunij facit sabbatum: cum Dominicam fuisse oportuerit quo anno est Veccus in Patriarchalem Constantinopoleos evectus Sedem. Hujus finis, quoniam Michaëlis Palæologi funere posterior extra hujus Historiæ limitem exit, nostræ considerationis, nunc quidem, non est.

V. Restat ultimum quod proposuimus hîc tractandum. Tempus quo missa Romam est à Michaële Augusto insignis Legatio ad absolvendum negotium conciliationis Ecclesiarum, quâ Germanus Expatriarcha & Georgius Acropolita feliciter functi sunt; characterе non dubio insignitum legitur cap. 21. lib. 5. Ait illic Historicus: solvisse duabus Triremibus Legatos paci conficiendæ destinatos, paratis jam ad eam ex parte Græcorum omnibus. Hi fuerunt, ut cap. 17. superiùs dixerat, partim Ecclesiastici, partim Senatorii. Priores Germanus nuper Patriarcha, & Episcopus Nicææ Theophanes. Alij Magnus Logotheta Acropolita; Præses Vestiarij Panaretus, & Magnus Interpres Berrhoeota. Triremium alteram conscenderunt Panaretus & Berrhoeota cum donis Impetatoris ad Pontificem. in alterâ duo Episcopi cum Acropolita fuerunt. Altum petierunt, ait loco laudato noster cap. 21. lib. 5. Κρονίῳ ἀρχομένῳ μηνός. Est haud dubiè Pachymeri Κρόνιος Martius, prout est hujus lib. cap. 1. demonstratum. Pergit dicere; conflictatos eos parùm prosperâ tempestate, perveniſse in sinum Laeonicum, ubi est Promontorium Maleæ, λύγοντος τοῦ μηνός, hoc est eodem mense desinente, ultimâ ejus Decade: notum est enim Græcos partiri menses in tres Decadas. Primâ vocant ἀρχομένην sive ἰσταμένην; secundam μεσοῦντος tertiâ φθίνοντος, sive ut hîc noster λήγοντος μηνός. Addit ibi vehementi jactatas procellâ Triremes ambas, primùm dissociatas vi venti fuisse: deinde alteram illarū quâ Panaretus & Berrhoeota vehebant, miserè fractâ & submersam: aliam salvam appulisse ad Methonæ portum: idque contigisse πέμπτῃ μεγάλῃ, hoc est feria quintâ Hebdomadæ Majoris, quâ Cœna Domini celebratur ab Ecclesia. Ex his oportuit illo anno feriam quintam in Cœnâ Domini mense Martio fuisse, & quidem aliquo die Decadis ultimæ mensis istius. Non potuit ille annus esse alius ab anno Christi juxtà vulgarem Aeram 1273. Manifestum hoc est ex serie narratarum hâc Historia rerum. Nam superiori Christi 1272. cepit sedere Gregorius X. qui primus mentionem concordiæ intulerat, postquam in Syria electum se absentem à Cardinalibus cognovit. Deinde jam coronatus Legatos Constantinopolim ad id negotium urgendum miserat. Hi strenuè rem egerunt, pro virili Augusto cooperante: quæ referuntur hoc libro à cap. 11. ad 17. Hæc annum facilè Gregorij 1. Christi 1272. expleverunt. Dispositis uteunque omnibus ex parte Græcorum missi sunt Legati, de quibus agimus, circa initium anni, Gregorij Pontificatûs secundi; Christi 1273. nec tardiùs potuerunt; alioqui Gregorium non reperissent Romæ, qui hoc anno indè discessit versùs Galliam, ut ibi Concilium Oecumenicum Lugduni celebraret. Habitum id Concilium est anno sequenti Christi

1274.

1274. præsente illic Pontifice, & Legatis Græcorum jam cum Ecclesiâ Romanâ conciliatorum ibidem comparentibus. Quæ conciliatio cum per hanc Legationem perpetrata fuerit, evidens est, eam priùs obitam, & renunciatam Constantinopoli fuisse, quàm sacra Synodus Lugduni inchoaretur. quadrat autem unicè ad hoc ipsum character hoc loco indicatus Feriæ quintæ Majoris Hebdomadæ incidentis in postremos dies Martij. Siquidem hic ann. Christi 1273. fuit periodi Julianæ 5986. Cyclum Solis habens 22. Cyclum verò Lunæ sive Aureum numerum 2. & literam Dominicalem A. quæ notæ Pascha illius anni defigunt in 26. Martij. Fuit ergò Feria quinta in Cœnâ Domini die 23. Martij ejusdem. Quare verax & exacta deprehenditur Historici narratio & Chronologia nostra confirmatur.

CAPVT VII.

De Eclipsi Solis à Gregora memoratâ quâ stabilita hactenus Chronologia firmatur.

I. HActenus Chronologiam nostram indicatis à Pachymere characteribus quantum licuit, munivimus. Non est autem negligenda opportunitas quam nobis benignam offert insignis Nicephori Gregoræ locus, ejusdem cœlesti quoque Solaris maximi deliquij suffragio roborandæ. Scribit is Autor Historiæ suæ lib. 4. pag. 51. Edit. Basil. postquam narravit abdicationem Germani, Iosephi subrogationem in ejus locum, & ab hoc indultam Imperatori Michaëli Palæologo solutionem anathematis quo dudum fuerat ab Arsenio devinctus ob execratum Ioannem Pupillum, scribit, inquam, in hunc modum: Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἡ σελήνη τὸν τέταρτον τῶν διδύμων ἐπιβαίνοντα, περὶ ὥραν τρίτην μεσημβρίας ἕνα τῶν ἡμερῶν τοῦ μαΐου, τῷ ϛφπε. ἔτει. ὡς μὴ πᾶσα ἔκλειψις δωδεκάδακτυλον ἔσχε δυσκαιδεκάτην. Τοσοῦτον δὲ μέσον τῆς ἐκλείψεως χρόνον ἐγένετο ὅσον καὶ τὸν γλῶ ὡς ἂν εἰπεῖν πολλοὺς τῶν ἀστέρων φανῆναι. *Sub hoc tempus obscuravit Luna Solem quartum Geminorum transmittentem gradum, circa horam ante meridiem tertiam quintæ ac vigesimæ diei Maij, anni 6785. Fuit porrò tota Eclipsis digitorum proximè duodecim. Tanta autem sub medium deliquij tempus tenebræ circa terram extiterunt, ut & multa Stellarum apparerent.* Ita Gregoras describit insignem prorsus & horrendam Solis defectionem Constantinopoli visam paulò ante quàm exautoraretur Germanus & Iosephus in ejus locum substituendus eligeretur. quod utrumque illo anno à Gregora indicato Aeræ Græcorum 6785. hoc est Aerę nostræ 1267. evenisse nos quoque ostendimus superiùs num. 2. cap. 6. Quare si demonstrare potuerimus fide Tabularum, & ratiocinijs Astronomicis Solis deliquium tam notabile, in Vrbe tam frequenti circa meridiem spectatum, cum omnibus ejus memoratis circumstantijs, illo revera fuisse commissum anno, nemo non videt magnum inde firmamentum accessurum & ratiocinijs nostris, & fidei Historicorum quorum autoritate nitimur. Hæc me spes impulit ad rogandum per literas R. P. Iacobum Grantami Societatis nostræ, Lutetiæ Parisiorum degentem, ut dignaretur istius Eclipsis calculos ponere. Fecit ille pro suâ & eruditione, & humanitate præstantibus, diligentissimè: prout ex ejus ad me missâ, quam hîc adscribam, Exercitatione astronomicâ patebit.

II. IACOBI GRANTAMI E SOCIETATE IESV Epilogismus Novilunij ecliptici anno Christi 1267. 25. Maij, juxta Tabulas Subsidiarias Rudolfinas ad Meridianum Constantinopolitanum revocatas. Annus is est communis non Bissextilis.

Novi-

Novilunium Medium

	D.	H.		
Maij	24	10	50	13

	D.	H.		
Tempus Apog. Sol. Iun.	14	11	32	7
Intervallum à Novilun.	21	0	41	54
Motus intervallo respondens tollendus	S. 0	G. 20	15	38
Locus Apogæi Solis	3	0	1	36
Primus locus Solis	2	9	45	58
Prima distantia Luminarium Sole longius progresso	0	5	27	43

	D.	H.		
Tempus Apogæi Lunæ proximum Novilunio	165	7	51	27
Intervallum	7	6	21	22
Motus intervalo respondens	S.	G.		
Addendus	3	0	43	42
Locus Apogei Lunæ	11	3	34	33
Primus locus Lunæ	2	4	18	15
Tempus Prosthaphæreticum		H.		
Addendum		10	41	10

Novilunium Verum.

	D.	H.		
Maij	24	21	31	23

Pro Correctione.	S.	G.		
Ad primum locum Solis adde	0	0	25	28
Fit secundus locus Solis	2	10	11	26
Secunda distantia Luminarium, Lunâ longiùs progressâ	0	0	3	1

Pro Correctione.	S.	G.		
Ad primum locum Lunæ, addendum	0	5	56	12
Fit secundus locus Lunæ ad secundum Solis locum revocandus	2	10	14	27
Tempus correctioni respondens tollendũ			5	51
Pro æquatione perfectâ temporis, addenda				32

Novilunium perfectè correctum, & æquatum.

In meridiano Tabularum, Maij	24	21	26	4
post meridiem.		H.		
In meridiano Constantinopolitano additis		1	28	0
post mediam noctem fit dies Maij	25	10	54	4

Hoc

Hoc tempore & loco Zodiaci facta est vera Synodus: quo autem sit visa, tam minus accurata quâ accurata, per triangulos & parallaxes ostenditur in sequentibus.





Tres priores Parallaxes			Ters posteriores Parallaxes.		
Altitudinis	25	19	Altitudinis	28	30
Latitudinis	23	40	Latitudinis	23	52
Longitudinis	8	33	Longitudinis	15	35
In Synodo vera.			In Synodo visâ minus accuratâ.		

In Triangulo ZCN. Rectangulo in N. Gr. 90. Eclipticæ.

	G.			G.	
Ang. C	75	28	Ang. C	74	45
Latus CZ	24	14	Latus CZ	24	29
NZ	23	24	NZ	23	33
NC	26	36	NC	6	50

In Triangulo ZSN. Rectangulo in N.

	G.			G.	
Latus NS	9	18	Latus NS	10	58
SZ	25	5	SZ	29	13
Ang. S	99	31	Ang. S	54	58

	D.	H.		
Primo tempore Parallactico	0	9	16	0
Sublato à verâ Synodo	25	10	54	4
Restat visa Synodus minus accurata Maij die	25	H. 10	44	48
Secundo tempore Parallactico	0	0	52	14
Sublato à verâ Synodo	25	10	54	4
Restat visa Synodus accurata Maij	25	10	1	50

Locus Lunæ; qui & Solis, in Synodo verâ

	S.	G.		
	2	10	11	26
Tolle motum respondentem tempori Parallactico accurato	29	7		
Restat locus Lunæ in Synodo visâ accuratâ				



	S	G.		
	2	9	42	19
Ex hoc tolle locum nodi ☊				
	8	14	26	33
Restat verus motus latitudinis	5	25	15	46

Vnde vera latitudo Borealis sive arcus inter centra	27	10
E tertia Parallaxi latitudinis	24	48
Tollenda: & restat visa latitudo, seu arcus inter centra	2	22

Quantitas Eclipsis.

Ex summâ Semidiametrorum	31	41
Tolle visam latitudinem sive arcum inter centra	2	22
Restat quantitas Eclipsis	29	19

In Scrupulis 1759
Quæ multiplicata per 6. faciunt 10554
Quæ divisa per Semidiametrum Solis 900
Dant digitos 11
Restant 654
Quæ faciunt digiti unius partes 40
Quantitas ergò Eclipsis est digiti vndecim cum quadraginta partibus duodecimi.

Duratio Eclipsis.

Duratio hujus Eclipsis exactè definietur ex scrupulis mediæ durationis 31' 35. per horarium Lunæ motum in Incidentiâ & emersione compositis, ut consequitur.

In Incidentia.

Locus Lunæ unâ hora ante visam Synodum accuratam	2	9	8	4
	D.	H		
Tempus Maij	25	9	1	50

In Emersione.

Locus Lunæ unâ horâ post visam Synodum accuratam	2	10	16	34
Tempus Maij	D. 25	H. 11	1	50





Tres Parallaxes.		
Altitudinis	25	30
Latitudinis	24	0
Longitudinis	8	37

Tres Parallaxes.		
Altitudinis	25	30
Latitudinis	20	30
Longitudinis	15	10

Ang.

Ang.	C	92	75	33	16	Ang. C	92	86	32	1 1
Larus	CZ		24	9	41	Larus CZ		19	39	2
	NZ		23	21		NZ		19	36	0
	NC		6	24		NC		1	14	0
	NS		7	49		NS		13	56	42
	SZ		24	33		SZ		23	55	
Ang.	S		72	32		SC		12	44	Translato S. in Occid.
	SC		14	13		Ang. S		55	52	

Tertia Parallaxis longitudinis 48 11. quæ visæ Synodo accuratæ respondet, comparanda cum Parallaxi longitudinis inventâ.

In Incidentia.

Tertia Parallaxis longitudinis	48	11
Parallaxis longitudinis in Incidentia prior tempore	8	37
Differentia motu crescenti admodum celeriter	39	34
Hanc differentiam adde horario vero Lunæ à Sole	29	28
Fit motus horarius apparens velocissimus	69	2

Analogia.

Vt hic motus apparens 69. 2. 4142. ad unam horam 3600. Ita Scrupula mediæ durationis 31. 35. 1895. ad tempus Incidentiæ 1647. 27. 27.

In Emersione.

Tertia Parallaxis longitudinis	48	11
Parallaxis longit. in emersione posteriori tempore	15	10
Differentia motu valdè decrescente	33	1
Hanc differentiam adde horario verò Lunæ à Sole	29	28
Fit motus horarius apparens velocissimus	62	29

Analogia.

Vt hic motus apparens 62 29 ad 3600
Ita Scrupula mediæ durationis 31 35 ad tempus Emersionis 30 20

Integra Duratio 57 47

	D.	H.		
Initium	25	9	34	23
Medium Eclipsis (Maij	25	10	1	50
Finis	25	10	32	10

Constantinopoli post mediam noctem.

Vnde vera latitudo Borealis ſive arcus inter centra	27	10
E tertia Parallaxi latitudinis	24	48
Tollenda: & reſtat viſa latitudo, ſeu arcus inter centra	2	22

Quantitas Eclipſis.

Ex ſummâ Semidiametrorum	31	41
Tolle viſam latitudinem ſive arcum inter centra	2	22
Reſtat quantitas Eclipſis	29	19

In Scrupulis 1759
Quæ multiplicata per 6. faciunt 10554
Quæ diviſa per Semidiametrum Solis 900
Dant digitos 11
Reſtant 654
Quæ faciunt digiti unius partes 40
Quantitas ergò Eclipſis eſt digiti vndecim eum quadraginta partibus duodecimi.

Duratio Eclipſis.

Duratio hujus Eclipſis exactè definietur ex ſcrupulis mediæ durationis 31 35. per horarium Lunæ motum in Incidentiâ & emerſione compoſitis, ut conſequitur.

In Incidentia.

Locus Lunæ unâ horâ ante viſam Synodum accuratam	2	9	8	4
	D.	H		
Tempus Maij	25	9	1	50

In Emerſione.

Locus Lunæ unâ horâ poſt viſam Synodum accuratam	2	10	16	34
Tempus Maij	D. 25	H. 11	1	50





Tres Parallaxes.		
Altitudinis	25	30
Latitudinis	24	0
Longitudinis	8	37

Tres Parallaxes:		
Altitudinis	25	30
Latitudinis	20	30
Longitudinis	15	10

Ang.

Ang.	C	92	75	33	16	Ang. C	92	86	32	1 1
Latus	CZ		24	9	41	Latus CZ		19	39	2
	NZ		23	21		NZ		19	36	0
	NC		6	24		NC		1	14	0
	NS		7	49		NS		13	56	42
	SZ		24	33		SZ		23	55	
Ang.	S		72	32		SC		12	44	Translato S. in Occid.
	SC		14	13		Ang. S		55	52	

Tertia Parallaxis longitudinis 48 11. quæ visæ Synodo accuratæ respondet, comparanda cum Parallaxi longitudinis inventâ.

In Incidentia.

Tertia Parallaxis longitudinis	48	11
Parallaxis longitudinis in Incidentia prior tempore	8	37
Differentia motu crescenti admodum celeriter	39	34
Hanc differentiam adde horario vero Lunæ à Sole	29	28
Fit motus horarius apparens velocissimus	69	2

Analogia.

Vt hic motus apparens 69. 2. 4142. ad unam horam 3600. Ita Scrupula mediæ durationis 31. 35. 1895. ad tempus Incidentiæ 1647. 27. 27.

In Emersione.

Tertia Parallaxis longitudinis	48	11
Parallaxis longit. in emersione posteriori tempore	15	10
Differentia motu valdè decrescente	33	1
Hanc differentiam adde horario verò Lunæ à Sole	29	28
Fit motus horarius apparens velocissimus	62	29

Analogia.

Vt hic motus apparens 62 29 ad 3600
Ita Scrupula mediæ durationis 31 35 ad tempus Emersionis 30 20

Integra Duratio 57 47

	D.	H.		
Initium	25	9	34	23
Medium Eclipsis (Maij	25	10	1	50
Finis	25	10	32	10

Constantinopoli post mediam noctem.



Typus Eclipſeos

In Triangulo A B C rectangulo in A.

Ex Summâ Semidiametrorum	31	41	B C
Tolle Arcum inter centra	2	22	A B
Habes ſcrupulos mediæ durationis	31	55	A C

III. Ex hoc Epilogiſmo clariſſimum fit, in Eclipſi deſcriptâ reperiri characteres à Nicephoro Gregorâ deſignatos. Annum à Mundo condito 6775. ideſt Chriſti 1267. Maij diem 25. horam ante meridiem 3. & digitos propè 12. Vnde tanta obſcuritas in terrâ, ut ſtellæ in Cœlo apparerent. At deficit una illuſtris, nota loci Solis in Zodiaco. Ponit enim Nicephorus gradum 4. Geminorum. Noſter autem calculus 10. ſed in eo Nicephorus manifeſtè hallucinatur, ſecutus non aſtronomicas leges, ſed popularem putandi rationem, & communem errorem jungentium æquinoctium vernum, ſeu primum gradum Arietis, cum 21. Martij; quemadmodum jam à Concilio Nicæno in uſu id erat: non obſervato, ſaltem non correcto, vitio anteceſſionis æquinoctij verſus initium Ianuarij unius diei per centum triginta circiter annos. qui error poſtea correctus eſt anno Chriſti 1582. ſublatis 10. diebus, quibus initium Arietis Martij vigeſimum primum præceſſerat. Et revera à Concilio Niceno habito anno Chriſti 325. uſque ad tempus hujus Eclipſis anno Chriſti 1267. anni fluxerunt 942. pro quibus Nicephorus ſex gradus anteceſſionis Geminorum uſurpavit, cum meritò ſeptem integros numerare potuiſſet. Sethus Calviſius in Chronolog. anno Chriſti 1267. hanc Eclipſim notavit, eodem anno & die quo Nicephorus; eumque circa 4. gradum Geminorum jure corrigit: ſed contigiſſe ait; hora 11. 9. 21. poſt mediam noctem, tardiùs multò quàm velit Nicephorus qui 3. ante meridiem ſcribit: cum quo bellè calculus noſter convenit. Numerat aurem Calviſius digitos obſcurationis 11. 52. ferè ut nos & Nicephorus proximè ad totalem. feriam quoque quartam ritè deſignat. & probat Cyclus Solis 16. litera B. Keplerus in Tabulis Rudolphinis pag. 98. ejuſdem Eclipſeos mentionem facit; & oſtendit rectè à Calviſio Nicephorum reprehendi. & cum eo ponit grad. 10. 59. Geminorum: paulò liberalior in minutis. Porrò de duratione hujus Eclipſis, neque Nicephorus, neque Calviſius, aut Keplerus; quidquam affirmant. Et verò quanta ea fuerit, ad fidem hiſtoriæ aut temporis rationem nihil refert, probatis alijs certiſsimis notis. Verum ne ea ad integrum exactumque Epilogiſmum deſideretur, magnâ diligentiâ eam conſignavi. Et ne quis brevitatem non integræ horæ in Eclipſi propè totali nimiam reprehendat, velociſsimum Lunæ motum apparentem circa 3. Parallaxem longitudinis, tam in Incidentiâ creſcendo valdè in quadrante Orientali Eclipticæ, quàm in Emeriſione multùm decreſcendo in quadrante

drante Occidentali, quæso ut mecum attendat, & desinet mirari. Hæc in gratiam R. P. Posùi; qui Viri Amici laborem gratum si placet habebit; & eum Deo in suis orationibus & sanctissimis Sacrificijs commendatum habebit.

IV. Hactenus R. P. Iacobus Grantami. cui adjungam quod consultus à me de Eclipsi eadem R.P. Ioannes Baptista Ricciolus, statim humanissimè respondit hisce planè verbis.

Aera Constantinopolitana supponit completos fuisse Mundi annos 5508. ante usitatam Christi Aeram. Quare annus 6775. Aeræ Constantinopolitanæ, est Aeræ Christianæ 1267.

Anno Christi 1267. Cyclus Lunæ seu Aureus numerus fuit 14. Epacta 3. Novilunium civile inter 25. & 26. Maij. Cyclus Solis fuit 16. litera Dominicalis B. & dies 25. Maij incidit in feriam quartam.

Anno eodem 1267. die 25. Maij Novilunium verum Constantinopoli fuit sesquihorâ ante meridiem: sed ob Parallaxim longitudinis, fuit hora 3. minutis 5. ante meridiem Sole & Lunâ versantibus in gradu 12. Geminorum. Latitudo Lunæ Borealis & vera fuit minutorum 19. 8. sed apparens ob parallaxim latitudinis, fuit Australis & minutorum 3. 8. summa autem semidiametrorum Solis & Lunæ fuit minutorum 30. 40. Et Solis Diameter integra minutorum 31. 38. Ideoque digiti ecliptici 11. 25. sed eò quòd radij Solis obliquè in terram incidentes, aliorsum procul à vertice Constantinopolis reflecterentur, nec multùm aërem supra positum illustrarent, visa est Eclipsis penè totalis: & stellæ Horizonti propiores, aliæque conspici potuerunt.

Ex meâ Geographiâ reformatâ suppono altitudinem Poli Constantinopolis esse grad. 42. 56. & longitudinem à Palmâ Insulâ Fortunatarum gr. 54. 36.

Quid sibi velit Gregoras, aut quibus ex Ephemeridibus hauserit, Solem fuisse tunc in quarto gradu seu parte Geminorum, penitus ignoro. Licet enim Tabulæ Astronomicæ insignium Mathematicorum paucis aliquot minutis dissidere possint à meis; multis tamen gradibus, nullæ. Certè enim anno illo 1267. Sol ingrediebatur in signa Zodiaci diebus 9. aut 10. citiùs quàm nunc post correctionem Gregorianam Kalendarij. nunc autem ingreditur Geminos die 22. aut 23. Maij. Ergò tunc die 13. aut 14. circiter. atque adeò die 25. Maij erat jam in 11. vel 12. gradu Geminorum.

Hæc ille. Habes, Lector, eruditissimorum hominum, & præstantium Astronomorum circa Eclipsim à Nicephoro Gregorâ memoratam judicia & ratiocinia, quæ tantam ejus notitiam suppeditant quanta optari ferè potest. certè quæ abundè sufficiat ad usum nostrum insigniendi anni quo Germano abdicante Iosephus Patriarcha est creatus, tam luculento charactere, ut in eo à cæteris discernendo labi deinceps, aut vel titubare, quisquam nequeat.

CAPVT VIII.

Andronici, qui Michaeli Augusto Primogenitus, in Imperio Collega, & post eius obitum successor fuit, atas, coniugij, & evectionis in Imperium tempus, cæterorumque eius Actorum Chronologia.

I. MIchaëli Palæologo qui successit in Imperio Andronicus, senior ab Historicis posterioribus dictus ex comparatione cum ipsius Nepote Andronico Iun. Avi in Imperio Collegâ, quicû graves & rei Romanæ pernicioſissimas inimicitias exercuit, in Cantacuzeni præsertim Historiâ narratas, Andronicus, inquam,

inquam, Seniot Michaëlis Palæologi prioris Primogenitus, Imperij Collega, & post Patris mortem, successor, quando natus sit, quâ ætate Vxorem duxerit, quo anno particeps factus fuerit Augustæ potestatis, incertum faciunt variæ ac malè inter sese cohærentes cum Pachymeris, tum Gregoræ & aliorum qui de illius rebus scripserunt, affirmationes. Quare operæpretium me facturum statui, si evolvendæ ex ambagibus, & certo, quoad licebit, digerendę ordine rerum ipsius hac Historiâ memoratarum Chronologiæ capitis hujus operam impenderem. Prima omnium statuenda est epocha natalis Andronici hujus; perplexis Pachymeris & Gregoræ Assertionibus nutans. Scribit Pachymeres lib. 3. cap. 7. Theodoram Michaëlis Palæologi Vxorem cum comperisset Virum suum cogitare de se repudiandâ, adscisendaque loco ejus in Conjugem Anna Alamana Ioannis Batatzæ olim Augusti viduâ, graviter, ut par erat, id ferentem, expostulasse quòd se coronatam jam Augustam sine ullâ causâ Imperator vellet dimittere, postquam ei jam Augusto peperisset filios, primum quidem Manuëlem qui citò perierat, deinde verò Andronicum adhuc superstitem quem Pater regiè nutribat, denique tertium postquam in Vrbem Constantinopolim è Latinis receptam Imperator migraverat, illic in Purpurâ natum Constantinum nomine, cognomento Porphyrogenitum. Ἡ Βασιλὶς Θεοδώρα χαλεπὸς ἔχειν ἐνίησιν, εἰ δέσποινα ἐτιμᾶτο ἴσα καὶ γυνὴ γυναικὶ, τῷ ἀνδρὶ παρὰ τῷ Βασιλεῖ παῖδας, καὶ σφᾶς μὲν, δοτὸν χώμενον ἄλλην, καὶ Μανουὴλ· εἶτα δὲ καὶ τὸν τελευταῖον Ἀνδρόνικον, ὃν βασιλικῶς ὁ πατὴρ ἔτρεφε. Ex his videtur posse colligi sensisse Pachymerem Andronicum, imò & præterea Manuëlem priùs mortuum, post initum à Michaële Palæologo Imperium natos, ut sic illos Mater eorum Theodora Viro jam imperanti ἀνδρὶ τῷ Βασιλῆ, pepererit.

II. Atqui hoc quidem repugnat ipsi primùm Pachymeri affirmanti Andronicum annos natum quatuor & viginti Patri morienti successisse. Si enim is Patre jam imperante, & quidem secundus post Manuëlem in infantia mortuum, natus est: cum Michaël ut est demonstratum imperare ceperit Kal. Ianuar. an. Christi 1260. venire in lucem non potuit ante an. Christi 1261. Imperij Palęologi secundum: & consequenter quando idem Palæologus Michaël anno (ut cap. sequenti demonstrabitur) Christi 1282. mortuus est, Andronicus nō nisi annorū unius & viginti esse potuisset. Pugnat id etiam cum eo quod Gregoras scribit lib. 4. pag. 40. Michaëlem cum solemni pompâ Constantinopolim à suis recuperatam ingressus est, Andronicum filium jam tum bimulum duxisse. Γ' ἅμα μὲν τὸν βασιλέα τῇ πόλει ἅμα τῇ αὐτοῦ δεσποίνῃ καὶ τῷ υἱῷ Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ Βασιλεῖ δεδεγμένος ἐτῶν ἄγαν τῆς ἡλικίας. Certissimò enim statuimus superius ingressum Michaëlem Palæologum Vrbem paulò priùs à suis captam, die 15. Augusti anni Christi 1261. quo tempore ut duorum annorum puer Andronicus fuerit, oportuit eum natum saltem initio an. Christi 1260. quod dici nequit, cum ante illum Patri jam imperanti, natus fuerit Primogenitus ejus, Manuël in cunis mortuus. Necessariò igitur agnoscenda παρέλευσις est in illis verbis τῷ ἀνδρὶ τῷ Βασιλῆ. ut nequaquam Theodora significare voluerit, se Viro suo jam imperanti Manuëlem & Andronicum peperisse: sed appellationem Imperatoris, quæ suo Marito tunc cum illa hæc dicebat conveniret, tribuisse: licet illa non pertineret ad id tempus quo illa Manuëlem & Andronicum enixa fuerat.

III. Sed aliquid certiùs de anno natali Andronici Seniotis statuere licebit ex tempore ipsius obitûs, sicubi satis certò id definitum reperire potuerimus. Legimus apud Ioannem Cantacuzenum lib. 2. cap. 28. pag. 228. Edit. Reg. Hunc Andronicum, qui abdicato Imperio factus Monachus Antonij nomen assumpserat, in Monasterio mortuum esse *Mense Februario, Indictione xv. Anno quadragesimo supra sexies millesimum & octingentesimum, natum annos septuaginta duos*. Si ex numero 6840. annorum, 72. demas annos, supererit annus Aeræ Græcorum 6768. quo fuisse natum oportuit eum, qui annis duobus maior septuagenario anno 6840.

diem

diem obierit. Est hic annus 6768. Mundi juxtà Græcos, idem quem nos in Aerâ Christianâ numeramus 1260. qui fuit ut vidimus primus Imperij Michaëlis. eius anni principio si editus in lucem Andronicus est, habere locum utcumque potest, quod ex Gregorâ retulimus, eo bimulo, sive secundum ætatis annum agente, Μὴν ὄντος ἄγοντι τὸν ἐνιαυτόν, contigisse ingressum triumphalem Michaëlis ejus Patris in Vrbem Regiam paulò ante de Latinis receptam. Sed non potest cum hoc quadrare quod scribit Pachymeres in historiâ Imperij Andronici lib. 1. cap. 1. eum quando Patri successit, annos ætatis numerasse quatuor supra viginti, verba sunt de illo Pachymeris hæc ipsa: τῷ δὲ τοιούτῳ ὑπὸ τοῦ πατρὸς Βασιλεῖ, ὄντι γεγονότι πέραν τῶν εἴκοσι τεττάρων. Nam cum ab anno Christi 1260. ad 1282. quorũ priori cepisse imperare, posteriori obijsse Michaëlem Palæologum certò demonstravimus, manifestum sit intercedere annos dumtaxat duos & viginti, patet promovendum ulterius toto biennio natalem Andronici necessario esse, si vera de ipsius quando capessivit Imperij habenas solus, ætate Pachymeres scripserit. Nam quod idem cap. vlt. lib. 6. hujus quam nunc edimus Historiæ Michaëlem Palæologum tradit imperasse annis viginti quatuor, accommodari fortè ad veritatem id posset, vel eâ ratione quam diseremus cap. seq. num. 3. vel intelligendo numeratum illic ejus Imperium ab ejus celebri prædictione quam Thessalonicæ biennio ante acceperat, voce *Marpou* de Cœlo missâ, ut narratur lib. 1. cap. 11. Sed hoc ad ætatem Andronici trahi non potest. nec excusari aliter ab errore Pachymeres, si verè natum eum putavit, quo anno cepit imperare Pater ejus.

IV. Existimo tamen vera illic Pachymerem, & ex certâ publicâque notitiâ scripsisse; erasse verò Cantacuzenum in subducendis annis Andronici Senioris, qui ætatis non 72. ut ille affirmat; sed 74. vitæ finem invenerit. Hujus Assertionis habemus Autorem eidem Andronico familiarissimum extremis vitæ temporibus Nicephorum Gregoram, apud quem cum legamus cap. ult. lib. 9. pag. 209. Edit. Bas. confabulari se quotidiè cum Andronico tunc Monacho otiosissimè solitum, atque adeò ipsâ nocte quâ est mortuus, multas horas suavissimi colloquij cùm eo duxisse, facilè credere possumus resciviisse ex eo ipsum quæ de illius annorum numerò notavit, in Monodiâ de Andronici obitu initio lib. 10. pag. 214. his planè verbis: τέταρτον μὲν ἦδη καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος ἀπὸ γενεθλίου ἀπῆν πελάσαντι λυσίου. *Quartus & septuagesimus annus à nativitate ipsi morienti absolvebatur*. Quæ verba non tantũ vixisse illum annis 74. sed etiam illos expleviisse significant. Cum autem sit mortuus die 12. Februarij, ut idem Gregoras affirmat sub finem lib. 9. vel 14. ut Anonymus annotavit ad marginem loci Cantacuzeni, quem paulò ante retulimus, cogimur dicere natum fuisse Andronicum sub initium anni Christi 1258. Ac ne quis suspicetur irrepsisse errorem in notas numerales apud Gregoram, qui tamen extensè ac sine notarum compendijs annum septuagesimum quartum ætatis Andronici exprimit, etiam aliunde manifestum est ex animi sui certâ sententiâ id affirmasse illum Autorem. Ait is nimirùm initio cap. ult. lib. 9. inter alia signa quæ portenderunt obitum Andronici Senioris, visam Solis Eclipsin quę totidem diebus quot ipse annis vixerat, ejus mortem præcessisse. Commissum spectatumque est id Novilunium eclipticum ultimo Novembris anni Christi 1331. ex quo si numeres unum & triginta Decembris, totidem Ianuarij, duodecim Februarij dies, exactè conficies summam dierum septuaginta quatuor, parem numero annorum vitæ ipsius, ut scripsit Gregoras, tacitè hîc revocans, quod aliàs dixerat Andronicum quando cum Patre primùm ingressus est Constantinopolim, secundum ætatis annum egisse; cum ex hoc quod nunc ex certiori testimonio affirmat, manifestum sit ipsi tunc quartum ætatis ab aliquot jam mensibus currere cepisse; quippe in lucem edito circa initium anni Christi 1258. Id quod non parùm præterea confirmatur ex tempore nuptiarum Theodoræ Matris Andronici cum ejus Patre Michaële, ab Acropolita notato.

Hic

Hîc enim Historiæ suæ cap. 51. refert Ioannem Ducam Imperatorem collocasse Michaëli Palæologo, in gratiam recepto interventu Manuëlis Patriarchæ, Theodoram fratris sui olim defuncti Isaacij Ducæ Sebastocratoris filiam. Necesse est dicere factum id fuisse sub finem anni Christi 1254. vel sequentis initium, quo post multorum mensium languorem Ioannes Augustus Octobri mense diem obijt. Est autem incredibile fœcundam alioqui mulierem, Viro ævi pleni, quippe annorum duodetriginta eum duxit Vxorem, Iuveni, sex totis primis conjugij annis nullam prolem edidisse. quocirca existimo Manuëlem Primogenitum, qui deinde infans obijt, ipsis natum anno Christi 1256. Andronicum verò biennio post, primis mensibus, ut dixi, an. Christi 1258. quo posito pronâ deinde facilitate apta cæterorum Andronici Actorum in serie hujus Historiæ dispositio succedit. Nam quod antemētionem electi in Papam Gregorij X. refert cap. 28 lib. 4. Pachymeres, Andronico jam in virum adulto, hoc est in puberem, & conjugio maturam educto ætatem, Patrem ejus Vxorem quærere cepisse, benè quadrat in annum Christi 1271. Sedis vacantis, post mortē Clementis Quarti, tertium; quo nimirùm Andronicus quintumdecimum agebat ætatis annum. Nuptias ipsas Andronici eum Annâ Regis Pannoniæ filiâ, capite eodem memoratas, ad annum sequentem Christi 1272. referimus. Vnde assumptio Andronici ejusdem in consortium Imperij à Patre Augusto facta, & solemnis Coronatio Andronici & Annæ novorum Augustorum, quam Pachymeres altero à nuptijs anno celebratam ibidem tradit, ad annū Christi 1273. Andronici duodevigesimum pertinet.

CAPVT IX.

Statuitur tempus obitus Michaelis Palaologi, & numerus annorum eius Imperij. Appendix de Anno capta à Persis Heraclea Ponti.

I. VTrumque caput ad discussionem hîc propositum, molestâ opinionum varietate perplexum est. ut enim omittam vulgaria Chronica, quorum in quibusdam vidi principiū Imperij Andronici Senioris, quod statim à morte Michaëlis ejus Patris incepit, consignatū anno Christi 1294. & ipsi Michaeli sex & triginta Imperij annos attributos. Spondanus obiisse Michaelem anno Christi 1283. ponit. & Principatum tenuisse annis viginti quatuor refert ex Gregorâ, ut ait; apud quem tamen loco ab eo laudato id non reperio: sed tantùm mortuum Michaëlem anno Mundi juxtà computum Græcorum 6791. ætatis suæ 58. Ὁ μὲν δὴ Βασιλεὺς (verba sunt Gregoræ de Michaele Palæologo scribētis) ἐκ τῶν ἐπικαίρων τότε παρ' ἐλπίδα τὸ οἰκεῖον ἔσχε τέλος τῆς ζωῆς ὃ ἑξακισχιλιοστὸν ἑπτακοσιοστὸν ἐνενηκοστὸν ἔτος ὑπὸ καὶ πεντήκοντα ἔτεσι τυγχάνων. Hoc est: *Imperator circa illa quæ diximus loca præter spem vitæ suæ finem invenit, anno sexies millesimo septingentesimo nonagesimo primo, agens ætatis annum quinquagesimum octavum.* Ita Gregoras.

II. At noster Pachymeres lib. 6. cap. 36. hujus Operis sic scribit de die obitūs Michaelis. Ἡμέρᾳ δὲ ᾗ παρασκευὴ ἐπεδείκνυτο σκιερροφοριῶν τὸ ϛ ψ γα. ἔτους. *Feria erat sexta undecima Decembris anni* 6791. Ac in anno quidem magno consensu Gregoras ut vidimus, prætereaque Phranzes cum Pachymere conveniunt, ut dubitari de hoc non debeat; eum sit tamen vehemens causa dubitandi, ex circumstantia diei Paraskeves, sive feriæ sextæ illo anno incurrentis in undecimam Decembris diem. Est annus Aeræ Mundi Græcorum 6791. Christi 1283. hoc est Per. Iul. 5996. quo fuit Cyclus Solis 4. numerus Aureus 11. Indictio pariter 11. Cyclus porrò Solis 4. liter. indicat Dominic. C. quæ cum insigniat diem duodecimum Decembris, undecimus necessariò fuerit Sabbatum; non autem Paraskeve sive sexta Feria. Qualem

eum

tamen illo anno fuisse tradit pro certissimo & vulgò notissimo Pachymeres. Igitur anno Christi 1282. mori Michaëlem Palæologum oportuit, quo Cyclus Solis 3. literam Dominicæ indicem dedit D. Hæc enim litera diem Decembris tertium decimum afficiens, tertium retro undecimum fuisse sextam feriam demonstrat. quid ergò dicemus errasse Græcos Historicos in anno mortis Michaelis, & pro 6790. sequentem 6791. indicasse? Ne cogamur hoc dicere, duplex hujus explicandæ perplexitatis suppetit ratio: Aut enim labentis jam anni 6790. & paucos duntaxat extremi Decembris dies reliquos trahêtis rationem non habendam Populus & Historici censentes, obitum ejus ex anno mox sequenti, 6791. quo is videlicet innotuit insigniendum putaverunt; neglecto diserimine nullius momenti ad civilem æstimationem, quæ ferè minutam ἀκρίβειαν respuit: Aut, quod verisimilius reor annorum Mundi & Aeræ suæ principium, item ut Indictionis, à Septembri Græci repetebant. Vnde jam tùm annus Mundi juxtà ipsos 6791. ceperat à mense ferè tertio, cum anni Christi 1282. mensis ultimus December volvebatur. Vt verè dixerint Pachymeres, Gregoras, & Phrantzes, obijsse Michaëlem anno 6791. nec verè tamen scripserint Spondanus & Rainaldus, eundem anno Christi 1283. fato functum. cum illo anno dies Decembris undecima, quâ efflavit animam, Sabbatum, non sexta Feria fuerit.

III. Hoc igitur existimamus pro indubitato tenendum: an. Christi 1282. die 11. Decembris Michaelem Palæologum vivendi & imperandi finem feciisse. Quamdiu imperaverit disquirendum restat. Disertè Pachymeres Histor. cap. ultimo imperasse Michaëlem asserit annis viginti quatuor. idque ipsum, ut palàm notum, antea posuerat capite 21. lib. 4. Atqui hoc quidem ægrè conciliatur cum ijs quæ jam omni firmitate constituimus. Nimirùm coronatum eum ritu solemni Augustum primùm fuisse Kalendis Ianuarij anni Christi 1260. vivere autem desijsse 11. Decembris anni Christi 1282. Nam ex his apparet manifestum, imperasse illum à die inaugurationis suæ annos omninò viginti tres, minùs viginti diebus. Dici tamen potest non usquequaque aberrasse à vero Pachymerem, quem verisimile est id retulisse, quod vulgò ferebatur, solet autem populus in numerandis annis accuratam & minutam aspernari diligentiam: nec ferè dubitat decem, exempli gratiâ, ei Principi annos tribuere, quem constet nonum excessisse. Minimè item putat necessarium ab inaugurationis die primum initium Regni ducere; ubi supremam potestatem antea illum exercuisse palàm est. Itaque Imperium Michaëlis Palæologi jam ex eo tempore numerari potuit quo is Tutor Ioannis est declaratus; quod contigit paulò post Muzalonum cædem, qui nono die ab obitu Theodori Augusti sunt interfecti. Mors Theodori ex Acropolitâ in Augustum mensem incidit, opinor desinentem, cum Pachymeres eam conferat in confinia Aestatis & Autumni. A Septembri ergò anni Christi 1259. Imperij habenas Michaël sumpserit, quas tenuit Ducis Magni, deinde Despotæ titulo, donec sub finem Decembris, ad Imperij cum Pupillo Collegium eveheretur. Revera igitur imperavit super annos viginti tres expletos, duobus ferè mensibus. ut si de annis inchoatis sermo sit, negari nequeat 24. ejus Imperij annos numerari potuisse. In hunc modum Pachymerem quidem ab errore vindicamus: Phrantzem, qui mortem Michaëlis cõjungit eum Indictione 14. ἀπρόσκοπος absolvere non possumus. certissimum enim est anno Christi 1282. qua Michaelem constat mortuum Indictionem x. fuisse numeratam.

IV. Hactenus versati Chronologicâ methodo sumus in Epochis hujus Historiæ figendis quæ certo aliquo insigniri charactere potuerunt: cæteras quarum statuendarum in prudenti conjecturâ tota spes sita est, hîc singillatim exequi, nec otium est, nec operæ fuerit pretium. Satis sit eas, uti & Acta hoc opere memorata præcipua, verisimili ratione in ordinem digestas, certis in Abaco Chronologico annis assignare. quod antequam aggredimur describendam hîc duxi annotatiunculam Lectoris,

ut apparet accurati adscriptam in Barberino optimo Codice ad oram exteriorem, è regione verborum illorum capitis 27. lib. 4. τῷ χωρῷ καπχομδκίων τῆς Πέρσης, πάλαι αὖ τοῖς χώραις καὶ ἀυτὰ ζωυκπώδοντο. Ad hæc, signo indice apposito, sic ex adverso scriptum manu antiquissimâ, & scripturæ Codicis, quantùm judicari aspectu potest, æquali, scribitur

ὡς ἀληθῶς ἤρπας . . . .
πότα μυ ἄγε . . . . .
γὸ τῦ Περσῶν βπ . . .
καὶ τῇ ἀμελείᾳ πο . . . .
τέντων ζωυλ . . . . .
Τῆς Πέρσης, καὶ ἡ χ
Ⓜ Πόντον Ἡρακλεα ἑάλω
ἐν μηνὶ Γ'υλίῳ δ. Ν. . .
τῦ ς ω ξ π. ἔτυς.

Quæ desunt resecta fuerant cultro librario. Ea nos in hunc modum restitui posse putabamus

ὡς ἀληθῶς ἤρπας Δέσ-
ποτά μυ ἄγε. καὶ τῇ
γὸ τῦ Περσῶν βπηθίσῃ,
καὶ τῇ ἀμελείᾳ τῦ Κερ-
τωύπων ζωυλθούσῃ
Τῆς Πέρσης, καὶ ἡ χ
Ⓜ Πόντον Ἡρακλεα ἑάλω
ἐν μηνὶ Γ'υλίῳ δ. Ν. ι γ'
τῦ ς ω ξ π. ἔτυς

Hæc sic Latinè sonant. *Vt verè dixisti Domine mi Sanctè. Etenim Incursione Persarum, & negligentia Imperantium cooperante Persis, etiam Heraclea ad Pontum sita capta est mense Iulio, die 4. Indictione 13. Anni 6868.*

Est hic annus Christi 1360. Per. Iulianæ. 6073. quo numerata est Indictio 13. Indictionem βπηέμπτον Græci vocant, & nomen istud βπηέμπτως hîc nota illa N. compendiosè indicatur, resecto mox numero ιγ. hoc est 13. qualem exigit ille annus. Nondum reperi alibi notatam hanc expugnationem Heracleæ: cujus ideò fortasse non erit inutile, qualemcumque istam hinc notitiam sumpsisse. Alloquitur porrò (ne hoc Lectorem moretur) quicumque is fuit Autor Annotatiunculæ, Histoire eum ipsum Georgium Pachymerem, quem Ἅγιον Δεσπότην Sanctum Dominum vocat, utpotè Sacerdotem, & in Ecclesiasticâ constitutum Dignitate.

CAP.

CAPVT X.

Synopsis Chronologica præcipuarum rerum hâc Historiâ memoratarum, eas assignans annis suis.

Anni Christi	Romanorum Pontificum. Alexandri IV.	Imperatorum Orientis. Ioannis Bataræ.	
1255	1	33	Moritur Imperator Ioannes Ducas Batatza propè Nymphæum iii. Kal. Novemb. Georg. Acropol. Hist. cap. 52. vide lib. 3. Observationum nostrarum cap. 2. Filius ejus Theodorus, Lascaris à matre dictus, proclamatur Imperator consensù Procerum & populi. Acrop. Recusante Patriarchatum Nicephoro Blemmidâ, Arsenius è Monasterio ad Lacum Apolloniadis accersitus fit Patriarcha. Idem Acropol. Is coronat Theodorum die Christi Natali. Obser. Pach. lib. 3. cap. 2. num. 3. Sexto post die 30. Decembris Eclipsis Solis horrenda Nicææ cernitur hora 3. post meridiem. Pachym. lib. 1. cap. 13. Vide superiùs cap. 2. num. 4. & totum cap. 3.
1256	2	Theodori. 1	Expeditio Theodori Lascaris in Occidentem contra Constantinum Regem Bulgariæ & Michaëlem Despotam, quem utrumque sui terrore ad pacem adigit. Acropol. Hist. num. 56. & seq. Gregoras lib. 3. pag. 26. Sub Autumnum hujus anni Michaël Palæologus Magnus Conostaulus Nicææ relictus ut rebus per Imperatoris absentiam præesset, cum comperisset Cotys cujusdam indicio excæcationem sibi pararì, cum ipso Indice fugit in Persidem. Pachym. lib. 1. cap. 9. pag. 12. Ibi à Sultane Romanis quibusdam copijs præfectus contra Scythas strenuè rem gerit. Gregoras lib. 3. pag. 27. Pachym. pag. 13.
1257	3	2	Michaël Palæologus agente Iconiensi Præsule ab Imperatore revocatus è Persìde, benignè ab ipso excipitur, & Magni Conostauli dignitatem recipit. Gregoras lib. 3. pag. 28. Pachym. lib. 1. cap. 9. pag. 13.
1258	4	3	Michaël Palæologus mittitur in Occidentem cum Exercitu, & benè ac feliciter pugnat. Pachymer. lib. 1. cap. 10. fusiùs Acropolita Historiæ num. 70. Theodorus Imperator atrâ bile laborans Martham Michaelis Palæologi Sororem diro supplicio excruciat. & metuens ne ideò Frater ejus rebellaret, per Chadenum in Occidentem missum deduci Palæologum ad se vinctum curat. Pachym. lib. 1. cap. 11. à pag. 15. ad 19. Auguria Imperij Michaeli Palæologo dum caperetur & vinctus duceretur oblata. Pachym. cap. 11. pag. 15. & 16.

Anni Christi	Rom. Pōt. Alex. IV.	Imperat. Orient. Theodori Lasc. Iun.	
1259	5	4	Michael Palæologus educitur è carcere, & recipitur in gratiam ab Imperatore. Pachymer. cap. 11. pag. 17. & cap. 12. pag. 19. Imperator Theodorus moritur mense Augusto, anno ad Autumnum vergente. Acropol. num. 74. pag. 85. Gregoras lib. 3. pag. 29. Pach. lib. 1. c. 13. pag. 19. & 20. Phrantzes lib. 1. cap. 3. pag. 41. relictis impuberi filio Tutoribus Arsenio Patriarchâ, & Georgio Muzalone Protovestiario. Nono die ab Imperatoris obitu dum ei justa funebria in Templo Sosandrorum Magnesiæ redduntur, Georgius Muzalo tutor Ioannis Principis, cum fratre Theodoro trucidatur ab Exercitu in seditionem concitato. Gregoras lib. 3. pag. 30. & 31. Phrantzes lib. 1. cap. 3. pag. 42. Pachym. fusissimè lib. 1. cap. 19. à pag. 31. ad 36. Michael Palæologus declaratur Tutor Pueri Principis, & fit Dux Magnus. Pachym. cap. 22. & 23. à pag. 38. Idem largitione sibi conciliat studia Hominum. ibidem pag. 40. & seq. Creatur Despota cap. 27. à pag. 43. ad 47. Impetrat denique summum Imperij honorem, cap. 29. pag. 48. Extremo Autumno hujus anni Princeps Achaiæ supplicias profectus ad Michaelem Occidentis Despotam rebellantem, capitur a Ducibus Romanis, prelio victus proditione Ioannis Nothi. Pachym. cap. 31. à pag. 50. Gregoras lib. 3. pag. 35.
1260	6	Michaelis Palæologi 1	Kalendis Ianuarij Michael Palæologus ritè acclamatur Imperator, Collega Principis Pupilli cujus erat Tutor. Pachym. lib. 2. cap. 4. pag. 61. Gregoras initio libri 4. pag. 36. Acropolita Hist. num. 77. pag. 89. Phrantzes lib. 1. cap 4. pag. 43. Michael Occidentis Despota, auxilijs à Manfredo Genero Rege Siciliæ acceptis, Romanos ad Tricoryphum acie vincit, & Cæsarem Alexium Strategopulum capit. Pachym. lib. 1. cap 32. Alexius Cæsar brevi liber dimissus ad Palæologum Imperatorem redit. Pachym. lib. 1. cap. 32. Palæologus nondum coronatus limitem Orientalem visit, & Arces Præsidijs firmat, usus ad hoc consilio & operâ Chadeni apud ipsum gratiosi. sed in eo quidem negotio parùm providi. Ex ijs enim quæ tunc egit secuta deinde est Areium illius limitis jactura. Pachym. partim lib. 2. cap. 6. pag. 63. partim lib. 1. cap. 5. pag. 8. Decretâ Coronatione solemni duorum Augustorum inter Sacra per Patriarcham celebrandâ, pervicit contra pacta Palæologus arte magnâ & vehementi ambitu, ut ipse solus coronaretur, præterito Puero. Pachym. lib. 2. cap. 7. & 8. pag. 64. & seq.

Arse-

Anni Christi	Rom. Pōt. Alex. VI.	Imp. Orie. Michaelis Palæologi.	
1260	6	1	Arsenius Patriarcha Nicæâ fugiens Patriarchatu cedit. subrogatus in ejus locum Nicephorus Epheſi Epiſcopus. Pachym. lib. 2. cap. 15. & 16.
			Captâ Selybriâ Imp. Michaël Palæologus Galatam oppugnat longo tempore, fruſtrà. lib. 2. cap. 20.
			Solutâ obſidione redit Nymphæum, ubi Nicephorus Patriarcha moritur. lib. 2. cap. 22. lib. 3. Obſ. cap. 5. n. 3.
1261	7	2	Alexander IV. Pontifex Max. moritur Viterbij octavo Kal. Iunij, poſtquam ſediſſet annos 6. menſes 5. dies 4.
			Sedes vacavit poſt ejus obitum tribus menſ. & trib. dieb.
	Vrb. IV. Ann. 1.		Quarto Kal. Septembris creatus eſt Pontifex Iacobus Pantaleo Gallus, & pridie Nonas coronatus aſſumpſit nomen Vrbani, ejus appellationis IV.
			Chalyphas Perſidis victus à Tocharis, auro in os infuſo, necatur. Pachym. lib. 2. cap. 24.
			Sultane ob Socordiam cōtempto duo ex ejus Optimatibus Baſilici nomine, ad Michaëlē Aug. transfugiunt. ibid.
			Ipſe poſtremo Sultan cum liberis ad Imperatorem ſupplex confugit. Ibidem.
			Alexius Strategopulus Cæſar in Occiduum Tractum, Deſpotâ illic rurſus rebellare moliente cum Exercitu miſſus, & Vrbem obiter tentare juſſus, eam cepit ope Thelematariorum, Latinis in Daphnuſiæ oppugnatione occupatis. Pachym. lib. 2. cap. 26. 27. & ſeq.
			Recuperant Conſtantinopolim Græci die 25. Iulij Sacrâ apud ipſos S. Annæ Matri Deiparæ. Ibid.
			Imperator Michael Palæologus ingreditur Vrbem Conſtantinopolim die 15. Auguſti Aſſumptæ Deiparæ Sacrâ, ipſe pedes ſequens triumphalem currum quo Imago ejuſdem Deiparæ à S. Lucâ depicta portabatur. Pachym. lib. 2. cap. 31. Acrop. cap. 88.
			Arſenius reſtituitur in Patriarchatum & exceptus Conſtantinopoli Palæologum iterùm ſolemniter coronat. Pachym. lib. 3. cap. 2.
			Imperator Legatos Romam mittit. lib. 2. cap. 36.
			Cum Tocharis & Acthiopibus fœdera icit. lib. 3. cap. 3.
			Pupillum Ioannem Collegam ſuum novennem exeçcat die Chriſti Natali, & in Arcem Dacibytzam perpetuò cuſtodiendum includit. lib. 3. cap. 10.
			Holobōlum improbare auſum excæcationem Ioannis dirè mutilat. lib. 3. cap. 11.
1262	2	3	Arſenius Patriarcha Imperatorem excommunicat ob excæcatum Ioannem. lib. 3. cap. 14.
			Zygeni ſive Montani contra Michaëlem Imperatorem rebellantes in gratiam cujuſdam Pueri cæci, quem Ioannem Theodori filium eſſe credebant, ægrè tandem domantur. Pachym. lib. 3. cap. 12. & 13.

Trire-

Anni Christi	Rom. Pōt Vrb. IV.	Imper Or. Michaelis Palæologi	
1263	3	4	Triremes Imperatoris Insulas æripiunt Latinis cap. 15. Imperator Legatos ad Papam mittit. cap. 18.
1264	4	5	Expeditio Ioannis Despotæ fratris Imperatoris in Occidentem, quâ Michaël Despota coactus est pacem facere Pachym. lib. 3. cap. 20. Cometa apparet mensibus æstivis. Pach. lib. 3. cap. 23. Vrbanus Papa moritur Perusij vi. Nonas Octobris. Spondan. hoc anno num. 9. ex antiquis Autoribus quos laudat. Absolvit annum tertium Sedis, & inchoavit quartum per dies triginta quatuor.
	Clem. IV.		
1265	1	6	Cardinales Perusij congregati post quadrimestrem contentionem tandem convenerunt in electionem ad Pontificatum Guidonis Grossi Galli Cardinalis absentis. qui postmodum Perusium adveniens, indeque cum Cardinalibus Viterbium profectus, ibi consecratus est Pontifex octavo Kal. Martij, die Cathedræ S. Petri, & Clemens ejus nominis Quartus nuncupatus. Spond. ex Antiquioribus Monumentis, hoc anno num. 1. Sultan Azatinus, qui ex Perside profectus ad Michaëlem Augustum ab eo parùm officiosè tractabatur, elapsus & conjungens se Tocharis, tantum non oppressit Imperatorem imparatum. Pachym. lib. 3. cap. 25. Patriarcha Imperatorem objurgat, quòd bella cũ Christianis gereret, pacem cum Infidelibus coleret. lb. cap. 26. Fœdus inter Imperatorem & Michaëlem Despotam affinitate sancitur. Ibid. cap. 28.
1266	2	7	Imperator eum frustrà per triennium petijsset absolutionem excommunicationis à Patriarchâ Arsenio, de ejus duritie queritur oratione ad Episcopos habita. Pachym. lib. 4. cap. 1. Vltimæ ea de re Imperatoris preces ad Arsenium per Iosephum Augusti Confessariũ delatæ & rejectæ. Ib. c. 2. Libellus Accusationis in Arsenium datus Imperatori, & cupidè acceptus. Ib. cap. 3. Damnatio & depositio Arsenij. cap. 4. 6. & 7. Ejectio ejus & deportatio in Insulam. cap. 8. Successerit ne statim Germanus in locum Arsenij, an post annum vertentem, in ambiguo reliqui supèriùs cap. 6. num. 1. magis inclinans in dilationem, propter causas illic indicatas distinctius mox exponendas seq. an. Arsenianorum Factio conflatur, & invalescit. Colligitur ex Pachym. lib. 4. cap. 11. 19. & locis alijs. Conjuratio deprehensa in Augustum, cujus suspicione etiam Arsenius exul aspergitur: sed ille innocentiam suam probat. Ibid. cap. 15.

ampe-

Anni Christi	Rom. Pōt. Clem. IV.	Imp. Orie. Michaelis Palæologi.
1267	3	8

Imperator Arsenianorum Schisma reprimere conatur. Ejus ea de re ad Populum oratio. Pachym. lib. 4. cap. 11.

Hoc anno translatum Germanum è Sede Adrianopolitanâ in Constantinopolitanam verisimilius puto.

Nam id ne factum existimem anno superiori facit primum, quòd cum Arsenij judicium absolutum fuerit sub finem Maij, ut disertè tradit Pachymeres, spatium quod inde ad diem Pentecostes, quo idem inauguratum Germanum affirmat, cum non potuerit esse plus quàm octo dierum, angustius est quàm ut capere possit inquisitionem & deliberationem Synodi, tum suffragijs in electionem Germani perlatis, longam ejus, nec nisi per multos dies iteratis Imperatoris precibus victam denique recusationem. Credibile etiam est eunctabundum alioqui & circumspectare cuncta solitum Imperatorem, haud statim ausum substituere alium Arsenio, priusquam morâ & experientiâ comperisset id se tutò & citra publicam offensionem facturum. Ac cum perlato nuncio de assensu Antiocheni Patriarchæ, à quo ut viciniori timeri plus poterat quàm ab Alexandrino toto mari diviso, animatus ad audendum fuisset, retardatum tamen metu Factionis Arsenianorum, numero & viribus augescentis, quam ad compescendam varijs artibus incubuit. Existimans autem invalescere illam anarchiâ, & longâ vacatione Sedis, Populo Pastorem amotum ideò fortasse requirente, quòd præsentem qualemcumque non videret, decreverit Germanum promovere; fidum sibi, & vulgò, ut apparebat, gratiosum hominem. quo in Patriarchalem evecto Thronum, cum nihilò segniùs Arsenianorum studia flagrare pergerent, absolutionem ab eo dare licet parato noluerit accipere. clandestinisque egerit artibus ut Germano post tres menses abdicanti Iosephùs subrogaretur, adversùs cujus electionem nihil tale quale Germano objiciebatur, excipi posse confideret. Quare ab illo denique reconciliari Ecclesiæ voluerit. quod minimè distulisset à Germano impetrare, si jam is à Pentecoste superioris anni Patriarcha inauguratus, sesquiannum ferè integrum in eâ dignitate perstitisset.

Quintâ igitur die Iunij quæ hoc anno 1267. Cycli Sol. 16. Lun. 11. Pentecoste fuit, Patriarcha creatus est Germanus: & transactis in eo honore quatuor ferè mensibus cum dimidio, die demùm 14. Septemb. abdicavit; prout narrat noster lib. 4. cap. 21. Initium Patriarchatûs Germani funestatum quodammodo est tristi augurio deliquij Solaris quod horribile Constantinopoli apparuit 25. Maij duodecim diebus ante inaugurationem ipsius. ut videri potuerit brevitatem & infelicitatem hujus Patriarchatûs præsignificatam ostento ejus simili quo brevitatem pariter, & infelicitatem Imperij Theodori Lascaris eo nomine Secundi, præsignatam fuisse creditum est. Memoratur ista Eclipsis à Niceph. Gregorâ lib. 4. pag. 51. Edit. Bas.

Vide

Anni Christi	Rom. Pōt. Clem. IV.	Imperat. Orient. Michaelis Palæologi	
			Vidę ſupra cap. 7. hujus libri, ubi Epilogiſmum iſtius Novilunij Ecliptici à R. P. Iacobo Grantami aſtronomicâ methodo expanſum damus.
1267	3	8	Sub finem hujus anni die 28. Decembris, Ioſephus Galeſij Monaſterio Præpoſitus, Confeſſarius Imperatoris, juſta Synodi ſuffragia ad Patriarchatum tulit. Pachym. lib. 4. cap. 23.
1268	4	9	Kal. Ianuarijs Ioſephus quarto Kalendas ritè electus, conſecratus Patriarcha eſt. Pachym. lib. 4. cap. 24. Die 2. Februarij Feſto Hypapantes ſolvitur anathemate à novo Patriarchâ Michael Imperator. Ibidem cap. 25. Tarchaniota filius Marthæ Sororis Imperatoris conjugem ducit filiam Ioannis fratris Deſpotæ Occidentis. Ibidem cap. 26. Die 29. Novembris Clemens IV. Papa moritur Viterbij: Spond. ex Antiq. Monum. hoc anno num. 12.
1269	Sed. Vac. 1	10	Orientales Provinciæ Imperij, Perſarum incurſionibus deſolantur. Pachym. lib. 4. cap. 27. Arſenianorum Schiſma magis magiſque invaleſcit. Ibidem cap. 28. Carolus frater S. Ludovici Regis Franciæ, acie victo anno ſuperiori Conradino ad Lacum Fucinum, pacificam jam poſſeſſionem inchoat Regni Neapolitani & Siculi, ac Balduini Filio Conſtantinopoli profugi in Generum adſcito, auxilia promittens, Michaëli Palæologo curam injicit. Indicat hæc Paphym. varijs locis. lib. 3. cap. 8. & cap. 36. lib. 4. cap. 29. & alibi. Hyacinthi factio, & Pantepoptenorum Monachorum pro Arſenio pugnantium, Eccleſiam turbat. lib. 4. c. 19. & 28. Carolus Rex Siciliæ Claſſem armat ad Conſtantinopolim recuperandam. lib. 5. cap. 8. varij contra iſtum motum Imperatoris apparatus. Ibid. & mox cap. 10.
1270	2	11	Per hos annos enituit virtus bellica Ioannis Deſpotæ Fratris Imperatoris, varijs ſucceſſibus expeditionum proſperarum in Orientales & Occiduos tractus probata. lib. 5 cap. 21. & alibi. Tarchaniota Magnus Conoſtaulus Imperatoris ex Marthâ Sorore Nepos contra Avunculum rebellat, ad Ioannem Socerum Deſpotę Occidentis Fratrem transfugiens; Tocharis priùs in regiones Imperio ſubditas evocatis, qui cædibus & rapinis eas vaſtarunt. lib. 4. cap. 30. Imperator Legatos ad S. Ludovicum Francor. Regem mittit, qui eum in Africâ Tunetum obſidentem inveniunt, & eius morti interſunt.

Ioannis

Anni Christi	Rom. Pōt. Sed. Vac.	Imper. Or. Michaelis Palæologi	
1271	3	12	Ioannis Ducæ in Arce Patrarum obsessi Stratagema insigne, quo Ioannis Despotæ Fratris Imperatoris victorem Exercitum profligat, ipso ignominiosè fugere compulso. lib. 4. cap. 31. Philanthropenus adjuvante Ioanne Despotâ Classem Latinam vincit. Ibid. cap 32. Legatio à Michaële Imperatore in Pannoniam missa ad petendam Regis Pannoniæ Filiam in Sponsam Andronico suo Primogenito. Ibid. cap. 29. Cardinales Viterbij congregati tandem conveniunt in electionem Thealdi Archidiaconi Leodiensis in Romanū Pontificem.
1272	Greg. X. 1	13	Nuptiæ Andronici filij Michaëlis Imper. cum Annâ filiâ Regis Pannoniæ in Templo S. Sophiæ à Iosepho Patriarcha celebrantur. lib. 4. cap. 29. Ioannes Despota Frater Imperatoris sensim in ordinem redactus insignia Despoticæ dignitatis ultrò deponit. Ib. Patriarchæ Iosephi profectio in Orientis Provincias ad Schisma ibi coërcendum frustrâ susceptа. Ejus ibi cum Nicephoro Blemmidâ congressus. lib. 5. cap. 2. Thealdus in Syriâ commorans audito Nuncio suæ electionis in Romanum Pontificem, Michaëlem Imperatorem ad Pacem Ecclesiarum conciliandam invitat. quod is libenter audit, urgente à Carolo metu. lib. 5. cap. 11. Regi Bulgarorum Constantino Maria Eulogiæ filia Sororis Imp. nubit. lib. 5. cap. 3.
	Gregor. X.		
1273	2	14	Thealdus Romam appulsus ibi consecratur Pontifex vi. Kal. April. & nomen assumit Gregorij X. Legati à Gregorio X. Constantinopolim missi ad negotium conciliandæ pacis inter Ecclesiam Latinam & Græcam, magno illic conatu rem promovent. lib. 5. c. 11. Imperator Ecclesiasticos Græcos urget ad Pacem. ibi cap. 12. Holobolum graviter mulctat. Ibid. cap. 20. Ioannem Veccum præ cæteris reluctantem condit in carcerem. Ibid. cap. 13. Pertinaces in Schismate, recusationis suæ causas in libellum conijciunt, quem Imperatori offerunt. cap. 14. Arsenius in exilio moritur. 30. Septemb. lib. 5. cap. 20. Dyrrhachium subito & vehementi terræ motu. nocte unâ destruitur habitatoribus oppressis. lib. 5. cap. 7. Affinitas Imperatoris designata cum Principe Serbiæ disturbatur. cap. 6. lib. 5. Andronicus adscisitur à Patre in Collegam Imperij, & cum Annâ uxore coronatur. lib. 4. cap. 19. Imperator affinitatem & fœdus contrahit cum Nogâ Tocharorum Principe, datâ ipsi in uxorem Euphrosyne suâ filiâ nothâ. lib. 5. cap. 4. Pontifex exoratus à Græcis Carolum Siciliæ Regem impedit ab inferendo Constantinopol. bello. lib. 5. cap. 26.

Anni Christi	Rom. Pōt Gregor. X.	Imper. Or Michaelis Palæologi	
			Ioannes Veccus lectis diligenter Patrum scriptis & Ecclesiasticis Monumentis, Schismaticam sententiam ultrò deponit, & in procurandâ Ecclesiarum concordiâ strenuè
1274	3	15	Imperatori cooperatur. lib. 5. cap. 15.
			Schismatici Iosepho Patriarchæ persuadent, ut scripto publico declaret, jurejurando interposito, se nunquam in pacem Ecclesiarum consensurum. lib. 5. cap. 16.
			Imperator magnâ Ecclesiasticorum parte in suam sententiam attractâ, Legatos mittit Romam ad Pacem Ecclesiarum componendam: eum Patriarchâ ita interim transigens, ut ipse Patriarchali Palatio excederet, pollicitus etiam se Throno cessurum si de pace cum Papâ conveniretur. lib. 5. cap. 17. & 21.
			Eulogia Soror Imperatoris enixè favens Schismaticis, à Fratre avertitur, quòd is pacem Ecclesiarum promoveret; ac per filiam Mariam Constantinum Bulgarorum Regem in eum concitat. lib. 5. cap. 3. & lib. 6. cap 1.
			Legati Imperatoris mutuos à Gregorio Pontifice Legatos adducentes, Autumno Constantinopolim perveniunt ubi pax Ecclesiarum concluditur, Gregorio inter Sacra proclamato Summo Pontifice Apostolicæ Sedis & Oecumenico Papâ lib. 5. cap. 22.
			Germanus olim Patriarcha cum Theophane Nicæno & Georgio Aeropolitâ Legati Imperatoris ad Concilium Lugdunense missi eò perveniunt die 24 Junij. Acta Concil. Lugdun.
1275	4	16	Aeres inter Græcos dissensiones circa pacem cum Latinis. lib. 5. cap. 23.
			Ioannes Veccus Patriarcha eligitur in locum Iosephi. ibidem cap. 24.
			Imperator aeribus supplicijs sævit in obstinatos Schismaticos. cap. 19. & 20.
			Icarius ad Imperatorem transfugiens, & ab eo Classi Præpositus benè rem gerit. cap. 27.
			Ioannes Veccus scribere contra Schismaticos cogitur cap. 28.
			Iosephus Expatriarcha Chelam in exilium deportatur. cap. 29
			Genuenses invito Imperatore transire Hellespontum ausi, capiuntur & malè mulctantur. cap. 30.
1276	Innoc. V.	17	Gregorius X. Papa moritur Arretij die 10. Januarij. Spond. ex Antiquis Monum.
			Eligitur in ejus locum Petrus de Tarantasiâ Ord. Prædicatorum. Romæ consecratur Pontifex die 22. Febr. nomine assumpto Innocentij ejus appellationis V.
			Moritur quarto post mense die 22. Iunij.
			Post 19. dies creatur in ejus locum Pontifex Othobonus

Anni Christi	Rom. Pōt. Io. XXI.	Imp. Orie. Michaelis Palæologi.	
			nus Fliscus, dictus Hadrianus V. Sed is electus 12. Iulij, obijt die 18. Augusti.
1276		17	Suffectus huic Viterbij est die 13. Septemb. Ioannes Petrus Lusitanus, Cardinalis antea Tusculanus dictus. Is nomen assumpsit Ioannis, quem Onuphrius XX. Platina XXII. Spond. & alij quos sequimur XXI. numerant.
			Hic Legatos ad Michaëlem Palæologum ab Innocentio quinto destinatos, Episcopos Ferentinum & Taurinēsem cum duobus Fratribus Ord. Prædicatorum, proficisci Cōstantinopolim jussit, ibique confirmationem & observationem eorum quæ Legati Michaëlis Imper. in Concilio Lugdunensi promiserant, exigere. Spondanus ex Antiqu. num. 8. hujus anni.
			Constantinus Rex Bulgariæ, instigante Vxore, bellum in in Romanos movet. lib. 6. cap. 1.
			Eulogia Sorot Imperatoris, Schismaticorum Princeps, & malæ causæ vehementissima patrona. Ibid.
			Maria Bulgariæ Regina Eulogiæ Filia, Matris exemplo, & hortatu, Patriarchas Orientis, & Sultanem Aegypti concitare in Imperatorem conatur, quòd is pacem Ecclesiarum procurasset & tueretur. Ibid.
1277		18	Ioannes XXI. Pont. Max. Viterbij moritur ex vulneribus acceptis ruinâ cameræ quæ illum noctu dormientem oppresserat. die 15. aut ut alij tradunt, 20. Maij.
			Post sex menses Sedis vacantis electus est in Pontificem Romanum Ioannes Cajetanus patriâ Romanus, gente Vrsinus, die 25. Novembris, vocatus in Pontificatu Nicolaus ejus nominis Tertius. Spond. & Odor. ex Antiq.
	Nicol. III. 1		Maria Bulgariæ Regina Sphentisthlabum Mysiæ Principem adoptionis simulatione deceptum proditoriè interficit. lib. 6. cap. 2.
			Lachanas Subulcus armatâ Rusticorum manu Tocharos Bulgariam incursantes reprimit. Constantinum Bulgariæ Regem acie vincit & occidit. lib. 6. cap. 3.
			Mense Aprili hujus anni Michael Imper. & Andronicus ejus Filius, & Imperij Collega solemni formulâ fidem & obedientiam Rom. Pontifici jurant. Regest. Nicolai 3.
1278	2	19	Michaël Imperator Asanem in Generum adscitum Regem Bulgariæ fieri curat. lib. 6. cap. 4.
			Michaëli Occidentis Despotæ aliam filiam collocat. Ibid. cap. 5.
			Maria Constantini Bulgarię Regis vidua Lachanæ olim Subulco nubit. Ibid. cap. 7.
			Nicolaus Pont. Legatos Episcopum Grossetanum cum tribus Religiosis Ordinis Minorū ad Michaëlem & Andronicum, ad consummandum negotium Pacis Ecclesiarum mittit. Regest. Nicol. III. num. 143. usque ad 153.

Anni Christi	Rom. Pōt. Nicol. III.	Imper. Or. Michaelis Palæologi
1279	3	20

Legati à Michaële Imperatore ad Pontificem pervenerunt gratulantes ei Pontificatū & obedientiā profitentes. attulerunt ijdem literas à Ioanne Vecco Patriarcha quibus Nicolaum se agnoscere declarabat: *Pastorum Pastorem, omniumque Præsulem supereminentem Prælatorum*. Addebant Legati: Imperatórem quidem pro viribus conatum omnes Græcos ad pacem Ecclesiarum amplectendam adigere. verùm multos è suis propinquis aliisque potentibus acriter obstare, adeout in apertam rebellionem Schisma erupisset: & congregatâ Pseudosynodo centum Monachorum cum aliquot Abbatibus, & octo Episcopis anathema intortum in Patriarcham & se. Nec sibi vires ad manum esse quibus tam potentem factionem opprimeret. Quare boni consuleret Pontifex, arte se ac moderatione in hoc negotio uti, potiùs quam vi apertâ. Sic enim videri necesse, metu majoris mali. Regest. Nic. III. num. 156. & seq.

His ita præmunitis apud Pontificem Imperator, Ioannem Veccum Patriacham cui sciebat infensissimos esse Schismaticos, ut eos sic deliniret, vexare aggreditur, accusationibus in eum admittendis. Hunc enim annum designant illa Pachymeris verba lib. 6. cap. 10. *Iam autem evolutis annis quatuor ex quo Ioannes Patriarcharum honore præcellebat, mense Februario septimæ Indictionis, graves in eum accusationes à quibusdam è Clero conflantur; mendaces illæ quidem & planè inanes: non tamen eiusmodi quas ægrè Imperator admitteret* &c. Numeravit hic annus Indictionem septimam. & cum superiùs cap. 6. num. 4. demonstratum sit Ioannem Veccum Patriarchatûs possessionem adijsse die 2. Iunij anno 1275. utique is hoc anno 1279. ejus dignitatis quartum explebat. Crediderim Michaëlem pro suo more circumspectissimè agendi, jam ab hujus anni priocipio aut fine præcedentis, cum decreviisset Vecco, cujus libertate offendebatur, negotium facesere, ne id Romanus Pontifex sequiorem in partem interpretaretur, hac eum de quâ diximus Legatione præoccupare studuisse. Sicque jam securum ab eâ parte, quæ suis rationibus congruere putabat in Patriarcham egisse, narrata à Pachymere lib. 6. cap. 10. & tribus sequentibus. Cæterùm videtur, simul accusari cœptus est Veccus, & aversus ab eo Imperatoris animus palàm se prodere (quod noster ait factum mense Februario 7. Indictionis, hoc est hujus anni 1279.) expeditus Romam celer Nuncius, qui ad Pontificem pervenerit paulò post quàm audita fuerat superior Legatio Imperatoris. Eo verò accepto Nuncio motum Pontificem statim ad Imperatores Legatos expediisse, jussos festinare quantum possent, & subvenire quamprimùm Vecco laboranti. Hos Legatos Pachymeres occurrisse Imperatori scribit cap. 14. lib. 6. revertenti Hadrianopolim: ijsque ut satisfaceret Veccum, qui pertæsus vexationum Patriarchatu

cessisse

Anni Christi	Rom. Pōt. Nicol. III.	Imper. Or. Michaelis Palæologi
1279	3	20

cessisse videbatur, in eo rursum stabilire decrevisse. moxque Constantinopolim cum Legatis profectum, ijs gestis quæ à cap. 14. ad 17. narrantur, accommodata ad ita satisfaciendum Legatis, ut Schismatici tamen non exasperarentur: denique, ut cap. 17. dicitur, *die sexta mensis Augusti* ejusdem Indictionis (nempè priùs memoratæ septimæ, quæ hujus anni 1279. character est) Veccum in Palatium Patriarchale solemni pompâ reduxisse.

Vnum in his reperio perplexitatis inextricabilis; quod statim Pachymeres adjungit: *Datam fuisse operam concinnando scripto quo Papa (is tunc erat Vrbanus) super mandatis per Legatos renunciatis satisfieret.* Itane verò anno 1279. sedebat Romæ Vrbanus Papa? An non est manifestissimum Nicolaum Tertium jam à 25. Novembris anni 1277. creatum fuisse Pontificem, sedisseq; inde annos integros duos, ac menses præterea novem, hoc est usque ad mensem Augustum anni sequentis 1280. quo est mortuus. Suspicari non licet mendum Librarij. Nam in ms. ms. Codicibus optimis clarissimè legitur: Οὐρβάνῳ δὲ τοῦτ' ἦν Existimo ergò errorem esse Pachymeris ipsius, ex eo fortè ortum, quòd cum Nicolaum Tertium Pontificem Οὐρβάνῳ frequentiùs, nomine Familiæ Clarissimæ ex quâ erat ortus, appellari audiret, & recordaretur Vrbani IV. qui quo tempore ipse in Vrbem Constantinopolim recens è Latinis recuperatam anni 1261. redijt, Romanæ Ecclesiæ præesse diceretur, Οὐρβάνῳ cum Οὐρβάνῳ confuderit; & Nicolaum appellari putaverit Vrbanum.

Idem Nicolaus Pontifex hoc anno moritur. Vide Spondan. Odoricum, & alios.

Hoc eodem anno Lachanas acie victus à Tocharis est: Maria verò ejus Vxor Imperatori tradita. Asan autem Gener Imperatoris admissus Ternobum Regni Bulgariæ possessionem adijt. Pachym. lib. 6. cap. 8.

Videtur ad hunc annum pertinere quod narrat Pachym. lib. 6. cap. 18. de duobus Episcopis Græcis accusatis de pertinaciâ in Schismate, & ad Papam ab Imperatore missis ut punirétur: qui ab eo (videlicet Nicolao Tertio) remissi cum honore fuerint in suas Ecclesias.

	Mart. IV.	
1280	1	21

Simon de Bria Card. creatus Pontifex assumit nomen Martini vulgò quarti numerati, cum revera secundus ejus nominis fuerit, quòd duo post primum interjecti Marini, non Martini appellati fuerint. Spond. ex Antiquioribus.

Andronicus alter Augustus Expeditione jam anno superiori in Orientales Imperij Tractus susceptâ, hoc anno Vrbem Tralles antea dirutam instauravit, frequentavitque Coloniâ, novo nomine Andronicopoleos. Sed à Persis novam munitionem suo limiti vicinam suspectam haber-

Anni Christi	Rom. Pōt. Mart. IV.	Imperat. Orient. Michaelis Palæologi	
			habentibus inopinatò obsessa siti ad deditionem compulsa est. Pachym. lib. 6. cap. 20. & 21.
			Imperator Michaël alterum filium Constantinum Porphyrogenitum cum Copijs in Occidentem mittens, ipse
1280	1	21	cum Exercitu Prusam se confert. lib. 6. cap. 22.
			Auditâ Prusæ creatione Martini IV. Imperator Legatos ad eum mittit. lib. 6. cap. 30.
			Bulgari concitante quodam Tertere ab Asane novo Rege aversi, dum ab eo defectionem machinantur, ipse rebus suis diffidens Ternobo aufugit, vituperatus eo nomine ab Augusto Socero. Terteres vacuum Regni Solium occupat. lib. 6. cap. 9.
			Lachanas qui Asane Ternobi dominante magnas Bulgaris & Romanis Clades intulerat; faventibus illi parùm benevolis Bulgarorum in Asanem studijs, ubi Tertere jam regnante difficiliorem experitur recuperationem ejus Regni, ad Nogam Tocharorum Principem supplex confugit, auxilia postulans. Venit eodem Asan simili de causâ: Barbaro utrumque suspendente spebus incertis: sed ad extremum Lachanas à Nogâ inter Epulas trucidatus est. lib. 6. cap. 9. & 19.
			Imperator supplicijs atrocibus in Schismaticos sævit. lib. 6. cap. 24. ad 27.
			Alios præterea sine causâ suspectos malè mulctat. In his Pachomium Grammaticum, quem excæcari jubet ob quoddam Vaticinium de ejus nomine vulgatum. cap. 24.
1281	2	22	Redeunt ad Imperatorem missi ab eo priùs ad Martinum Pontificem Legati, referentes se possimè exceptos à Pontifice offenso in Michaëlem, quòd negotium Pacis Ecclesiarum non bonâ fide promoveret verba dare contentus. Fuit & alia causa non memorata Pachymeri; quòd Michaël, conciliante Ioanne Procydâ, fœdus iniisset cum Rege Aragonum contra Carolum. quam ob causam anathema Pontifex in Michaëlem intorsit constitutione promulgatâ Vrbeveteri 14. Kalend. Decembris Anni sui Pontificatûs Primi, hoc est hujus 1281. quæ extat apud Odoricum, & in Lect. Antiqu. Canisij, & in Bullario. Tom. 1. in Martino IV. Pachym. lib. 6. cap. 30.
			Carolus Rex Siciliæ detectis Pontificij artificijs Græcorum, facultatem impetrat Bellum inferendi Michaëli, idque aggreditur infeliciter: copijs eius apud Bellagrada profligatis. lib. 6. cap. 32.
			Anna Vxor Andronici Augusti moritur. lib. 6. cap. 28.
			Imperator Michaël indignans ob ea quæ audierat in se dicta factaque à Martino Papa, ejus inter Sacra commemorationem prohibet. Tamen re melius consideratâ persistere in ijs quæ decreverat pro pace Ecclesiarum, statuit. lib. 6. cap. 30.

Lazo-

Anni Christi	Rom. Pont. Mart. IV.	Imperat. Orient. Michaelis Palæologi	
			Lazorum Princeps Ioannes studiosè invitatus ab Imperatore Michaele, & tandem adductus ad affinitatem cum eo admittendam, filiam Michaëlis Imperatoris ducit Vxorem Constantinopoli mense Septembris. lib. 6. cap. 34.
1282	3	23	Ioannes Sebastocrator in Imperatorem rebellans terras ejus incursionibus vexat. lib. 6. cap. 35.
			Contra eum Imperaror Tochatos evocat. Ibid.
			Mense Novembri movet Imperator cum Exercitu occursurus Tocharis quos evocaverat, & versus Thraciam progreditur, Augustâ frustrà reclamante. cap. 35.
			Consensâ nave periclitatus in mari Michaël Imperator cum Andronico filio, ægrè tandem Rhædestum appellit. Inde Allagen terrâ provectus positis ibi Castris languore correptus est, ex quo, die 11. Decembris Feriâ sextâ decessit, in Agro Pachomij dicto, ut fides pateret Oraculi cujus eventum avertere tentaverat Pachomio exæcando, ut superiùs cap. 24. Pachymeres narraverat.

FINIS OBSERVAT. PACHYMERIANARVM.

Dignetur Benignus Lector hæc pauca verba quæ inter excudendam Interpretationem Latinam huius Historiæ Pachymeris, casu sunt omissa, suis locis reponere.

Pag. 44. vers. 3. ante literam D. post verbum, *Ordinem*: Addatur: res denique omnes & personas Ecclesiasticas quàm impensè veneretur.

Pag. 125. vers. 2. post lit. C. statim post verbum, *protegerentur* adjungatur: ab igne hostili; si fortè inijceretur.

ERRATA IN CONTEXTV GRAECO.

		Corrige
Pag. 13. v. 16.	ἀλλοδαπῆ	ἀλλοδαπῇ
Ibid. v. 26	βασικαῖς	βασιλικαῖς
Pag. 16. v. 43.	νοσοῦπος	νοσοῦντος
Pag. 41. v. 4.	ἐνίκων-ψα	ἐνίκων-ψα
Ibid. v. 20.	ὑπολογῶν	ὑπολογῶν
Pag. 47. v. 4.	ἔξω	ἔξω

Erant & in sequentibus nonnulla horum similia; nullum tamen tale quod peritus non facilè emendare conjecturâ possit: uti & lapsus typothetæ quosdam, in primis præsertim folijs, circa spiritus & accentus.

ERRA-

ERRATA IN INTERPRETATIONE LATINA.

		Corrige
Pag. 11. v. 6.	miseretur	misereretur
Pag. 12. v. 4.	favebat	faciebat
Pag. 21. v. 30.	exprobavit	exprobravit
Pag. 28. v. 49.	careutem	carentem
Ibid. v. 52.	excellentis	excellitis
Pag. 41. v. 27.	quærentur	quererentur
Pag. 42. v. 34.	donationis	donativis
Pag. 67. v. 44.	impotentia	impatientia
Pag. 79. v. 30.	contigebat	contingebat
Pag. 83. v. 32.	eorum	earum
Ibid. v. 37.	portas	portâ
Pag. 90. v. 14.	potius	prius
Pag. 96. v. 11.	exultare	exulare
Ibid. v. 19.	proris	prioris
Pag. 98. v. 40.	contingerant	contigerant
Pag. 101. v. 7.	tabernalis	tabernâculis
Ibid. v. 51.	è etiam	etiam è
Pag. 114. v. 47.	ex	eo
Pag. 132. v. 25.	respuerent	respuerunt
Pag. 147. v. pen. mox	consumpti ambitiosas	consumptis ambitiosa
Pag. 162. v. 18.	dignitatum	dignatum
Pag. 214. v. 2.	accedebant	accedebat
Pag. 239. v. 38.	Cadumenen	Cudumenen
Pag. 245. v. 4.	Freiros	Frerios
Pag. 304. v. 28.	benevoientiæ	benevolentiæ
Pag. 332. v. 42.	examinatus	exanimatus
Pag. 342. v. 51.	& hæc	hæc &
Pag. 433. v. 7.	unvierſam	universam
Pag. 440. v. 39.	Scolastes	Scholiastes
Pag. 460. v. 44.	nunucpatio	nuncupatio
Pag. 461. v. 6.	ullus	ullius
Pag. 467. v. 48.	sio	scio

Erunt & alia, ut permutationes literarum, perversiones interpunctionum, & accentuum, & cætera ejusmodi quæ bonus Lector pro sua humanitate condonabit, pro suâ eruditione statim agnoscet & facilè corriget.

APPEN-

APPENDIX
AD OBSERVATIONES PACHYMERIANAS
SPECIMEN SAPIENTIAE INDORVM VETERVM

Liber olim ex Lingua Indica in Persicam à Perzoe Medico: ex Persica in Arabicam ab Anonymo: ex Arabica in Græcam à Symeone Seth,

A PETRO POSSINO SOCIET. IESV

NOVISSIME E GRAECA IN LATINAM

TRANSLATVS.

LECTORI.

MAntissam Historiæ, Fabulam non nugacem; & occupationis seriæ, non prorsùs otiosam remissionem, boni consulas, rogo te, Humane Lector. Coactus necessitate declarandi loci, quo noster Pachymeres Ichnelatæ Parabolica laudarat, dedi me in perquisitionem ignotissimi Operis. Voti me citò compotem Illustrissimus Leo Allatius è suo pretiosorum id genus κειμηλίων ditissimo Musæo, fecit. Evolvi cupidè, curiosè indagavi: aliud, ut fit, quærens, aliud reperi. Visus est Liber proba morum informatione, antiquitate peregrina, forma dicendi rara nec illepida; crebris argutisque sententijs, non indignus luce publica. Paucis diebus verti, partim rure, quò viribus reficiendis concesseram. Græcum Interpretem; etsi illius facundiam laudo, & beneficium prædico, non necesse duxi sequi, quoties haud contemnendis indicijs deprehendebam ab Archetypo eum exemplari deflectere. Veluti cum Philosophos apud Indos memorat, quales ab Autoribus optimis habemus illic consuevisse nominari vocabulo tali, cui Græcum Gymnosophista respondeat: quod Latini quoque veteres usurparunt, ubi de Indis sapientiam profitentibus incidit mentio; cum è libris canonicis testimonia, & versus Homeri aut Græcorum vatum aliorum citari, & recitari verbatim facit ab Autore nullum Christianismi, aut notitiæ græcarum literarum characterem præferente: cum præterea dimidiatè quodam exprimit; & ita obscurè ut Apolline Lector indigeat: cum Parabolarum membra vim significandi præcipuam continentia luxat aut supprimit. quæ omnia nos ex scopo Scriptoris toto contextu indicato in sententiam intelligibilem, & proposito congruam supplendo, aut mutando pauca, formavimus. Rarò tamen id factum, & tantùm ubi summa necessitas compulit. Pleraque ex Græco, ut iacent, expressimus. Suspicabamur etiam magnam partem istorum incommodorum, non ipsi Symeoni Seth, sed Exscriptoribus Interpretationis eius imputandam: qui licentiam sibi sumpserint, mutilandi, interpolandi insercendique suæ; qualis ausi non rara extans in alijs quoque libris exempla. Itaque cum animadvertissem Autorem ipsum in morum censura, valdè serium; Per proem verò primum eius Interpretem in eius Præfatione, observassem rigidum castitatis fuisse cultorem: à qua severitate nec ipse Græcæ Interpretationis Autor in sua Præfatione se abhorrere demõstrasset, vix me tenebam quin suspicarer, tres obscœnissimas & peccare docentes Fabulas male cuisdam nugatoris intrusas manu: præsertim cum duæ illarum, in Diss. 4. ad propositum nihil facerent. Quare illas inde fustuli, uti & tertiam similiter ἀνεπίδοτον, & ineptissimam. in Dissertatione verò 12. partem Parabolæ, alioqui severæ, subturpiculam, & nonnisi cum offensione ac rubore verecundi Lectoris appariturum, levi mutatione ad frugem transtuli, pari usu significationis & præcepti Parabolici retento. Titulum Ichnelatæ in fronte cur omiserim causam dixi in Glossario verbo ἰχνηλάτης. Colloquia Gymnosophistæ cùm Rege Abessalomo Symeon τμήματα, hoc est Sectiones vocabat: Ego Dissertationes Parabolicas dicenda censui. ad quod me partim movit autoritas Pachymeris, qui Parabolica hoc Opus vocat. Alia sunt quæ præmonere, nec inutiliter potueram: sed cum priores huius Operis Interpretes tam prolixè sint præfati; si ego quoque in Prologo verbis indulgeam, periculum fuit, ne tot tam longis proœmijs, velut quodam acervo Mercurij, miser Autor obruatur. Itaque orationem hic incidam ad vivum resecans. Vale Lector & fave.

AD

AD

SPECIMEN SAPIENTIAE INDORVM VETERVM PROLEGOMENA

INTERPRETE PETRO POSSINO SOC. IESV.

PROLEG. I.

Historia deportationis ex India in Persidem Libri cui titulus est: Specimen Sapientiæ Indorum Veterum.

CHOSROES Persarum Rex, qui & Anasuranus nominatus est, Davidis filius, cum audisset de quodam libro conscripto in Regione Indiæ ab Eruditis & Sapientibus illarum Gentium, continente Fabulas valdè utiles omni Hominum generi, parvis & magnis, Principibus & subditis, qui absconditus servaretur in regio illic Tabulario: de hoc, inquam, certior factus, & planè persuasus salubrem sibi ac suis istorum Apologorum mores informantium cognitionem fore, jussit inquiri virum aliquem doctum, scientem linguæ Indicæ, cui rectè demandari negotium posset ejus Operis in Regnum & sermonem Persicum transferendi. Haud ità multò post ij quibus hanc curam dederat, adduxerunt ipsi, Virum prudentem, atque omni genere doctrinarum eruditum, arte ac professione Medicum, nomine Perzoem. Hic cum in conspectum venisset Regis, demississimâ prostratione corporis eum veneratus, ubi assurrexisset, sic est eum affatus Chosroes. Delatum ad me est de tuâ prudentiâ eruditione ac virtute. venit porrò in meam notitiam fama Libri cujusdam in Indiâ servati, præcepta morum præclara, gratis intexta narratiunculis, utilissimè tradentis. Hujus ego videndi, communicandiq; Persis meis ingenti teneor desiderio. Hîc cum Perzoes ad omnem operam atque obsequium sese promptum obtulisset, præcepit Rex ei numerari tantum pecuniæ, quantum in viam cum & commorationem in Indiâ necessariam ad rem quæ injungebatur, abundè suffecturum videretur. Tum ipsi dixit: ubi hæc expenderis, aut quomodocumque sumptu alio egueris, fac nos continuò per fidum nuncium certiores. Submittemus statim quidquid posces; nulli enim impendio certum nobis est, quò tam utilis Commentarij participes fiamus, parcere.

II Dat se in viam sub hæc Perzoes, & in Indiam appulsus, ibi frequentare Aulam Regiam instituit, quotidieque apparere in Palatinis Exhedris, confabulando cum Ministris, Regni Proceribus, ac Senatoribus, Viris magnis, prudentiæ, ac sapientiæ, facundiæ quoque & eruditionis omnigenæ laude conspicuis. Quinetiam præcipuorum ex ipsis maximeque illustrium limina terebat, domi quemque conveniens ac salutans suæ; & ut ipsorum promiscuo sermone proficiebat, sic & illis vicissim haud ingratum comiratis & studij specimen exhibens; non parvâ suâ laude. Porrò in his congressibus diligentissimè cavebat, ne quid ageret aut diceret, unde subolere cuiquam posset venisse ipsum exscribendi causâ Libri, quem Indos sciebat nolle communicari Gentibus exteris: Tantùm præsetebat ingens desiderium discendi, simulans etiam se ignarum; & tantâ docilitate audiens interdum sibi nota, dum ab exoratis, ut se non gravarentur discipulum Peregrinum erudire, Gymnosophistis traderentur; ut ipsos magisterium delectaret suũ, tam acri discentis attentione commẽdatum. Per hæc sibi concilians amorem & existimationem multorum, curis omnibus, irrequietâ instantiâ, sed clam, ut opus erat, & citrà suspicionem voti proprij, mandatum sibi negotium urgebat, modos exquirens in latebras penetrandi conscias desideratissimi Thesauri. quia verò id cernebat externo sibi cõtingere aliter haud posse quàm beneficio cujuspiam ex illic potentibus, multorum sibi ex ipsis parare amicitiam omnis generis officijs curabat; nec pletumque frustrà: nam ut sunt ferè animi hominum ad gratiam teneri, à plurimis quos demereri obsequio studuerat, quà privatis, quà etiam Magistratibus, haud vulgari existimationis & benevolentiæ signi-

fectione colebatur. Ipse autem ut nullius aspernabatur studium; ita hoc potissimùm agebat; ut literati, & suppellectili egregiè instructi librariâ cujuspiam, familiaritati se intimæ insereret. quòd apud talem demùm se optati scripti copiam nanciscì posse confideret.

III. Diù erat in talis Viri conquisitione vetsatus, cum multis tandem experimentis edoctus, persuadere sibi cepit, unum quempiam inter Proceres Indorum humanitate, prudentiâ, eruditione tantâ propemodum esse præditum, quantâ opus esset, ut ex eo sperari optati officij fructus posset. Hunc ergò instituit quotidiè visere, cunctis ambire obsequijs, singulari quadam bonoris significatione demulcere, postremò epulis excipere; munerari quinetiam, & quæ ipsi grata putaret fore, quãtovis empta pretio donare. quas in res non modicam pecuniæ allatæ è Persidè partem impendit. His respondebat ille quidem comitate tantâ quantam à liberalissimo gratiosissimoque Homine sperare Perzoes potuisset: cæterùm idem præterea demiratus aliquandiù tam insitatam ingeniosi & curiosissimi Advenæ assiduitatem & diligentiam in se colendo, denique divinavit quod res erat; & deesse non posse judicavit, quin, se adjutore ac sequestro, particeps arcanorum Indicæ Sapientiæ monumentorũ fieri Perzoes cupiens, in istam demetendæ suæ gratiæ sedulitatẽ incumberet. Per hunc modum proficiente inter ipsos familiaritate, fidnciâque, ut fit, mutui amoris, frequentatis utrinque benevolentiæ indicijs, crescente, ausus aliquando Perzoes Amico in arcanum seducto conelave aliquid de suo desiderio fateri, eum his fermè verbis affatus est: Eam video caritatem in me, Frater, tuam cui malè atque ingratè me respondere arbitrarer, si te celarem quidquam intimorum animi mei sensuum. quare fatebor tibi equidẽ, id quod ex quo huc veni magnâ curâ omnibus abscondi, quòd in te æquitatis ac sapientiæ tantum existere documentis perspexi, quantum in eo desiderari potest, quem arcanorum vel maximi momenti, prudens rectè quivis adhibeat arbitrum.

IV. Ita exordientem Perzoem interpellans Indus Sapiens: dudum mirabar, inquit, tamdiù differre te, quod serò nunc tandem inchoas; atque adeò, si me sinis loqui liberè, tibi penè succensebam, quòd in alija cunctis amicitiæ officijs diligentissimus, in hoc omnium præcipuo aperiendorum secretorum, illiberali penè quadam, cunctatione cessates. Quamquam ne vicissim ego tibi contra leges veri amoris dissimulem quidpiam, frustrà eras in hoc studio clam me habendi votum illud, quod ego dudùm pellucens in tuâ intimâ conscientiâ perlegi. Diù, inquam, est quod me non fallit; veniisse te in Indiam eo consilio, ut nostræ sapientiæ thesauros expilares, arcanorumque inde librorum copiam nactus, ex ijs erueres unde patriam redux dotarea tuam. In quo etsi, ut dixi, suboffendebat me tua illa non satis familiaris de re tali taciturnitas, necessitudini inter nos coalescenti convicium visa facere, temperavi tamen ab expostulando de eâ tecum, contentus observare re interim, & quasi dissimulatione mutuâ ulcisci; dum tu cæteris virtutibus, &, quæ usu se magis magisque quotidiano exercebant, dotibus tuis præclaris eruditionis & ingenij, labem illam in æstimatione meâ qualemcumque compensares, aut etiam allegandâ quandoque idoneâ istius silentij causâ, dilueres. nunc quoniam ingressus ultrò tu ipse in eum sermonem es, qui viam panderet animo meo gestienti effundere se coram re totum, non putavi negligendam occasionem ostentandi tibi sagacitatem meam, quam tantis artificijs arcere nequivisti, quominus in ultimo recessu abditissimorum mentis tuæ penetraliũm deprehẽderet: scopum peregrinationis ad nos tuæ nõ alium tibi fuisse propositum, quàm ut specimẽ Sapientiæ nostratium Doctorum arcanis apud nos conditum literis, excriberes inde, vestrâque lingnâ expositum Regi tuo rediens offerres.

V. Ac ne te habeat solicitum, quod me suboffensum taciturnitate tuâ dixi, velim ne sis nescius, non solùm ignovisse me tibi facilè, sed præterea etiam suspexisse moderationem in hoc tuam, in quâ magnum sapientiæ instar agnoscebam: gnarus quàm panci resistant prurigini prodendi familiaribus, quidquid mente versant; qnantaque cautione opus sit, præsertim degentibus peregrè sub Rege legibusque diversissimis, in rectè deligendo, quem consilij ancipitis & offensionibus illic obnoxij, non damnosè quis arbitrum faciat. Ergò, ut quod res est fatear, eo te nomine magis amavi, ac multò plnris feci. Sic enim dudùm mihi persuasi: octo esse in quibus experimentũ indolis magnæ, ingenijque laudis eximiæ capacis, sumi eorum possit: Primum est mitem esse & comem ad omnes. Alterum rectâ intueri destinatum finem, illique indefessè, sed patienter, urgendo insistere. Tertium subesse obsequique Regibus. Quartum, arcana probatis dumtaxat Amicis credere. Quintum, in Comitaribus Principum sic apparere sapientem, ut odiosa tristitia Philosophiæ non popularis & supercilioſæ declinetur. Sextum ita mansuetè ac placidè cum viriosis etiam & improbis agere, ut ad eos ne suspicio quidem celari requirentium consiliorum ulla sinatur emanare. Septimum, exercere dominium in linguam, frænareque illam in occasionibus ingenij dicacitate commendãdi, ab omni dicterio, quod vel obliquè perstringat quempiam.

Octa-

Octavum denique, in conventu Virorum gravium non temerè prodire, ac æstu eruditionis conscię provehi sermonibus ultra quàm poscat propositi ad dicendum aut deliberandum argumenti formula. His octo qui præditus dotibus fit, ne is & tutus erit à periculo damnorum in quæ haud tarò incurrunt inconsideratè conversantes; & compos serè fiet votorum quorumcumque: cunctis ad tali favendum naturali quadam inclinatione propendentibus. Iraque quòd has in te omnes virtutes vidi, promptus ecce pronusque sum ad gratificandum tibi, quantum erit in me situm, quodcumque optaveris. Moneo tamen difficile re negotium tractare; ac quò magis sentio hand posse me in eo quantum vellem; eò precor Deum intentiùs, ut fortunet ceptum, amoliendis, sese contra objectantibus obstaculis non parvis; quæ equidem dum reputo, cohorreseo interdum totus: quippe obversante menti meæ sævâ imagine malorum, quæ ex hâc fortè deprehensâ molitione in tuum mihi longè carissimum redundarent caput. Sed averret siniſtra, ut spero, cuncta propitium innocentiæ tuæ nostroque amori Numen; cujus tecti patrocinio (confidendum est enim) adversa infestaque, innoxiè quælibet eluctabimur.

VI. Variè affecit inopinata hæc oratio audientem Perzoem. miratus primùm est sofertiam Indi usque eò perspicacem, ut latebras cordis pervaderet. Ejusdem postea humanitatem suspexit, quòd in nonnullâ expostulandi secum causâ, omni verborum asperitate temperasset. Postremò gratulatus sibi est, & probatam irrefragabili jam experimẽto Amici quem hactenus exploraverat, fidem usquequaque synceram; & certâ rum demũ firmavit animum fiduciâ consequendi, quod optabat, auxilio utique pararo tam fidi ac efficacis cooperatoris. His intento cogitationibus, & vultu quidem fatenti sic se rem habere ut Amicus divinaverat, nec dum tamen expedienti mutuum sermonem, sic Indus, omni ei timori demendo iterùm est orsus. Miraris in isto silentio fortasse qui fieri potuerit ut votum tuum, etsi à te studiosè tectum, penetrarim tamen: sic habe: Artem callere me insidiandi animis innocentes; hoc est perducendi eos nõ modò citrà damnum, sed etiam cum commodo ipsorum quò minimè volebant. ut enim Aucupes observato gustu aviũ quas venantur, objeiunt eis escas quas illæ appetunt, & hâc illecebrâ delinitas pertrahunt in laqueos juxtà expansos: sic ego intellecto tuo studio, ingentique amore literarum, de industriâ mentionem inferebam nostratium monumentorum de moribus scriptorum accuratè, quâ commemoratione cum salivam tibi moveri tam exquisiti cibi, nulla satis tua dissimulatio celaret, deveni tandem, adhibitis eodem plurimis hinc inde alijs indicijs, in notitiam desiderij, quod te huc duxit. Scio temerè in talibus judicare multos: Sed si argumentorum opinandi delectus quidebet habearur, rarò erraverit divinatio. Ac sicut ædificium firmis innitens fundamẽtis stat inconcussum adversùs ventos imbresque; sicut navis, catinâ suhtus solidâ, laterihus validis ex aræ affabrè compacta resistit iratis fluctibus; sic opinio ex prudenti comparatione maturâque æstimatione signorum in unum ex diverso conspirantium plurium, rectè ratiocinâtis animo innata, coargui non timet; quin verissimâ plerumque ipsâ conscionum confessione comprobatur. nec te porrò pœniteat habere me arbitrum ancipitis arcani, tantum abesum à deserendo te, ut particeps hujus tui quodcunque est criminis vltrò fieri festinem. Sic, inquam, decrevi, omnem conserte operam, ne vitæ quidem ac capiti parcendo, quò tibi contingat id quod optas. Verùm ad hoc necesse prorsùs ante omnia est, ut intendamus uterque diligentiâ latendi, solicitissimeque caveamus ne tertius nostræ conscientiæ amborum adhibeatur, aut quomodocumque interveniat arbiter. Inter duos potest utcumque consistere securitas secreti. Quod tres sciunt teneri quin emanet ad plures, nequit. Si autem enotuerit, cooperari me tihi in exscriptione, & deportatione ad exteros Cõmentariorum nostratium, actum de me sit. tum nullæ opes, nulla suffragatio caput meum servassint. Regem habemus sævire atrocitet ob res nihili solitum, nec revocabilis, uhi præcipitem ira exrulerit, in mitiora voluntatis.

VII. Hic Perzoes gratias egit tam generoso Amico, prout par erat, magnas, ex cunctis singillatim circumstantijs beneficij ejus meritum æstimans, quòd ultrò prjusquam rogaretur, quòd in te sihi periculosà, quod homini extero, tam prolixè, tam gratuitò faveret. De secreto, quod monuerat, securum omni ex parte jussit esse: de meâ fide, inquiẽs, non minùs pores ac debes quàm de tuâ ipsius in hoc, quod tegi utriusque interest, tacendo constantiâ & moderatione confidere. quare quod ad me attinet, tam tihi certa incolumitas tua est, quàm quod in vitâ potest esse certissimum. Condam me paucis diebus: & celeritate summâ quod cupio exscribam, interim cum alio præter te unum congrediens nemine. Perfecto negotio evolabo starim, ut nec si vellem quidem, possem hisce cuiquam in Partibus ullum inter nos transactorum indicium effundere. Me hinc profecto tu supereris unus qui rem scias. quã tuta tibi ac fida est tua propria conscientia, tam remotum ab omni etiam umbrâ periculi, hujus quidem facti gratiâ, te manifestum est fore. Hæc & in eam sententiam alia locuto Perzoi aperuit Indus sapiens arcanum Museum suum, ihi ille cum has Dissertationes

quinde

quindecim Gymnosophistę veteris ad Regem Abessalomum, tum alia strenuè quæ voluit excripsit istorum Indicæ Sapientiæ Monumentorum. Interim aurem pecuniâ quam attulerat è Perside fermè jam expensâ, remisit eò fidum hominem, qui Regi Anasurano nunciaret, magnis tandem laboribus se peregisse quod jusserat: relaturum ipsi statim quæ optabat, ubi viaticum ad reditum suppeditari sibi mandasset. Lætus nuncio Rex nõ solùm quod petebatur liberalissimè submisit; sed redditis humanissimis literis quàm sibi gratum ac jucundum accideret Perzois obsequium prolixè declaravit; tum Deo gratias agens, & sibi gratulans, hortabatur ut quoad suo commodo liceret, maturaret reditum in Patriam, ubi eum fidelis operæ præmia manerent.

VIII. Hâc Perzoes lectâ epistolâ, confestim se dat in viam, ac eam feliciret emensus, incolumem se sistit Chosroi; qui quantis ipsum benevoleutiæ significationibus exceperit, haud facilè sit dicendo exequi. Amplexus caritate synceriſſimâ reducem, Commentarios manu renens quos attulerat, beasti nos, inquit, & voti compotes antiquissimi faciens, æternùm tibi devinxisti, macte istâ industriâ, fidelitate, diligentiâ. dabimus de cætero, quod nos decet, operam, ne minori tno fructu, quam nostrâ voluptate, tantum laborum & periculorum exhauseris. Sub hæc diem condicit posterum; cujus diei notatâ horâ Eruditi, quos in comitatu habebat plurimos, omnigenæque Sapieutiæ consultissimi Viri convenirent ad se omnes; auditurі peregrè advectos libros, dum lingnâ primùm Persicâ ex Perzois interpretatione recitarentur. Congregato Cœtu amplissimo, medius in Throno Rex sumptia in manua & explicatis Perzois Codicibus jussit ex eis à vocalissimo Anagnoste pronunciari per horas plurimas Dissertationes potissimùm quindecim Gymnosophistæ eum Abessalomo Rege; inhiantibus avidè cunctis, & veritatem tam aptis expressam fabulis; effataque summæ humanæ Sapientiæ bestiarum amœnissimè profusa linguis, pulcherrimo intextu peregrini artificij, concordi celebrantibus applausu. In digressn gravissimi quique Senatorum manus in Cœlnm tollebant, gratulantes Numini, quòd istâ Regi mente, isto Perzoi studio, successuque cepti difficilis donando, diem demum illucescere felicissimam concessisset Persidi, tantis exteræ Sapientiæ thesauris jure deinceps gloriaturæ. Hine conversi ad Perzoem, nullum faciebant finem ingenij ejus, facundiæque, ac in tantis periculis contemnendis, serendis laboribus, fortitudinis, cõstantiæque prædicandæ; quo ajebant nomine Patriam ipsi suam immortalis beneficij sempet debitricem fore. Rex ipse, haud sese jam capiens, pandi Apotheeas regiarum opum jussit, ductoque secum intrò Perzoi jurejurando confirmavit condonare se ipsi ac jure jam nunc quàm optimo proptium tradere, quidquid ac quantum iode vellet: eligeret, caperet, nullâ verecundiâ, nullâ parsimoniâ domum auferret, è clarissimis illis geminis, è pretiosissimis pannis auro textis & blattâ, reliquisque Regiæ Gazæ immensâ illic copiâ congestæ divitijs.

IX. Tunc procidens coram Rege demississimè Perzoes: accipio, air, Domine, istum animum, istud de me judicium, eò gratiori animi sesu, eò dejectiori veneratione, quò magis sum conscius nihil egisse, aut potuisse me quo taotis à Sacrâ ruâ Majestate cumulari favoribus mererer. Laus ea mera est humanissimæ dignationis tuæ, quam quia remuuerari aliter quàm votis nequeo, precor veuetorq; supremum Cœli Terræque Dominum ut te maximum Regem, & in hâc vita pergat omni prosperitate fortunare, & in futuro sęculo sempiternâ eoronet gloriâ. Quod ad ista pertinet quę largissimè offers indigno & inutili tuo servo, liceat quæso per te mihi, Rex Illustrissime, liberè fareri, me ijs non indigere. Abundè quippe atque instar omnium tuam esse mihi gratiam & splẽdorem redundantem in me summum ex tam honorifico Majestatis de me tuæ testimonio ac sesu. ue tameu videar Regiam istam tuam liberalitatem spernere, aut recusare iu ære tuo esse, unum ex tuis magnificeotissimis admitto donis, volumeu pannorum Pagi Phuistan, amplumenm vestitum non mihi solùm indicatione favoris tui, sed universæ quoque cognationi meæ ratus fore. Inde cum quam dixi accepisset Perzoes vestem Regiam, gratiasque irerum exquisitissimis egisset verbis, euncta ei prospera faustaque à Deo comprecans, demississimè significavit, aliud quidpiam desiderare se à Majestate ejus, non difficile, nec magnum: quod, si per eum liceret, continuò propõneret. Dicere jussus, subjecit. Cuperem, Domine, ut impetare dignareris Scriptori tuo Regio Perzetzemchari Filio Pascbetices, ut cum librum à me delatum ex Indiâ Persiceque versum, mox, prout jam jussisti, edet in lucem publicam, commemoret in fronte Operis uominatim qui sim, unde ortus, cujus sectæ ac studij, postremò quantum contentionis in hoc tuo mandato defungendo exhauserim. Eo cognito Perzois voto Rex & Proceres generosam ejus sapientiam suspexere, qui opibus ac pecuniâ contemptis, æternum decus immortalis gloriæ unum iuruerentur. Quare statim ei Rex; dabitur, ue dubita, quod petis. jussoque consestim acciri Perzetzemchari, vides, ait, hunc Perzoem, nosti eruditionem, modestiâ cæteraque laudes ejus, nec re fugir quantum in uobis gratificando periculorum ærumnarumque animo invicto subjerit: præterea ut

recuſa-

recusarit amplissima præmia, quæ ipsi merentissimo decreveramus. Is quoniam vice omnium unum optat, ut libro quem est interpretatus Specimen Indorum Sapientiæ præbenti, nomen ipsius cum mentione operæ circa eum navatæ, tum cæterę ejus disciplinæ ac vitæ instituti præfigeretur, volumus illum æquissimi hujus voti per te prolixè compotem fieri. Itaque quantum arte facundiaque vales fac in eo argumento, talique viro prout est dignus exornando, rerum exptomas; id consecuturus, ut laudem etiam ipse propriam ex alieno reportes encomio, & tantæ virtutis dignè commendatæ splendor in tuam quoque redundet claritatem. Vade age incumbe in opus sine morâ: & simul istum Panegyricum elucubraveris, certiores nos fac. placet enim nobis hoc ipso in Cœtu, quod scripseris ante editionem recitari, ut eosdem qui Perzois industriam ingeniumqi dilaudarunt gratæ nostræ in eum voluntatis, tuæque ipsius in nobis obsequendo diligentiæ eloquentiæque testes habeamus.

X. Adorato Pertzetzemchar humillimâ veneratione Rege, facturum se quod præceperat, recepit; ac Perzoe denuò prolapso ad pedes Chosrois, gratijs iterandis, exindeque venerato Senatores ac Viros Principes cæteros omnes qui aderant, solutus convêtus est. At Pertzetzemchar eximio suo ingenio ac facultate scribendi præclarâ complexus præscriptum argumentum, orationem elucubravit disertissimam, quâ Perzois, ab ipsis exordijs primis originibus ac erepundijs, genus, ortum, prima studia, mores, artes, sensa, professionem, res gestas, usque ad peregrinationem ipsi mandatam, & felicem reditum ex Indiâ, plenissimè, ornatissimeque celebravit. Non est apud nos ejus Operis copia. neque enim illum Arabs Interpres quem Græcè expressimus in versione suâ posuit. Possumus tamen ejus desiderium æquiori ferre animo, quòd materiam ac ferè sententiam ejus Commentarij partim in hâc quam ex monumentis hausimus Persicis Historiâ deportationis ex Indiâ Dissertationum harum Paraboli-carum, partim in præfatione Perzois ipsius, quam Arabicam nacti græcè mox reddemus, reperiet studiosus Lector, ijque videlicet contentus, haud magnoperè, opinor, quidquam ultra requiret. Convocatis deinde rursus à Rege Proceribus, ipso quoque accito Perzoe, lectus coram omnibus est Pertzetzemcharis Prologus encomiasticus, in quo cum esset cunctis visum: Laudatoris eloquentiam laudati virtutibus ac meritis æquâ proportione respõdere, plausibus utrinque celebratus miris, magnum tulerunc industriæ suæ fructum. Præ omnibus gavisus, & gratulans sibi Rex successu qualem optaverat mandatarum à se rerum, pandi thesauros regios iterùm jussit, eductisque indè, magnâ vi auri ac gemmarum immensi pretij, tum vestis attalicæ speciosissimæ numero ingenti, Pretzetzemcharem pro navatâ fideliter operâ muneratus est. Perzoes Regis in sese beneficia omni sua etiam prædicandi, nedum rependendi facultate longè superiora gratissimè professus, votis ab omnipotente rerum Domino institit religiosissimis poscere, ut vices in eo suas supplens, non universis solùm vitæ mortalis ornamẽtis ac commodis, sed gloriâ etiam æternâ tantam ejus benignitatem, largitatemque coronaret. Pertzetzemchari deinde amplissima tã benevoli officij precatus item à Deo præmia, consessum deniq; eorum illum amplissimum obsequiosissimè veneratus, cunctis ei vicissim, dum assurgitur, gratulantibus, domum sese suam triumphans gaudio, & cumulatus gloriâ recepit.

PROLEGOMENON II.

PRAEFATIO

Symeonis Seth Græci Interpretis, qua tradit rationem hujus Libri utiliter legendi.

CAPVT I.

Argumentum forma & scopus scriptionis hujus.

COMPOSITVS hic Liber est à Sapientibus artificioso contextu Fabularum ac Parabolarum, & excogitatarum & ordinatarum prudenter ad directionem vitæ. Locuti autem hic sunt Autores hujus Operis per ora bestiarum & volucrum, ut Lectores cordatos in sententiam arcanam penetrantes, erudirent instituerentque ad rectè sibi consulendum; stultis autem pueriscque risum moverent, ludique ipsis ac remissionis gratiâ placerent. Oportet autem cupidos doctrinæ omnes, præsertim Invenes, hæc & memoriter ediscere, & crebrò efferre recitando, ut postea quam in ætatem consilij capacem adoleverunt possint la-

rentium

tentium sub his præceptorum ductu gubernare vitam propriam. Et erit hæc quædam ipsis provisa moralis scientiæ copia, velut auri, argentique repertus domi cumulus, quem Parentes ipsis recondiderint, inveniendum quo tempore opus eo fuerit. quem abscondisse profuit ne diriperetur ab extraneis: nec tamen tam altè defodisse, ut non facilè detegeretur in occasione utendi. utique latentem sub involuero non nimis denso, sed pellucido, nec ægrè amovibili, Signorum, ex operibus, & verbis indicantibus quidpiam satis pervium intelligentiæ naturali mentis humanæ. Eâ enim arte multiformis hæc scriptio symbolis figurisque omnis generis variegata est à Viris Sapientissimis ejus Auctoribus, ut via radixque officij consilijque recti in omni vitæ articulo tenendi amœnis ambagibus adumbraretur.

CAPVT II.

Ad lectionem Libri adhibendum consilium Doctoris, ostenditur Parabola inventionis peregrè thesaurum, nec perferentis domum.

OPortet autem legentem hunc Librum intelligere non tantùm vim intimam verborum, sed etiam causas cur quidque positum ibi sit: percipereque significationem Symbolorum, in singulis meditandis satis hærendo; adhibendoque, ubi opus sit, Magistri operam, alioqui enim non modò non erit utilis lectio, sed etiam damnosa laborem infructuosum subeunti. qui sanè simile aliquid patietur homini stulto, qui cum peregrè conscendisset in quemdam Montem, & invenisset ibi arcam maximam plenam auro, & gemmis pretiosis, dixit apud se: abiens interrogabo quemdam prudentem Vitum, & perquiram ex ipso ratiouem turò deportandi hujus thesauri in domum meam: quod cum agere cepisset, mox cepti pœnitens, o me, inquit, stultum! qui aliquem consulam: nam quem hujus arcani participem fecero, is volet thesauri quoque fieri particeps, & pars ejus erit illi concedenda; nonne melius est, ut ego mihi totum servem. ab hoc consilio stultus ille inexplebili cupiditate illusus vocavit Bajulos mercenarios è foro, dixitque illis adeste huc, & locate mihi justâ mercede operam ad portandum hæc quò volo. responderunt illi: faciemus & ibimus ut jubes. ipse delectis decem ex ipsis duxit eos ad locum ubi erat thesaurus quem invenerat; & aperiens arcam dixit: adeste amici, & implentes saccos vestros ite in domum meam, & deponite ipsos in vestibulo; ut ibi serventur donec veniam. Ea cum ab insano isto bajuli audissent, dixerunt ipsi: benè habet, libenter exequemur quod imperas: & cum impleviss. sent saccos, rursus ipsi dixerunt: audi si lubet consilium nostrum, ne thesaurum quem inveniisti perdas. quin ejus (inquit ille) gratiâ vocavi vos, ne quid mihi periret ex ipso. illi dixerunt: nō convenit nos simul ire unâ omnes, ne quis Magistratuum tantam onustorum turbam videns, exquirat quid rei sit? & cognito tantas opes in domum privatam ferri, auertat illas, & in fiscum redigat, auferens à nobis: meliùs ergò est ut singuli seperatim proficiscamur, nec tu nobiscum sis, sed hîc expectes donec revertamur. ibimus enim celerrimè; & statim huc redibimus. Probavit stultus consilium Bajulorum; at illi tollentes saccos plenos abierunt unusquisq; quò libuit, & in domum insani nemo profectus est. Sub Vesperam ille (quamquam suboffensus quod non rediissent, tamen cansam moræ incidisse aliam, nec sibi damnosam ratus) plenus gandio domum se refecturus Vxori dicebat: ostende mihi ubi thesaurus est quem tulerunt Bajuli, ut videam ne quid fortè subtraxerint: illa admirans quid ais, mi Vir, inquit, quid loqueris? & ille hæc loquor quæ audisti: illa verò respondit, equidem audivi, sed nihil horum quæ dicis vidi oculis, aut manibus attigi. Hic ille stupefactus. Nonne, inquit, misi tibi hodiè per bajulos circumforaneos plusquam mille talenta auri & lapides pretiosos? respondit Vxor nequaquam, Domine mi: nullus quidquam attulit. perculsus casu, & serò sapiens malè sanus ille, cognovit tandem se deceptū; habuitque ut priùs vacuam domum, hoc solùm ex thesauri tanti inventione lucratus, ut inutiliter eo die se vexasset. Sic eveniet legenti hunc libeum, nisi & attentionem propriam, & alienum consilium adhibeat ad penitus pervidendum qnid eo doceatur.

CAPVT III.

Necessitas percipiendi sensum Parabolarum declaratur similitudine Nucum, & sententiarum ignota lingua scriptarum.

ENimverò quid proderit videre superficie tenus signa scripturamque, non penetrando in intimum eorum sensum? non plus sanè quàm famelico nuces habenti, nec frangenti corticem. hic enim ex ipsis non satiabitur. Idem porrò similis erit studioso homini curiosè cupienti nosse sententias quas laudari audierit, & eo desiderio pergenti cum chartâ in manu ad eruditum aliquem; rogantique ipsum, ut in eâ chartâ sibi scribat aliquid ex hisce effatis peregrinæ sapientiæ: cui ille obsequens scribat in chartâ prudens aliquod dictum, Arabicâ quidem linguâ ignotâ roganti, literis tamen quas ipse scit legere.

cum

eum hac chartâ homo abiens, ubi domum venit, cupidè legit descriptam sententiam, & apud amicos pronunciat, non intelligens quid dicat. ideoque, quod factu pronum est, in pronunciando errans. Erant inter amicos, quibus se venditabat, quidam Arabicè docti, qui dixerunt ipsi: erras amice in pronunciâdo. quibus ille respondit, non erro ego, sed errat charta ista quam habeo. tantum interest legentem non ignorare, sed planè ac penitus percipere quod legit. ut eruditus lectione proficiat in Sapientiam. duobus enim bisce instructum esse oportet lectorem non inutiliter lecturum, perspicacitate in pervidendo quid in sensu scripti lateat, & providentiâ in statuendo quo pacto conferre in usum intellecta, occursuris per sequentem vitam occasionibus, debeat ac possit.

CAPVT IV.

Scientiam sine operatione non prodesse variis similitudinibus ostenditur.

VErum effatum Sapientum est: egere homines in hac vitâ duabus rebus; intelligentia ac disciplinâ. hoc est morum rectitudine in bonâ operatione sitâ: his enim simul duabus purgatur mens; & sicut in lampade oleum & ellychnium coujunctâ operâ flammam efficiunt altè surgentem lateque illuminantem: sic operatio & scientia in vitâ hominis laudem ejus decusque perficiunt: ijsque niti debet, ut & salvus sit & fulgeat; si alterutro careat damnum aut dedecus passurus. Hoc declaratur exemplo hominis cujus in domum nocte intempestâ subrepsit fur ipso sentiente, evigilaverat enim ad strepitũ; & ingressum esse furem intellexerat. tamen se callidè asturum ratus, dissimulavit se sensisse, ita secum reputans: sinam istũ eorradere & convasare quæ auferre vult, & cum collectis omnibus in procinctu ad exeundum erit, irruam in eum & malè mulctabo. Eo consilio perstans in cubili; paulò post iterùm obdormijt, interimque fur congestis unà omnibus aufugit. experrectus deinde homo, reque cognitâ, justè seipsum damnavit, quòd suâ notitiâ non esset usus, ut debuerat. nimirùm cognitio est instar arboris cujus operatio fructus est. itaque ut arbor propter fructum seritur & colitur: ita propter operationem scientiam quærit qui verè studiosus est: frustràvidelicet studendi laborem toleraturus, si ejus ipse fructu sese frustretur, Sanè si viatori ad iter expedito indicent amici periculis infestam viam esse quam cogitet, obsessam latronibus & insidijs hostium: nonne is irridebitur ab omnibus, si nihilominus ire pergens, spolietur & malè vapulet? dicent enim omnes quæ meruit patitur: hoc voluit: sciens prudensque in damnum incurrit: stultitiæ suæ imputet. Similiter homo corpore infirmo cui cum clarè notum sit, quinam ipsi cibi prosint, quique noceant, tamen gulâ prævalente noxijs se ingurgitat, nonne si deinde morbis ingravescat, culpabunt eum omnes, & meritas intemperantiæ luere pœnas dicent? talis omninò est vir eruditus bonum à malo discernens, & tamen postposito bono malum prælegens; & huic enim imputanda omninò erunt quæ deinde sequentur damna: nec miseratione, sed reprehensione dignus erit; si enim dnò quidam simul incidant in foveam, quorum alter cæcus antea fuerit; alter oculo utroque clarè videns, utrum quæso eorum miserabuntur; utrum culpabunt homines? omninò infelicitati cæci compatientur; videntis stultitiam irridebunt.

CAPVT V.

Propriam utilitatem & non alienam solùm ex scientia captandam, docetur. Maximè autem vitandum ne scientia nostra in damnum aliorum abutamur.

QVi scientiam acquisivit inutilitatem duntaxat aliorum, nihil ex eâ proprij fructus ipse percipiens, similis est terræ quæ damno proprio servit hominibus & bestijs, nec quidquam ex ijs quæ confert in, alios juvatur: par est igitur studiosũ doctrinæ primum quidem seipsum admonere dirigereque ad omnem operationem honestam; deinde autem conferre operam ad alios docendos, Ac in universum consideranti vitæ humanæ statum, tria mihi videntur inesse, oportere homini eleganti & honesto, videlicet scientiam, divitias, & morum exactam disciplinam; qui enim quærit pecunias nesciens rectum earum usum, frustra laborat, & stultus vocatur, qui autem hunc librum legerit, & præcepta quæ in eo traduntur non perceperit, atque in usum observando redegerit, per socordiam desidiamque; cæcus hic jure vocabitur. Est & illud magnoperè vitandum ne sic utatur doctus in suam utilitatem scientiâ, ut alteri damnum eteet in proprium quæstum; alioqui circumvenire amicum isto modo studens, patietur quod Sesami Venditori eõtigit. Ajunt enim Sesami Venditores fuisse duos unâ uti solitos Apothecâ, cujus in diversis angulis sui separatim cujusque ipsorum acervi stabant ejus pretiosæ frugis. Erat autem duorum alter homo vafer & subdolus, qui adjecto cupiditatis oculo in partem socij, decrevit ex eâ furari; adornavitque fraudem in hunc modum. Venit per diem, quando sine suspicione poterat, in commune horreum, & super acervum sui socij linteum expandit. Id eâ causa faciebat, ut isto signo superjectæ

telæ, per tenebras inter noctere posset alienum cumulum à proprio. Sub hæc re totâ cuidam Amico communicatâ, cujus adjutrice operâ in furto faciendo uti volebat, procinctus ad scelus cum eo stabat horam aptam expectans. Interim autem Socius ipsius, homo innocens & justus, forte ingressus Apotheeam, ubi observavit sunm acervum Syndone coopertũ, quâ Collegæ sui sciebat esse. Eu, inquit, quàm bonũ & beneficum socium habeo! cõtexit meas fruges proprio linteo, nequid detrimẽti acciperent, proprias expositas fortuitis casibus reliquit. Atqui haud equidem committam, ut me ille benignitate superaverit. consulam & ego indemnitati rerum ejus, ultrò adito periculo mearum. Hæc dicens è suo Sesamo abstractam Sesamo sui socij imposuit Syndonem. atque ita recessit. Irrepsit deinde fut per noctem in horreum unà cum eo, quem sibi paraverat, adjutore; ac manu palpans in tenebris ubi contrectavit Syndonem, indicio ejus signi credens Sesamum Syndoni suppositum pertinere ad suum Socium, ex eo haud parcè sumpsit; onustusque domum se recipit cum suo Subadiuvâ, cui mercedem collatæ operæ dimidiũ ablati Sesami donavit, nesciens de suo se furatum. Postridiè dissimulans egregiè nocturnam fraudem cum nihil malè suspicante socio ingreditur horreum. Visoque ibi linteo expanso supra proprium acervum, intellectâque ex officiose referente Collegâ, mutationis causâ, ingenti perculsus dolore est: serò videlicet sentiens, se dum improbè quæstum studet facere, damnum subijsse. quod enim adjutori fucti dederat, sibi perijsse videbat irreparabiliter. Siquidem ne ab eo repeteret obstabat metus totius maleficij vulgandi; indeque in pœnas incurrendi præscriptas legibus. Oportet igitur eum qui aliquid aggreditur, providere finem illius cepti. qui verò negotium incipit cujus finem non prospexit, multum laborabit, & nihil lucrabitur. nemo enim dite scere potest, sine magno labore.

CAPVT VI.

De reliquis duobus quæ requiri dicta sunt ad ornandum hominem, divitijs & disciplina. Ostenditur item non esse disperandum in angustijs, exemplo inopis quando minimè opinabatur id quo egebat nacti.

RVrsus neque oportet desperare de negotijs & successu rerum; eum magna in ijs casuum varietas versetur: & quod non est, inopinato possit repræsentari. Ante omnia verò curare oportet æterna, non autem io transitorijs solicitudinem consumere. Redeo jam ad duo illa ex tribus quæ memoravi hominii absolvendo necessaria, opes videlicet & morum disciplinam: ea talia sunt, ut utrum ex ipsis desit, existere vitæ felicis absolutio non possit; sic enim se habent invicem, ut ignis & ligna; non valente durare & lucere flammâ, sine materiâ. hæc qui observaverit, & ad hanc doctrinam vitam exegerit, multum percipiet utilitatis. Ideo autem dixi nõ esse desperandum in angustijs inopiæ, quia divitias multi naucisc̃untur improvisò. Exemplo sit casus qui oarratur cujusdam Pauperis eò egestatis redacti, ut ne vestem quidem haberet quâ nuditatem tegeret. ivit ille ad amicos & subsidium quæsivit extremæ illi suæ necessitati; sed frustrà id fecit, nemo illi aut voluit aut potuit succurrere: revertit ergò nudus, ut venerat, domum, & ægro animo in suo lectulo decubuit. habebat autem sub lectulo dolium, cui frumentum inerat, quo ad victũ utebatur. nocte porrò illâ ingressus fur in ejus domum, cum nihil inveuisset quod raperet aliud, & vacuus redire nollet, dolium extraxit quod erat sub lecto dormientis pauperis, ac saccum nou habens, vestem exuit, in eamq; frumenti quantum capere potuit evolvit. tunc dedit se in fugam frumentum auferens. at pauper evigilans io tempore, exilit è lecto nudus persequiturque furem; brevi; assecutus malè mulctatum abjectâ veste cum frumento fugere compulit. ira pauper vestem nactus est quâ egebat; & frumentum in dolio reposuit in quo erat priùs; didicitque minimè desperandum in angustijs; expertus quæ nou acceperat ab amicis, se à sure & hoste assecutum: cujus etiam ex casu intellexit noo esse aggrediendum negotium cujus exploratus oon sit exitus.

CAPVT VII.

Ostenditur non esse desistendum à labore; & prudentiæ magis innitendum, quam Fortunæ.

HÆc tamen noo eo pertinent ot fiduciâ casuum hujusmodi fortuitorum remittere industriam, omittereque conatum debeamus. hærẽdum est cuim in eo quod plerumque fit; solet autem invenire qui qnærit. quocirca etsi aliquando videris aliquem invenisse licet noo quærceret, oe tali casui tanquam ribi quoque eveuturo confidas, oeve recedas à commuoi usu regulâque, demonstrante sic ferè fieri solere; ut ij demum inveniant qui quærunt. Natutam ergò rerum & negotiorum persc̃utari oportet, explorareque diligenter, comparatis differeotijs evẽtuum; ex eâque comparatione ratiocinando inferre quâ viâ grassari ad quodque assequẽdum oporteat; ut & ex bonis quæ contingunt industriæ prudenter operanti, intelligamus quid & quâ viâ persequendum sit, & ex malis in quæ delabuntur temerarij aggressores, agnoscamus quid vitari conveniat, ne in simi-

lia

lla damna incurramus; nisi enim ita fecerimus similes erimus Columbæ quæ licet viderit pullos suos occidi coràm se, non deserit locum ubi nidificaverat, sed rursus in eodem ova ponit, ijsque incubat, donec & ipsa capta mactetur. decet igitur hominẽ intuentem sæpum, viam ad eum rectam eligere, sibique terminos præfigere, ultra quos non evagetur. curâque vigili in usu ac tractatu negotiorum excubare; prætereaque scire: omnem hominem qui labore atque industriâ contendens In futurum consulit, commodè victurum: qui verò præsentem tantum & labilem utilitatem laboribus suis captat, in miseriam lapsurum; porrò qui in utroque contenderit, sic præsentem fructum captans, ut futuram quoque utilitatem procurare non desinat, eum & vitæ commodis non caturum, & laudem, gloriamque adepturum.

CAPVT VIII.

Quædam alia monita utilia: & conclusio Præfationis huius.

EFfatum & hoc Sapientum est: tria tenenda homini esse. Primùm ut fidem suam custodiat: deinde ut sibi perquirat necessarium alimentum: denique ut rectè cum Hominibus conversetur. Dixerunt etiam ijdem: Hominem desidem & supiuè securũ, temerè credentem rationibus malè cohærentibus, quarum connexionem mens ejus ipsa non capiat; similem esse homini, voluntate propriâ duce in rebus quæ agit vice intellectûs, utenti; persuadentique sibi quæ ipsi placent; etsi à vero aliena ea sint. Minimè autem decet prudentem virum obsequi suæ voluntati: præsertim cum offensione aliorum: neque leviter credere sermonibus hominum, utcunque veraces ipsi videantur, nisi ratio in dictis eluceat. Quosi si qui loquuntur ignavi ac negligentes appareãt, diligenter cavendum, ne in æstimatione negotiorum occurrentium, atque in rerum gerendarum notitiâ informandâ, testimonijs talium inniteamur. Præter ista sapiens monitum est: qui studiosè satagit in conatu rei quæ fieri non potest, & inconsulto ruit impetu in metam non cõtiguam humanæ facultati, similis est currenti extra viam, tantò largius aberraturo, quantò velocius contenderit. comparari etiam potest homini cui enim fortè festuca inter oculum incideris, pergit eum confricare, quoad exacerbetur. Illud quoque habere altè infixum mentì convenit hominem cordatum; volvi certâ lege vices mutuas; & verissimè passurum eadem unumquemq; quæ fecerit. Itaque attendere sibi ipsi debere qui lædere alium parat; statuereque omninò futurum, ut par ipsi referatur. unde manifestum est: eum qui amicum contristare non dubitat ingrato facto, sibi nocere ipsi, & in caput proprium pestem accersere. Extremum hujus Præfationis præceptum esto: qui accedit ad hujus libri lectionem, non cursim prætervehitor; sed lentè ac meditabundè perpendito singula. nam considerando & profundè penetrando, latens sub symbolis eruetur, & in fructum prodibit, utilitas. Hæc habuimus in anteactum suggerenda, quibus velut initiaremus jam à Vestibulo ingressuros in cognitionem hujus Operis, quod cum viderimus tanti habitum à Persis ut illud ex Indico idiomate in suum Persicum transferrent; nos quoque elaborandum putavimus ut nostri operâ Græci nostrates illud cognoscerent: Hæcque illi velut quædam præludia præmisimus, quibus ad faciliùs percipiendam ex eo utilitatem præparentur Lectores.

PROLEGOMENON III.

PRAEFATIO

Perzois Medici, qui hunc Librum ex lingua Indica in Persicam convertit.

CAPVT I.

Perzois Genus, ortus, educatio, studia: ut ille Medicinæ professionem præ cæteris elegerit: quoque pacto fit in illa versatus.

DIxit Perzoes Princeps medicorum apud Persas, qui & hunc librum ex Indico idiomate in Persarum linguam transtulit: dixit autem de se ipso quæ sibi à Puero contigerint, quibus disciplinis informatus fuerit, quidve boni fecerit in vitâ, exercens medicam artem post suum ex Indis ad Persas reditum; & ut honoratus fuerit à Rege Chosroe. dixit autem sic. Fuit Pater meus ex illustribus Militibus, Mater verò mea ex filiabus magnorum, & præstantium Satraparum: & gratiâ Dei nostri fui ab ipsis amatus & honoratus supra omnes fratres meos. traditus autem magistris sum ut discerem artem Grammaticam, cujus partes omnes percurri comprehendique septem annis; & jam existimans percepisse me satis elementa illa prima, dixi ad me ipsum. Quatuor, ut video, res sunt, quas omnes homines sequuntur studentes adipisci, eas singillatim considerare, me oportet; perpendereque, ac discernere

unamquamque: sicque constituere quæ sit optima, ut illam persequat. sunt ergò illæ quatuor res: Prima Opulentia; altera Voluptas, tertia Potestas, Postrema Merces sive præmium. opere. Et quidem quod ad Mercedem attinet, hujus amplæ & copiosæ magnam spem ostentabat professio artis mediæ. nam illam jam elegeram cæteris præferens, eò quòd laudari illam à Prudentibus omnibus viderem, & apud cunctos æque omnè omnis sectæ se Religionis homines in honore esse; reperiebam autem in libris medicinæ solentiam tradentibus; laudabilem in primis esse qui medendi facultatem comparare sibi studeat, propterea quod eam affectet artem cui quotidiana proveniat merces. eo persuasus, & hac spe illectus istam professionem cunctis aliis prætuli: non utique propter temporariam mercedem; sed propter æternam, ne fortè similis sim mercatori damnoso, qui habens hyacinthum ingentis pretij, quo uno potuerat dives fieri, permutavit illum grano mali punici ad nihil utili. Competi tutsus quærenti per istam professionem mercedem æternam, non defuturum quidquam neque in hoc sæculo neque in futuro: sed eventurum ipsi idem quod Agricolæ putanti diligenter agrum suum & strenuè colenti, cui cum & fœnum & triticum inde proveniat, non tamen ille propter fœnum laboravit, sed propter triticum. eepi ergò statim curare infirmos propter mercedem æternam, & medicabar quosdam quidem chirurgicâ operâ proprijs manibus; alijs verbo præscribebam, præberi jubens medicamenta convenientia, nec quærebam' mercedem aliam à quoquam nisi laudem à similibus mei, aut etiam clarioribus, & magis honoratis, magisque opulentis; nihil expectans aut captans aliud, nisi ut ab ipsis vir bonus verbo & opere haberet.

CAPVT II.

Perzois admonitio ad Animam suam transitoria concupiscentem.

COncupiscebat autem anima mea res labiles ac fluxas: ego autem in contrarium nitens admonebam ipsam: non intelligis, inquiens, ò Anima, futura ea esse quæ verè prosunt, non ista præsentia. quo usque non fugis humiles hasce reculas quæ gaudium verum suis possessoribus non afferunt: sed ijs potius graves incutiunt dolores, molestiasque ac tribulationes creant, non evitabili subductione sui; ad extremum autem supplicijs eos subijciunt æternis? cur o Anima mea non recordaris æternorum? non te pudet communicare eum stultis, in amore vitæ hujus corruptibilis? nam qui ex hoc vano mundo aliquid habet apud se, tantumdem est ac si habeat omnino nihil. hæc enim vilia & nihili, stulti (qualis ego sum) persequuntur & amant. quousque non fugies momentanea? nó quæres sempiterna? non parvo eris contenta in necessario alimento? non imperabis tibi in strenuâ exhibitione honorũ operũ, contendendo in his quantum poteris? memento porro compositionis tui corporis, & quibus illud casibus sit obnoxium. recordare luteum istud vas conflarum esse ex quatuor humoribus inter sese pugnantibus, quorum illud ipsum certamen vita humana est, quæ quidem vita citò præterit, quippe similis statuæ compactili ex multis partibus inter sese commissis per clavos infixos, quibus avulsis solvitur statua; sic se habet humanũ corpus temperie coagmentatũ quadam, quę simul defluxit, ipsum remanet mortuum. noli errare nec imponi tibi finas, o Anima mea, quasi magnum vitæ bonum, & pro quo certare ad extremum dignum sit, repositum videri debeat in consuetudine tutelâque gravium & potentium amicorum, in jucundo contubernio, & confabulatione elegantium adolescentum; nam horum omnium frequentia modicum gaudij, multum doloris creat; imo plerumque in odium & bellum desinit, quod ita esse, ubi te ausam experiri eventus docuerit; profecto icta damno inprosperi successus, succensebis isti experientiæ; similiterque facies ut qui usi cochleari ad sapores prohibendos jusculorum aut sorbitionum oblatorum, si cujuspiam eorum amaritie linguam momorderit, aversabundi & offensi corrugato naso, etiam instrumentum quo liquor exosus illatus ori est, iracundè confractum in ignẽ abijciunt. Cave crucies ae perdas te ipsã solicitâ & periculosâ corrasione pecuniarũ in gratiam cognatorũ ac fratrum horum quos dirate damnis & ærumnis tuis studeas; idem passa quod thus aut thymiama, quæ ut alios odore juvent in igne sese consumunt, in fumos evanescentia. Anima mea ne te decipiat falsus splendor divitiarum & gloriæ: harum enim vanitatem nemo intelligit nisi cum fuerit ab ijs separatus. Similes quippe sunt capillis, qui quandiu hærent capiti eum eo honorantur: si avulsi aut resecti fuerint, ut sordes abijciantur ac conculcantur. Attende, Anima mea, eum sedulitate medicandis infirmis: nec dicas, functionem eam esse magni laboris gravisque dispendij, cuique non respondeat à gratitudine servatorũ mercedes idonea: eo quod plerique hominum vim & usum artis medicæ non intelligant, casuique aut naturæ imputent ejus effectus. Tu vero imitata heroas qui pretium servati hominis aliud non curant quam gloriam quæ isti facto inest; sic debes statuere: abundè te remuneratam eo ipso quod calamitate miseros

ros levaveris, quod ægros mortis faucibus ereptos incolumitati ac felicitati reddideris. nam horum quos dixi fortitudinis heroicæ famâ celebrium virorum ea opinio est: benè quantavis contentione ac ærumnâ; cruore quinetiam largè per vulnera effuso, emi Civis vel unius vitam ab extremo discrimine recepti, restitutique patriæ: quanto majus erit decus professionis & functionis hujus tuę proprium quâ nō unum aut alterum, sed innumerabiles homines exitio grassantiū morborum quotidiano ministerio subtractos, vitæ ac Reipublicæ, uxoti liberisque repræsentas incolumes. cui merito cum deesse non possit famæ ac laudis æternæ præconium, nimiū avara sis, si mercedem ejus aliam quærendam putes. Anima mea ne adhæreas fugacibus; ne insistas nutantibus; ne præferas parva magnis; ne modico æstimes pretiosissima; similis mercatori qui plenam habens apotbecam serici Damasceni, suggerentem sibi desidiam audivit: beù quantus labor exiitanam istam panni molem minutatim per libras ulnasque distrahere! moxque citrà pondus ac mensuram licitatori massam totam vilissimo addixit pretio; stultus inde judicatus. Hæc mihi differenti apud animam meam, non habens illa quod verisimiliter opponeret, cessit tandem, persuasaque transiit in sententiam monentis; absistens à cupiditatibus & vanis spebus: cepique tranquillus exinde agere meum negotium juvandi languentes, solo intuitu gloriæ æternæ.

CAPVT III.

Æterna quærenti etiam temporaria occurrunt. Medicæ artis defectus deprehensus à Perzoe; eiusdem æstus in delectu Religionis.

CÆterùm sic agens, & æterna quærens sola; non tamen temporalis carui: quin horum quoque benigna mihi sese sponte copia ingessit. Opum, inquam, existimationis, dignitatis è gratiâ Regum tantum nactus sum, quantum ne optare quidem unquā, multò minus sperare, in mentem venerat: ultroque fateor, quæ ejus generis ampla magnificaque, vel ante meam in Indiam peregrinationem, vel post reditum inde sum adeptus, non votorum solum meorum, sed etiā meritorum modum excedere. Cum autem totum adjecissem animum ad comprehendendam pernoscendamque penitus medicam artem; illud me in eâ offendebat, quod in universâ ejus vi nullum repericbam modum plenæ ac perfectæ sanitatis homini tribuendæ. Cum tota ejus in eo demum facultas expromatur, ut ingruentem depellat morbū: polliceri autem ac præstare non queat, ut propria perpetuaque curato sit recepta valetudo; nec eam unquam languoris, aut redeuntis postquam abierat, aut de novo suborientis incursus labefactet. In quo mihi diffidens frustrà exploravi, ecquid alij Professores ejus artis me feliciores essent: sed neminem usquam inveni qui plusquam dixi, posset. Id quod, ne dissimulem verum animi mei sensum, multum refrigeravit incēsum meum studium in istam scientiam, adeo insufficientem deprehensam. Intelligens porrò inde, veram hominis salutem ac felicitatem in æternarum potius & semper manentium, quam harum caducarum quæ nobis inter manus effluunt, adeptione rerum sitā esse, tantò impensiùs incubui in abdicationem fluxorum bonorum. Quam excrcete diligentiùs aggressum cōturbavit occurrens inquisitio veræ Religionis, de quā nihil in Medicorum libris legeram. Videbam autem esse istam curam cunctis prævertendam: utique eum ad felicitatem in aliâ quadam ab hac labili, assequendam vitâ, frustrà conten/dat, nisi cui vera una Religio talis sese viæ ducem præbuerit. Intento porrò in hanc cogitationem mihi, multæ se objiciebant quæ humanum genus in partes innumeras distrahunt sectæ opinionum de Numinis cultu diversarum. quas adorsus considerare singillatim, sic reperiebam: tralii ac teneri plerosque e hominum in Religione quam sectantur, partim autoritate tradentium Parentum, & inolitā consuetudine longo educationis usu; partim utilitate ac quæstu, provenientibus ex ritu prævalente illectos commodis; partim vano splendore terrenæ claritatis; metuque incurrendæ infamiæ, si præjudicatas assensu vulgi reijcere, aut in dubium vocare sententias audeant. Inde omnes pro se quemque obniti, magnopereque insistere in adstruendâ quam ipse veram habet, improbandâ quā alijs præferunt, Religionis sectā. in eoque certamine passim ardescunt, mendacij atque impostura se invicem accusantes. infinitasq; acribus jurgijs miscētes quæstiones de Creatore ac creaturā: de principio rerum ac fine ultimo; similibusque argumentis Dogmatum gravissimorum. Hac ego videns studui consulere privatim Magistros Sectarum, ac placitorum firmamenta cognoscere, proponendo ipsis dubitationes, ac eum responsis eorum, præjudicijs sepositis, comparando; eo animo ut ubicumq; veritatem deprehendissem, eam & amplecteret & syncerā intrepidaque constantiā tenerem, rejectā qualicumque falsitate. Sic enim mihi faciendum duxi, ne, ut multi, crederem quod ignorabam: sed potiùs lumine notitiæ ac rationis præeunte in viā tanti momenti Duce uterer. Ecce autem in hoc mihi sedulò versanti; interroganti, inquam, audientique Antistites ipsos ac capita Factionum circa divina diffidentium; non aliud investigare certius licuit, quam inflexibilem pertinaciam propria quorumque laudantium

dantium, cum alienorum superbissimo contemptu & irrevocabili odio conjunctam. Offendit ea me res, causamque præbuit universos ex æquo reprobandi. Insedit ergò menti meæ; omnes quotquot adissem audissemque libidini propriæ obsequi, à vero abetrare, sapere prout volunt, nec regulam adhibere rationem voluntatis, sed intellectum affectui subjungere, falsò judicare, mendaciter loqui.

CAPVT IV.

Periculum temerè credendi in rebus Religionis Parabola declaratum.

ITaque sic apud meum animum firmissimè constitui: quærendos mihi alios magis æquos idoneosq; Dogmatũ Autores; ac quoad tales reperissem, nulli horũ quos viderem acquiescere, nullum sequi, ne mihi contingerer quod enidam ajunt gravi suâ pernicie decepto. non longa est fabula quam hic, ut vulgò fertur, recito. Fur noctu nõ incomitatus irrepsit in domum Civis opulenti. Is lecto decumbens dormiensque tum fortè, experrectus ad strepitum, facilè intellexit fures adesse: cubitoque uxorem impellens & ipsam excitavit, insusurraviteq; exeirare in auriculam: quantum intelligo, eara conjux, circumventi latrocinio sumus; nec procul à calamitate, nisi malum prævertimus astutiâ. Tu verò fac quod jubeo. Inclama eâ vocis contentione quam videaris putare necessariam ad excutiendum mihi soporem altiorem: & die: Rogo te, mi vir, unde aur quomodo parasti divitias hasce tam multas quibus circumfluimus. Ac mihi quasi nondum sentienti, ingemina iterùm eadem, ac tertiò, voce, semper contentiùs sublatâ. Fecit extemplo mulier, quod vir imperaverat: mussarunque statim fures, & ne indicium sui jam vigilantibus præberent, immobiles hæserunt; curiositate præterea cognoscendi quid vir responsurus esset, ad silendum auscultandumque invitante. Tum velut ægrè tandem solutus somno vir, auditus est dicere: nacti sumus, ò uxor, divino beneficio copias opesque omnis generis plurimas: fruere his vescendo bibendoque, ac lætam vitam agendo, nec curiosè percontare unde ista pararim; quod indicare tibi nequeo, metu ne aliquis exaudiat (ajunt enim & muros auritos esse) arcanum autem hoc tanti momenti est, ut ex ejus evulgatione ultima capiti fortunisque nostris pernicies impendeat. Apage mi vir (Mulier repostuit) intempestivam hanc formidinem: nox concubia est, clausa domus, nos hic soli: quem adesse posse tibi fingis qui quod loqueris audiat? Respondit vir: quandoquidem me cogis, aperiam rem totam: sed vide prius eo quantum salus tibi tua meaque cordi est, ne unquam cuiquam prodas; non cognatis, non fratribus. nam dico tibi edicoque iterùm, si à quoquam resciatur, omnes omnia perdemus, superque ipsi continuò peribimus. Hæc videlicet (fatebor enim hic tibi) furto lucratus universa sum, nihil non mihi congestum ex rapinâ. Perculsa dicto Mulier: mira, inquit, mi vir, narras. nam & tam multa in possessione nostrâ sunt, quæ difficillimum sit ereditu corradi congregarique furando potuisse; & tua ipsius hanc opinionem refutat fama. Vir enim bonus vulgò existimaris. nempè, ait Maritus, carmen magicũ adhibui efficaciæ mirificæ, cujus vi arcanâ ita juvabar in furando, ut quæcumq; eõcupieram quantovis numero, quantivis pretij ac molis essent, attraherem congereremque unde ac quò volebam: idemque tamen, suspicione procul omni, existimationis apud omnes quàm optimæ possessionem incontusam ruerer. Papæ! (exclamat hic Mulier) stupenda memoras. ut scire gestio quo id actum modo sit! Et ille: pax, inquit, sit rebus: si quiescis torum audies. Prodibam plenilunio per noctem. Erant unà mecum comites. Adscendebamus in fenestras Ædium quas deprædari constitueram. Ibi pronunciabam incantamentum meum in ipsam fenestram insusurrans magicum hoc vocabulum. *Semel, semel*. repetebam præterea quinquies. Statim à replicato septies verbo, mira vis carminis! Præbebant ecce sese nobis equirabiles radij supernè fulgentis Orbe pleno Lunæ. His invecti ferebamur intrà ædes, nemini prorsus intùs degentiũ conspicui aut observabiles signo sensuve ullo. Tum iterùm ego immurmurabam carmen meũ; quo dicto quid quid pretiosum in illâ erat domo è latebris erumpens suis conflnebar spontè ad me. Eligebam quæ placebant, portandaque dabam socijs. Mox rursus incantatione repetitâ inscendebamus radios Lunæ, famulantibusq; illis per easdem fenestras evolabamus, nos prædamque in tutum recipientes. Hæc fures audientes in sinu gaudebant; ajebantque gratulantes mutuò; bonis avibus hinc venimus. nullis unquam furibus tam propitiam Laverna se præbuit. En ubi minimè putabamus artem didicimus montes aureos parandi, securitate ab omni metu summâ. Quin jam hinc indicato compendio utimur, & armis hinc suis petimus è. Omnes assenserunt: expectatoque dum vir mulierque iterùm obdormiscerent; ubi sopitos purarunt: progressus furum Princeps ad fenestram per quam Lunæ radius subibat, septies protulit auditum incantamentum *Semel semel* &c. tum impetu insiliens quasi ad inequitandum lunari radio, in caput concidit, sonitu magno; ad quem erumpès fuste correpto Paterfamilias, afflictum validè pulsavit, ingeminans ad ictus

fingu-

singulos: Tu quis es? At ille: cessa, inquit, & dicam: Stultè credulus mihi nomen est. Idem ego ne mihi contingeret verebar. si somnia narrantibus sua multiformium superstitionum præconibus citrà pignus idoneum fidem addicerem.

CAPVT V.

Perzoes religionem à Parentibus traditam reprobat. Beneficentiæ vacandum statuit: Perturbationes vehementium affectuum, quam sint noxiæ Parabola demonstrat.

INterim in hac meâ varia & anxiâ inquisitione de Sectis, illud tenebam; ne in scelera incurrerem, meque purum ab omni offensione servarem, quæ perniciem posset afferre. Pergens autem interrogare illos, qui consulti petitique putabâtur de Dogmatibus quæ pro indubitatis venditabant, satagebam proponendis argumentis in contrarium meis, responsisque ipsorum eliciendis, satisfacere animo meo, deprehendereque, si quâ possem veritatem: certus ei semel inventæ mordicùs hærere. Sed cum ea quæ superstitiosi illi Magistri reponebant argumentationibus, veri characterem non præferrent, nec omninò quidquam ostenderent satis solidum, ut ei securè possem inniti, æstuabâ ut priùs & incertus sententiæ pendebam. Quare velut fessa peregrinationum anima mea eò inclinabat, ut acquiescendum sibi putaret domi: tenendum, inquam, in negotio religionis duceret, quidquid demum Parentes, & exemplo prævissent, & verbo docerent. Sed retorsi ego eam ab isto proposito; monuique longè esse melius in priori quærendi consilio perstare. Infirmam enim excusationem erranti fore, domesticam doctrinam, ubi fortè ipsius ductum secutus in exitium corruerit. nam quis compertus magicarum artium, impunè judicium evasit allegando: fuisse sibi eas à Patre Mago traditas? non sanè magis quam ebrietate ac crapulâ quotidianâ valetudinem corrumpens aut Censori vitium objurganti satisfaciet, aut curabitur à morbis intemperantiâ contractis, simul ac, etsi verè, dixerit; eâ se disciplinâ educatum in paternâ domo, talia Genitorum exempla recordari. Istæ me causæ perpulerunt ad reprobandam Parentum meorum de Religione sententiam. unde hinc repulsus quasi novo principio in examen exploratione mq; sedulam Sectarum animû admisi. quo dum diù versor in negotio, animadverti magnam me jam vitæ parte emensum, senio & morti propinquare. Hâc pulsata cogitatione mens in finis qui omnes manet, & migrationis ex hoc Mundo considerationem incubuit per attentam atque acrem; eo effectu, ut quidquid apparet, seque ostentat speciosè in hac quadam Mundi scenâ, nihil nisi umbra videretur. Statui autem insistendum mihi exercitationi beneficentiæ; sperans eâ consecuturum me, ut bonis Viris, & præclara per vitam operatis, annumerarer. decrevi etiam cavendum, ne nimius in illud ipsum quò ferebat indagandi veri studium affectus, avocaret me à functione curandorum ægrorum; sicque inertes negligendis occasionibus benè merendi, tempus otio contererem; quoad me suprema dies occuparet destitutum suppellectili meritorium, quam parare in opportunitatibus neglexissem. nam magna inest vis perturbationibus animum tenentibus, ad avertendam attentionem necessariam gerendis ex præsenti rebus: prout declaratur brevi fabulâ, quam tanti est narrare. Quidam contraxerat necessitudinem illiciti amoris cum muliere nuptâ. Quæ Mœcho gratificata posticum paraverat per quod ipse, ingruente subito periculo, fugeret. quadam die cum uuâ essent, pulsavit improviso vir ad Ianuam, pâdique fores ingressuro poscebat sibi. Turbata Mulier jubet Adulterum propripete se ad ostiolum propè puteum, cujus clavem è vicino clavo pendentem ipsi antea monstrasse se ajebat. Currit quò mittebatur hinc metu, illinc amore ac desiderio turbatus Mœchus, & ut contingit acri curâ suspensis, nec locum, quamquam præostensum recognoscere, ac nec clavem, januamve ipsam reperire valuit. In his aliquandiù tumultuatus, redit ad Adulteram, jam magis proximo Viri appulsu solicitam, proculque acclamat: ostium de quo dixisti evauuit; clavis nou comparet: animus meus apud te est vacare his quærendis nequit. Cui mulier: effuginm parare potui Reo, mentem dare stulto nõ possum. Tu verò ut lubet, addidit: aderit brevi qui tibi quo dignus es, præbeat. Illi æstuanti cutsantique Marius adulterę superveniens plagas imponit luculentas: tum correptum miserum convicio trahit ad Iudicem, ex lege utique acturum. Ergò equidem in animum induxi non committere, ut perturbatione mentis, ineptus actioni fiam: sed sereno semper tranquilloque sim animo, expeditus alacritate præsenti ad navandam ægris operam, juvandosque quosvis ope quomodocumque indigentes meâ. nam in commendandâ beneficentiâ, omnes, in aliis licet dissentientes, summâ concordiâ Sectæ conveniunt.

CA-

CAPVT VI.

Perzoes pendente adhuc deliberatione de Religione, Innocentiæ, ac Benignitati ſtudere decernit: eius qui ſecus fecerit ſtultitia per Parabolam oſtenditur.

CONſtitui præterea non ſolùm Homicidium cavere, ſed & à pulſando quoquam, ac viquavis inferendâ nilli omninò, temperare: decrevi quoque abſtinere verbis maledicis, ac turpibus, non furari, non iraſci, nulli fraudem moliri. Abdicavi conſuetudinem mulierum, venereaſq; voluptates. adamavi, & colui temperantiam, cuſtodivi linguam meam à mendacio, ab omni verbo otioſo, & noxio: ſtudui mitem, ac humanum præbere me omnibus vbique. Atque hæc ſtatui licet nondum planè perſuaſus eſſem de futurâ Reſurrectione, deq; præmijs Bonorum, pœniſq; Malorum poſt illam repræſentandis. Longè me abjunxi à convictu, & familiaritate hominum Improborum; affectavi conſuetudinem cum Honeſtis, & Iuſtis. Præ omnibus fixum animo renui: nihil eſſe præſtantius, honeſtius, amabilius Beneficentiâ. Eam, & amicis potiorem, & conjuge cariorẽ mihi eſſe debere. Hanc Deo volente facilè parari. Huic porrò nihil cõparabile. Plus enim illam gloriæ afferre poſſidenti ſe, quàm Parentum claritatem, aut opes Amicorum. docet hæc benè mereri de omnibus, beneficta ubique ſpargere. Eadem largè licet tribuens, diſpendia non ſentit: ſed quò plus donat, plus abundat. non corrumpitur, non veretraſcit, non circumvenitur à potentiâ, non horret ignem, non timet fures, non formidat beſtias, non ullo triſti eventu conturbatur. magis quinetiam in calamitate nitet, & ubique perſtat intrepida. Reperiebam autem apud me reputans; eos, qui ſectam vitæ huic contrariam amplexi, omiſsâ benefaciendi alijs curâ, ſibi unis omni voluptate ſaginandis unicè inrenti eſſent, ſibi peſſimè conſulere, & amaritiei plurimum inter luxus, ac delicias falſas dulcedines guſtare. Similesq; iſtos eſſe hominũ parum ſano, qui levem dieculæ unius jucunditatem magnâ pecuniæ iacturâ, gravíq; rerum ſuarum detrimento emerit. Fuit nimirùm Inſtitor gemmis peregrinis dives, qui artificem unionibus forandis diurnâ centum nummorum mercede conduxit. Præſtò ex condicto adſuit operarius in locantis domo, cum inſtrumentis artis. Hic dum expedit ſe operi, videt fortè ſuſpenſam è clavo citharam, & eam ſcire ſe pulſare ſignificat. Præſens margaritarum dominus eo animadverſo: Tu vero, inquit, ſume ſis lyram: libenter operam canenti dedero. Ille arreptum organum non inſcitè rangere aggreſſus, mirè placuit voluptuario Patrono; adeò ut is ſua ſecia ludo poſthabens, totum diem inbianter audierit vibrantem fidem terebratorem unionum. Ad veſperam centum nummos citharœdo petenti, commotus Inſtitor. atqui mi homo, inquit, non plectri movendi, ſed terebri tractandi mercedẽ iſtam pronunciaram. Sanè ita eſt, Artifex ait, cæterùm mihi parato ad locatam operam, quis alius, quàm tu ipſe ne defungerer obſtitit? mei judicij non erat quanti æſtimares avocamenta tua. mihi fraudi eſſe non debet tibi obtemperaſſe: quare ne te oblectaveris mercenarij damno, promiſſum diurnæ operæ pretium redde. æquum dicebat, & vel invitus mercator centum nummos perſolvit, inelaboratis ipſi manentibus unionibus. Ad hoc exemplum ego veritus ne ludicris ſeria perderem, remiſſionibus poſui modum, attentuſq; officij negotio me impendi tutum, nugis abjectis.

CAPVT VII.

Perzoes Meditatione, ac ſeceſſu in Reſurrectionis notitiam venit. Eius doctrinæ utilitas. deliberatio circa Profeſſionem Vitæ Aſcetica.

PErtæſus inter hæc voluptatum vitæ, quod harum inſtabilitatem, & inanitatem noram, collegi me in conſiderationem attentiorem, & ut huic aptum otium nanciſcerer, in ſolitudinem me abdidi. Ibi altiùs ingreſſus in contemplationem rerum, per magnum ejus operæ fructum retuli. Intellexi enim, naturæ humanæ ſtatum, & univerſi gubernationem mecum reputans, deeſſe non poſſe quin ſit aliquando futura mortuorum reſurrectio, ad quam omnes rendant ſnis quique vijs; moribus videlicet actiſque, magno diſcrimine ſub finem deprehendendo Bonorum, Malorumq; nunc permixtim agentium. Hæc Aſceticæ diſciplinæ in ſeceſſu exercitæ doctrina eſt, quam illa velut bona Mater ſuis cultoribus, uti morigeris filijs, tradit. quantivis iſtud pretij, momentique omnium maximi dogma eſt: unde nitæ rectè dirigendæ ſpes, & ratio pendet univerſa. Turris, hæc quædam munitiſſima eſt, in quam qui ſe receperit, non modò tutus permanebit ab incurſu malorum omni; ſed & per eam pandi ſibi aditum in Paradiſũ æternæ voluptatis, quò, ſi velit, ſecurus penetret gratulans experietur. Comperi planè nihil melius attentâ iſtâ, tranquillaq; meditatione rerum ad ſalutem Animæ ſpectantium. comperi autem id non uſu ſolum meo, ſed & exemplis, experientiâq; aliorum ei ſe dedentium. Hos enim animadverti, apparere

paca-

pacatos, & lætos semper, gratos erga omnes, suo contentos, securos, subnixos generoso contemptu cunctarum Mundi vanitatum, supra omnem noxæ aleam in altâ quadam arce mentis extantes. Horum igitur felicitatem æmulatus, livore, atque invidentiâ repudiatis, caritati me dedidi: spretisq; fluxis, ac caducis, perfectionem affectavi sapientiæ, quâ monstrante providens futura, imperterritus ibam, certus nihil se objecturum quod viam intercluderet ad scopum, quê intuebar veræ beatitudinis, meq; averteret, aut turbaret. Per hunc modum experimento capto vitæ Ascetarum, gustu illectus tàm sancti, ac salubris Instituti, magnoperè affici me sensi ad istam professionem capessendam, meq; eum his aggregandum. retrahebar autem ab hac voluntate eo meto; ne non par essem ferendis illius disciplinæ laboribus, propter contrarios longo usu educationis diversissimæ contractos habitus, moresque assuetudine coalitos in naturam. itaque verebar ne supra vires connisus, non modò non assequerer optata: sed & damnum acciperem, jacturamque paterer jam adeptorum. Illud etiam talia cogitantem conturbabat me; quod videbam, si Mundo valedicens migrarem in solitudinem, ibiq; amplecterer Institutû Ascetarum, eripiendam mihi facultatem benè merendi de hominibus, iuvandiq; beneficijs inopes: cujus tamen in exercitatione virtutis magnam mihi spem constitutam arbitrarer perennium bonorum acquirendorum, quare metuebam ne similis fierem eani fructum carnis ore portanti, qui ejus umbram in flumine vicino majorem videns, omisso quod tenet, insilit ad capiendum quod apparet: ac sic utrumque perdens, vacuus impastusque, stultitiam serò suam damnat. Sic subductis mecum rationibus spei metusque, statui sustinere me ab incepto non satis exploratæ utilitatis, permanereque interim in ordine, ac statu vitæ priori.

CAPVT VIII.

Æstus Perzois in deliberatione de Vita Ascetica, & distinctior notitia vanitatis Mundi,

IN hoc tamen sic constituto ne conquiescerem, abripiebat me novus æstus comparantem inter se vitam, ac statum, hinc Ascetæ, illinc amatoris Mundi; & eâ collatione repericntem: haud ferè pius voluptatis, ac suavitatis contingere mundanis, quàm solitarijs, utcumque hi videantur omni vitæ mortalis fructu destituti, contra illi delicijs abundare. quæ enim tandem istæ deliciæ sunt, quas penitùs introspiciens reperiebam, plus ad extremum conciliare damni, mœstitiæq; quàm initio attulerint voluptatis. Est enim Mundus instar aquæ salsæ, undè quanto plus biberis tantò plus sitias: instar ossis aridi, carnis odore quodam alliciêtis canem, qui miser eo rodendo nihil nisi dêtes atterit, & fauces convulnerat: instar frustuli carnis raptæ à vulture, in quem convolantes undiq; aliæ rapaces aves, abijcere prædam cogunt; necessariâ sui tuendi curâ, plagisq; enarusso, ac pugnâ fessio, non alium rapinæ suæ fructû relinquunt, quàm famem, & mœstam memoriam inanium laborum: instar vasis melleâ superficie venenum suppositum tegentis, ex quo qui dulcedine illectus mellis, gustauerit, mox cum cruciatu exanimatur: instar lætum somnium videntis, qui mox evigilans in familiares miserias revolvitur: instar fulguris momento illuminantis nocturnum viatorem, suis statim tenebris reddêdum: instar bombycis, assiduè nendo nihil luerantis, nisi sterilem continuationem infiniti laboris. Talia reputans rursus resorbebar in desiderium vitæ solitariæ sectandæ; rursusq; retrahebar in propositum non abdicandi vitæ commoda, dum ea comparans cum ærumnis, angustijs, laboribus vitæ inopis in solitudine degêdæ, haudquaquam mihi faciendum putabam, ut hæc ultro abijcerem, quæ fortè postmodum frustra requirerem. Inter hos quasi fluctus ancipites sensuum, ac votorum alternis prævalentium ambiguè jactatus, similis eram imperito Indici, leviter mutanti calculos, & modò damnanti, quem absolverat: mox quê damnaverat rursùs absolventi.

CAPVT IX.

Perzoes æterna spectare constituit: Vitæ humanæ miseriam describit.

ALiquid tamen certi fructûs ex his altercantis secum mei animi contrarijs assultibus collegi. Considerans enim: tantam illam in victu, cultuq; duritiem Ascetarum, tolerabilem ipsis, imò suavem videri, idcircò quòd brevis sit, nec ultrà vitæ mortalis spatium exeat; vicissim autem excipiatur gaudijs æternis: decrevi ego quoque, parvi ducere bona præsentia, spe, ac comparatione futurorum. Hinc quasi consolans Animam meam, & comprobans inexplebilia illa desideria, quibus inhiaverat professioni vitæ cum virtute conjunctæ, dicebam: O quantum in hoc vitæ genere aspero, destitutoque, laborum, ærumnarumq; sentitur! sed rursùs quàm brevis, & fluxa est voluptas indulgentium genio! quàm fallax suavitas momentaneo gustu evanescens! Quis portò tàm lævæ mentis, non abundè compensari, non

benè conditi putet experiétiam brevem parvæ amaritudinis, expectatione certâ dulcedinis sempiternæ? Quis homo est, cui si conditio feratur subeundæ per tempus non longum arcti carceris angustiæ, ut mox in æternæ amœnitatis beata spatia laxetur, recuset aut dubitet admittere? An non est hæc vita plena doloribus, acerba cladibus, anxia periculis: imò quid hominis in terrâ conversatio aliud est, quàm jugis afflictio, textum necessariæ miseriæ, continuum tormentum uno sævitiæ tenore à principio ad finem pertinens? Enimverò ipsa hominis prima origo quàm vilis? Mucus nempè quidam (ut aiunt Medici) delapsus in uterum Mulieris, ibique cum ipsius sanguine commixtus, inde concrescens dispertitur in membra, moramque ducit longam in illis tenebris, & angustijs sine cibo, & potu, tum maturo partûs tempore, cum nixibus, & summis doloribus ejicitur. natus puer multiplici ministerio gerulorum, & nutricum, per fletus ferè assiduos ad creberrimum seusum famis, sitis, algoris, similiumque malorum, quibus subjacet imbecilla infantia, perducitur ad molestissimam ipsi ablactationem. Indè Magistris edocendus, hoc est excruciandus, traditur, subigenduſq; terrore, ac plagis, ad literas, aut artes, cæteramq; disciplinam, improbo labore arripiendas. mitto febres, varioſq; languores; & pejora malis remedia amarissimarum potionum. Sic in robustiorem educto ætatem, alius non faciliorum certaminum cāpus aperitur, latissimè patens in cunas contentioneſq; solicitas diversi generis: in divitijs parandis, partisque tuendis, quærendâ, & curandâ conjuge, liberis educandis, promovendis; ambiendis honoribus, commerciis miscendis, Amicitijs contrahendis, Invidiæ petitionibus declinandis, Periculis judiciorum, fraudum insidijs anxiâ providentiâ cavendis. Senescit inter hæc circumferens in suis ipse visceribus, ac venis hostes nunquam quiescentes quatuor, Sanguinem, Phlegma, Chymum, & Bilem, obsessus exteriùs infestis semper periculis toxicorum, viperarum, serpentum genere omni, tùm Leonum, ferarumq; rabidarum. Prætereo vaporem noxium solis ardentis, frigora hyemum, ac nivium, pestilens Cœlum, luesque auræ tactu, atque halitu vulgabiles, inundantiam imbrium, tela nubium, & fulminum horrores. Per has minas usquam non intentas, si quis variè vitabundus pertingat ad decrepitam ætatem; ibi reperit cur tamdiù vixisse pœniteat. Super omnia mors ingruit incertâ sui expectatione longùm vexatis, tristissimamq; a Mundo, à Patriâ domoque, à complexu carorum, à liberis, consanguineis, amicis, fratribus, a spebus vitæ cunctis migrationem inexorabiliter ediens: multò interim magis crucians, conscia suspicione pœnarum, animæ mox corpore solutæ, luendarum, ob non expiata vitæ scelera. Erit ne quisquam sanæ mentis his perpensis, quem hujus ærumnosæ, ac corruptibilis vitæ non tædeat? qui libenter hic sit? qui voluptatū, & turpium, & fugacium gustu capiatur? qui fluxis, & caducis inædificare spes ambitiosas, & securè misere non dubitet? Sit ille licet Rex, sic, Dei singulari beneficio, cunctis naturæ dotibus, fortunæ favoribus ornatus; vigeat valetudine, gaudeat opibus, floreat existimatione, ac famâ: Extet altè conspicuus in arce quadam humanæ felicitatis a cunctis vulgarium incommodorū protectus insultibus: feret tamen secum quocūq; ascendet rodentem intus tineam lentè grassantis exitij; & insidiantium undique calamitatū unum reperiet exitum in clade ultimâ, animam ipsi ac spiritum extremis angoribus extortura.

CAPVT X.

Infelicitas Mortalium luculento symbolo declaratur.

POST hæc ingressus ego rursus in altiorem considerationem rerum, quæ visuntur in hoc orbe, animadverti creaturarum omnium facilè præstantissimum esse hominē; verùm eundem negligentem sui, ac propriæ salutis incuriosum, illam posthabere voluptatibus sensuum. tum sic apud me dixi: similis est homo viro cuipiam fugienti a facie ferâ Monocerotis, & cursu illo delato in præcipitium imminens lacui; ubi repertâ ingenti arbore, conscendit in ramos ejus inferiores, ijsq; suspensus hæsit. nidulabantur sub cavo cortice ejus arboris, angues quatuor, terebrātes ipsam, & per foramina, quæ rodendo fecerant, capita ostentantes. Despiciens inde ad radices arboris, vidit accubantem Draconem immanem, vasto diductarum faucium hiantem spatio, ad se, ubi decidisset, absorbendum. Vidit & mures duos, album unum, nigrum alterum, rodere assiduè illos ipsos, quibus insistebat ramos, admordentes eos sine intermissione, quâ parte committebantur trunco. profeceranteq; arrosione continuâ tantum, ut plus mediâ crassitie accisâ, tenui tantum segmine, ac velut filo nutanti, ramalia illa, quæ ipsum sustentabant, planta stipiti hærerent. In his miser angustijs, prout par erat, æstuabat animo, solicitus quonam pacto ex tot undiq; ingruentibus periculis salvus evaderet. Tali curâ suspiciens fortè observavit; ex cacumine arboris, ubi apes favos fecerant, mel defluens stillare, quod, usus opportunitate, gustare cepit; tantumq; illa dulcedine oblectatus est, ut oblitus circumstantium mōstrorum, feri Monocerotis, horribilis Draconis; hydro-

hydrorum quatuor, duum murium, ramos, quibus sustinebatur, ne in gulam Draconis caderet, sturpitis succidentium; suaviter aequiesceret, avidè, ac securè captans supernè destillantem liquorem melleum. Id dum agit abruptis tandem ramis, decidens infelix, esca factus Draconis inhiantis, interijt. In hac Imagine ferus Rhinoceros designat mortem pertinacissimè instantem Homini, & quocumque se contulerit eum persequentem, nullis usquam ei tutis ab eâ latebris. Laeus est vita haec misera, monstris scatens, infesta naufragijs, infamis cladibus, regio infausta lachrymarum. Rami duo suppositi pedibus, arrosi à muribus, temporariae opes, & fluxae commoditates, quibus aegra mortalitas innititur. Quatuor angues sinu ipso elausi arboris, humores quatuor figurant, quorum temperie, mutuis invicem cunctorum librata certaminibus, corpus vivit. Perforant ij truncum, caputq; exerunt, quoties unus supra omnes prævalens, morbos ereat, interitum minans, nisi vis ejus medicaminibus retusa, ad temperamentum, concentumq; redigatur. Draco infernè accubans Orcus est, quò inevitabiliter cuncti trudimur. duorum murium candidus diem, ater noctem significat. Hæ fulera vitæ subruunt, indesinenti detractione spatium vivendi minuentes. Fallaces, noxiæq; voluptates, mellis supernè affluentis insidiosâ stillatione adumbrantur. Hæc enim perniciosè mortales oblectat, avocans mentes eorum à salutis curâ, affixosq; ipsos fluxis gaudijs, ne sempiterna sibi provideant, detinens. His ego perpensis atreutè omnibus, decrevi perstare contentus professione meâ, magnopereq; incubui ad benemerendum de indigentibus, & quoquo modo, quâve operâ possem, inopes juvandos; sic reputans: hanc esse debere, si ulla sit, salutis viam: speransq; felicitatem, cujus iunarum homini desiderium est, tali potissimùm affectandam conatu. Ita compositâ è priùs memoratis fluctuationibus mente, missus sum à Rege Chosroë in Indiam: indeque in patriam redux edidi multos libros, è quibus hic unus est nuncupatus, Specimen Sapientiæ Indorum.

SPECIMEN SAPIENTIAE INDORVM VETERVM

EXHIBITVM

Dissertationibus Parabolicis quindecim cujusdam Gymnosophistæ ad Abessalomum Regem.

DISSERTATIO

Parabolica I.

ABESSALOMVS Indorum Rex consuluit quendam è suis familiaribus Gymnosophistam, dicens: Volo à te mihi declarari per exempla, quo modo fraudulentus, & malignus vir, insinuans sese inter Amicos duos, dirimat, & in odium commutet contractam priùs inter ipsos amicitiam.

I. Ad ea in hunc modum respondit Gymnosophista.

Fertur Mercator quidam copiosus, ac dives, filios habens pigros, & per desidiam aversos ab addiscendâ, factitandâq; Arte quapiam ex utilibus ad vitam; hos admonuisse verbis hujusmodi: O mei filij, qui in hâc vitâ conversatur, tribus indiget rebus: Opum copiâ sufficiente ad victum, & cultum; bonâ famâ, & existimatione apud homines; denique felici affectione repositorum in vitâ futurâ Iustis Bonorum. Hæc porrò tria non aliter ulli contingunt quàm per ista quatuor. Quorum primum est: possidere divitias iustè partas: Alterum: eas administrare, ac dispensare sapienter: Tertium; ex ijs erogare Indigentibus, præsertim dum postulant. hoc enim opus, & in hâc vitâ utile est, & in futurâ. Quartum denique, in occasionibus ad peccandum invitantibus sustinere se à lapsu, connitique in hoc vi summâ. Horum quatuor, si quis vel unum prætermiserit, nihil perficiet. nisi enim erit idoneâ opum copiâ instructus, nec vivere ipse honestè, nec benè alijs poterit facere. Quod si divitiarum quidem aliquis affatim habeat, malè autem eas administret, vitamq; gubernet suam, citò egenis annumerabitur. necesse quippe est, si quantum expendit, utcumque id sit modicum, non curet continuè reficere, accessione damnum reparante, ut ejus sensim res familiaris atteratur, ac randem evanescat, velut stibium, quod paulatim imminutum in pulverem, consumitur. Porrò si & divitiæ in supplementum expensarum acquirantur, & in harum dispensatione ratio constet; inde tamen nihil tribuatur indigentibus, talium pos-

fessor divitiarum, pauper reputabitur, & sua illum copia disrumpet, vt contingit in canalibus, aut fistulis fontium, quæ, quando non patet exitus aquæ jugiter influenti, erepant.

II. His pueri auditis, persuasi Patris autoritate, obrempetare recta monenti decreverunt. Et primus eorum peregrinatione susceptâ mercaturæ gratiâ, dedit se in viam ducens plaustrum, quod tauri duo trahebant. eo itinere devenit in paludosum locum, ubi taurorum alter limo haustus procubuit. Puer cum suis eum, magno labore ac conatu luto extraxit. cæterùm eâ contentione, dũ trahit, & vicissim trahitur à bestiâ, tantum fatigatus est, ut subsistere cogeretur, pergere ulteriùs non valens. Ipse taurus pro semimortuo relictus, sensim recepto spiritu progrediens, pervenit in campum herbosum, beneq; irriguum, ubi hausit attendens pastui. nec multum in medio tempus, cum impinguatus incrassatusq; cepit terram fodere cornibus, & mugitus edere acutos. Diversabatur autẽ nõ longè hinc Leo Rex Belluarum, numerosum circa se habens satellitium Bestiarum omnis generis. Aderãt enim ei Leones & Vrsi, Lupi & Lepores, Pardi & Vulpes, Thoes & Lycopantheres, cæteræq; brutarum animantium species. Porrò Leo iste ex servili conditione, fortunâ quadam evectus ad regnum, haud dignus erat illo loco; ibgmatias, & perforatus nares; plane degener quidam, expersq; consilij. Hic auditis tauri mugitibus, soni minacis vehementiâ pereulsus miserè cepit æstuare, frangiq; animo: dissimulare tamen curavit formidinem pudendam, ne venerationẽ apud suos detectâ ignaviâ perderet. Stetit igitur uno in loco immobilis.

III. Apparebant autem ei familiari Accensorum ministerio Thoes duo, quorum alteri Coronato, alteri Vestigatori nomen erat. Versuti ambo, & solertes; sed Vestigator aliquantò astutior, praviq; animi; naturali flagrans desiderio res omnes usque ad intimum scrutandi. Is tunc Coronato dixit quid dicamus, O Sodalis, esse causæ cur hic Leo noster dominus immobiliter defixus præter morem obtorpuisse videatur? Huic Coronatus sic respondit: quid tibi cum hisce inconsultis interrogationibus? Enimverò nihil ulli nostrûm improsperi contigit, quo dolere debeamus. Sed ad fores nostri Regis ex officio apparentes dimensum eum fide quotidianum accipimus; in Regum autem arcana curiosos adjicere oculos, & abscondita imprudenter rimari, præter quàm caput, ac facultate nostrâ majus quiddam est: etiam periculo non vacat. Absiste igitur à talibus. nam qui vel agere, vel loqui suæ sorti non convenientia audebit, omninò patietur quod Simio evenit. Simius enim, ut ajunt, observans aliquando lignatorem dantem operam trunco findendo successivâ adactione duorũ cuneorum, quorum semper alterum ex eâ parte ubi laxabatur diductius rima, in angustiorem, & tenuiùs hiantem ligni fissuram intrudebat; sicque trunco intidens ab uno ejus capite ad alterum sensim procedebat: id, inquam, admirans Simius, explorare quid ageretur voluit. Ergo ligno; & ipse post fabrum inequitans inspectabat attentissimè: quando ecce discedentibus latiùs segmentis, fragmen quoddam acutissimum curiosuli se genitalibus infixit. Ille exanimatus acti punctu doloris ejulatum dedit maximum. Respectans ad sonum Faber, molestum interpellatorem operis plagis egregiè contusum, calce procul abjecit. nihil mitius impendet tibi si curiosus esse pergis.

IV. Ad ea reposuit Vestigator: jam noverã quæ mones. sed & illud scias velim: esse tamen præclarum attollere aliquando animum ab humilitate statûs sui, audereq; aspirare ad gloriam, cujus qui fiunt compotes, & Amicis gaudium, & invidis mœrorem de se ereant: quo quid præstabilius ac majus? Pusillorum porrò atque humi repentium animorum est, tenere se angustis finibus, eôtenrum esse modico quod adest, nihil ultra ambire. nam & canis osi aridissimo fortè occurrenti rodendo secnrè accubat. Verùm excelsioria vir spiritûs, acquiescere minimis, infimisque dedignatus, generosum in se digna persequẽda impetum expedit: velut Leo sequens Leporem, si obiter Camelus occurrerit, huic instat, pusillâ prædâ contemptâ. An nescis eanem quidem eaudæ adulatricis moten servili, panem cibarium eblandiri; seq; putare beatum, si nactus fortè sit: magnum contra Elephantem fastidiosè admittere bonos etiam ultrò oblatos cibos, nec nisi supplici vix tandem assentatione exoratum ad vescendum adduci? Apage sordidas angustias constrictæ in arctum mentis, nihil ultra necessarium affectantis usum: nec juvet adipisci, supra sortem erescendo, unde cũ fatur domi fuero in alios effundam, aurâ muleendus populari. Hoc viri est magnanimi, sublimia tentantis, liberalis: quem & si casus ante tempus præclara conantem fatalis afflixerit; perdiù tamen vulgò vixisse censeatur; tantum adjungente famâ spatio vivendi, quantum calamitas detraxerit. Isti autem quos narras minutuli, circumspecti, trepidè obnoxij, ad omnẽ motum folij paventes, sibi boni unis, vivunt inglorij; & cunctis ignorabiles, vel si annorum numerum à lævâ promoverint ad dexteram, in decrepito licet senio, mori pueruli videntur.

V. Occurrit his contra Coronatus: & ista, inquiens, quæ declamasti, nos quoq, o Bone noveramus: cæterùm sic habe: suam esse unicuique constitutam mensuram claritatis, atque fortunæ: quare qui inter honoratos, & ipse honore dignatus fulget, tectè sibi, ac

suæ

suæ quieti consuluerit, si pruriginem ambitiosam assurgendi altiùs compescens, in suo sedeat gradu tranquillus. quid ergo nos aliud quæramus, qui ambo gratiosi apud Principē in amplo ministerio versamur? eni hoc non est satis, nihil sufficiet. Atqui (ait Vestigator) omnes Aulæ, ac Regni, vitæq; adeò, ac mundi dignitates, in commune proponuntur præmia merentium, fructus audentium. Iraq; ranquam ad palmam in medio positam, jus arbitriumque cuique est currendi, & experiundi quid possit. Ex discrimine porrò generosi, & ignavi, patebit utrius alteri præoptanda conditio sit. generosus semper ascēdin ignavus continuè se deprimit. Cum autē, ut palàm est, arduum, laboriosumq; sit in sublime niti; facillimum verò, ac pronum deorsū tendere, nemo non videt quantò præstantius laudabiliusq; sit emergere in altum, ac surgere conari, quàm desidere patienter in imo. Igitur quis dubitet sequi quemque debere quod esse constat excellentius; nosque adeò vilis inertiæ damnandos; si modicis indormiamus, ad magna invitati. Equidem arripere constitui occasionem crescendi quam benignam offert ista formido domini Leonis, & tàm ipsius, quàm Cohortis, ac Comitatūs universi æstus, atq; incertitudo consilij. adire illum juvat, & percontando elicere quid cogitet. quis scit enim, an non indè mihi nasci opportunitas possit novæ cujuspiam dignitatis impetrandæ.

VI. Vnde autem (reposuit Coronatus) die amabo, tibi constat, æstuare, ut ais, & formidare nostrum Regem? nempe (inquit Vestigator) ejus animi sensus intimus mihi pellucet ex habitu, & vultu. Solertis quippe, ac ratione non frustrà præditæ mentis est arcana ex apparentibus intelligere, ultraq; superficiem conjecturæ ductu ad introspiciendum niti. Ad ea Coronatus; Tu verò, inquit, quo fundamento speras adepturum te gratiā Leonis, nihil ei unquam præcipuo studio gratificatus, neque artem callens illam multiplicem, ac spissam deliniendi sermone Regum animos, amoremq; aliorum in te vertendi: quippe qui nec ijs à Puero sis imbutus disciplinis, quas cum Principes liberali educatione perceperint, in ijs etiam requirunt, quorum familiari consuetudine se ambiri patiantur. Mirte ista quærere, Vestigator ait, dextri enim, & præsentis ingenij vir facilè in ralibus defectum educationis supplet, peritè disserendo naturali judicio de his, quæ non didicit in scholis: qui autem talis non est, is etiam argumenta tractans sui captûs, ac sortis, friget apud audientes, & spernitur. Sit ita sanè (respondit Coronatus) vineas omnes ingenio dum disputabis coram Rege: an tu putas solere Principes amplecti summo favore præstantissimum quemque? Atqui Vitis illi sunt similes; quæ pampinis suis cingit, ac stringit non optimas arborum, sed proximas. Favores Regis illis servantur, qui intimo ipsi diuturnoque convictu commendati, præcurrunt cunctis, præjudicio quodam antiquæ familiaritatis: à quâ tu cum longè hactenus abfueris, novus scilicet iste, etiam pro ignoto negligendus apparebis. Ad ea Vestigator: nec inaudita mihi, nec falsa, inquit, disseris; cæterùm, & illud novi istos, quos narras Regi esse intimos, primùm aliquando ad eū accessum habuisse, nunquam antea visos, & ex humili ad illam dignationē evectos: quid ni, & ego inchoem spem istam, & unus ex ijs evadere conrendam, qui deinceps familiaritate Principis honorandi sunt? novi autem, & ego methodum Regibus placendi; præceptis hisce vulgò celebribus contentam: fastum abijce, iram doma, contumelium sustine, cunctis cede. Hæc observans insinuabo me citò in gratiam Principis. Age sanè (Coronatus reponit) finge nunc primùm te admitti ad congressum quotidianum domini Leonis: quomodo te geres, ut ejus tibi cōcilies amorem? dicam, inquit Vestigator; Principio pernoscam indolem ejus, ac naturam, quò incliner, unde abhorreat: tum animadvertēs propendere ipsum ad aggrediendum aliquid utile, addam stimulos currenti, magnoperè autor fiam id agendi, quod vult, enumerans rei commoda, quæ ubi voti compos perceperit, me laudabit, uti providum, mihiq; assuescet fidere. quando autem cognovero ipsū aliquid exitu noxium tentare, dehortabor, periculum denuncians, sed blandè illud dextreq; faciam, ut offensionem vitem. Sic assecuturus videor, ut me Leo amet, alijsque præferat. Quemadmodum enim passim hominea picturā delectantur, naturam arte adumbrante, resque uti se habent exhibente oculis; ita Principes puto gaudere colloquijs eorum, qui momenta negotiorum, anceps teſq; ceptorum exitus, ipsis quæ sunt sermone repræsentare, ac quasi signare, providendo, præmonendoq; grate norunt;

VII. Tum Coronatus: quandoquidem istius, ait, consilij certus es, unum te admonebo: magnā tibi opus vigiliā cautionis: utique inchoanti negotium ambiguum multæq; obnoxium invidiæ. Audivi scriptum esse in libris Sapientum effata referentibus, tria quædam esse, quæ nemo prudens, libenter aggrediatur, nemo aggressus innoxiè obierit: tractare intimè cum Principe, bibere venenū, arcanum credere mulieri. Similia enim Princeps est vertici amœno illi quidem, uberiq; montis prærupti, protectiq; undiquè invijs rupibus; cujus apex supremus lætus graminibus, abundans pomis; sed & feris omnis generis lustra illic habentibus, infestus, aditus habet per præcipitia difficiles, commorationē periculosissimam. Vera mones, (ait Vestigator) sed qui non periclitatur, atque audet,

voto-

votorum compos, nunquam fit. magnanimorum est discrimen pro spe paciscì, circumspectantes autem omnia, nec certaminis ullius jacere aleam audentes, certa manet æternæ miseriæ possessio. Et hoc enim ego è dictatis Sapientum audivi: Tria esse, quæ nemo pusillanimis aggreditur; conversari cum Principibus, nave maria trajicere, pugnâ cominus lacessere armarum inimicum. Duas video stationes Viro magnanimo propositas, Aulas tegnantium, aut solitudines Ascetarum: sicut Elephantes partim in sylvis degunt, partim in palatijs aluntur. Hæc, quæ multa commemoras, ait sermonem abrumpēs Coronatus, me quidem de sententiâ non dimovent. tu abi, & fac ut vis tuo periculo.

VIII. Digressus sub hæc Vestigator, Leonem adiens, profundissimè primùm adoravit. cui Leo: Heus tu, inquit, ubi latuisti tamdiu? Respondit Vestigator: assiduè adstiti ad regias tuas fores, intentus in occasionem navandæ operæ in quopiam obsequio Majestatis tuæ. Scio enim vos magnos Reges interdum quibusdam egére ministerijs vilium personarum. nec rarò quosdam è fæce vulgi utilissimè cooperari negotijs maximis. Eoq; non aspernari Summos Imperatores, humilium quoque clientulorum prompta in servicium ipsorum studia: sicut cui prurit auricula, stipulam nonnunquam humo tollens, eâ uti non dedignatur in aure scalpendâ purgâdâque. Papæ, exclamat hæc audiens ad familiares Leo, quàm probum, prudentemque Virum hactenus ignoravimus! credo equidē; multi tales in occulto marcent: qui optimo publico in famam extrahantur: nimirum, ut prunis cinere obrutis ventus, aut casus aliquis opus est, per quem difflatâ sub quâ jacebant favillâ, lucem explicent suam, aereq; potiantur: ita hunc quædam demum fortuna congressus nostri in notitiam protulit, indignum profectò, qui latéret. Ex his ut sensit Vestigator, haud te displicere principi, tantò audentiùs subintulit: Vellem equidem, Domine, quod è re tuâ, & publicâ futurum arbitror, Aulicos ruos omnes proferre apud te candidè sensus intimos suorum animorum, & præsertim in occasionibus rerum gerendarum, quid convenire, quid expedire judicent edere. nam hinc fiet, ut & ab exactâ judicij tui censurâ, unaquæque sententia notam suo merito congruentem accipiat: & de personis ipsis, quid valeant ex bifce speciminibus solertię ac sapiēriæ cujusque, notitia cùm Principi, tum Senatui paretur, utrisque utilis ad plurima. Enimverò quoad semina varia terræ cōmissa in sinu arvi delitescunt, nullo adhuc germine foras misso, nec de qualitate ipsorū, nec de soli ubertate judicium ferri certum potest. idē planè usuvenit in ingenijs, quæ qualia sint ignoretur necesse est, donec arcanos cogitationum fœtus in lucem enunciando produxerint. Hinc vitabitur error imperantium publicæ pernicios⁹, dispensandi præpostetè præmia, officiaque mandandi, perversione multò ridiculâ magis, ac noxiâ quàm si tiaras pedibus, calceos capitibus aptarent. Probè enim perspecto cujusque captu facilè fuerit ornamenta dotibus cum proportione accommodare, vitatâ stultitiâ insciti⁹simi Gēmarij, quem ferunt Hyacinthum longè speciosissimum, & pretij maximi, palæ annuli plumbei vilissimæ indidisse, eoque facto, contumeliâ quidem indignissimâ violasse nobilissimam gemmam; plus tamen ipsi sibi dedecoris conciviisse. Tanti refert notos penitus Principi subditos, Imperatori milites esse. quippe successus negotiorum, & bellorum plerumque pendent è certo, & prudenti delectu idoneorum adhibitorum ad eas res gerendas, quæ si cuivis fortè occurrenti, & ignoto temerè commendentur, corrumpi, fœdoq; exitu damnari necesse sit. Universim autem promiscua, & inexplorata multitudo præclaris inepta facinoribus est. Palmę illustres, operumq; immortalium mansura in ævum decora, paucorum ferè, ac prævia notitiâ in experimenta productorum virtuti, atque industriæ debentur, Sic gemmæ parvulæ vastas saxorum, aut similis cujusvis materiæ moles usu, ac pretio longè superant. Quæ reputantem decet Principem, nullius sibi subiectorum quantamvis humilitatem, sortisque tenuitatem ita despicere, ut cognoscere quid intus habeat, non curet. Parva enim cum ad magna conferunt, parva, ut vulgò dicitur, esse desinunt. unde par est Reipublicæ Præpositum non eos solùm suâ familiaritate dignari, qui genere, aut opibus præfulgent, sed & eos admittere, quos animi, ac naturæ dotes instrumenta publicorum commodorum apta efficiunt; ac neque attendere ad eos tantùm quos circa se habet: verùm explorare longè, notosq; ac numeraros habere solertes, ac gnavos, ubicumque demum vivant; eosdemque in tempore accersere. Sicut enim, licet nobis propiùs nihil, intimeq; admotiùs, quàm corpus, & membra nostra sit, tamen cum hæc turbari morbo contigerit, medicamenta è longinquo requirimus, per quæ suum ijs temperamentum, & prior habitudo reponatur; Sic pigere dominantē non debet, peregre interdū quærere, qui Reipublicę cōsulant: quod sæpe domestici minùs possunt. Mures in Palatijs, & nascuntur, & vivūt: adeoq; ex eādem plerumq; penu eū Principibus vescuntur; neminē tamen vidi Principum, qui contubernales Sorices, quàm procul in sylvis ac montibus, & ortos, & educatos acciperes, pluris æstimet. Imò istæ licet in penetralibus genitæ alteque, sordidæ, ac furaces bestiolæ spernuntur; peregrinus ille ex suis agris, ac montibus propter utilitatem falco expetitur; perductus regiè pascitur,

Prin-

Principisque sæpe ipsius brachio gestatur.

IX. Hæc locuto Vestigatore, vehementer admiratus Leo, conversus ad familiares dixit: planè jam persuasus sum, debere Principem non contemnere Viros industrios & dotibus præditos præclaris; etiam si ex infimâ sorte ac fæce vulgi sint: sed tales & negotijs adhibere, & honoribus afficere, prout digni sunt; utcumque cæteri omnes id molestè ferant. Ea verba novum Vestigatori & fortius quàm priora argumentum fuerunt ad intelligendũ, bene affectum erga sese Leonem esse: ac non parùm propensum ad favendum ipsi. quare tempus id aptum ratus cumillo liberè agendi, seorsum ac sine arbitris conventum his verbis alloquitur: quid est, ô Domine, quod longo jam tempore immotus manes, nec ex loco isto in alterum transis? decreverat hæc audiens Leo dissimulare, respondendo, formidinem suam: sed eum fortè accidisset eo ipso momento ingeminari mugitus Tauri, tegere metum non potuit, quo est intimè consensus usque ad pallorem tremoremque manifestum. quare omisso tanquam inutili conatu celandi id quod sponte se prodebat, vereor nimirùm, ait, ne corpus bestiæ cujus isti mugitus sunt, magnitudini terrificæ hujus vocis proportione respondeat; adeoque tam vastum & validum sit, ut nobis imparibus ad ferum istud animal debellandum, necessitas incumbat ex hoc loco fugiendi. Subjecit vestigator: ne cõsternetur Domine hoc tonitru: inania enim plerumque terricula ejusmodi deprehenduntur exploratoribus ad liquidum. Quam in rem accipe quid vulpi contigerit. Hæc famelica prædam quærens, largam ex voto reperit in quadam sylvâ: sed ne securè vesceretur obstabat terribilis strepitus ex alto ingruens. nempe tympanum quispiam de ramo vicinæ arboris suspenderat: & motæ aurâ frondes ad illud allisæ fragorem edebant altè resonantem, & formidolosè minacem. Eo turbata misera vulpes saginam ante oculos paratam pinguis & copiosæ ferinæ, pressa licet acri desiderio edendi, attingere non audebat, timidè circumspiciens, sese contrahens, & ad omnes impulsus tympani (crebri autem hi erant adspirante vento) totis artubus contremiscens. durante longiùs ea miseriâ, consilio è re capto vulpecula cum observasset erumpere sonum istum horrificum ex arca quadam orbicularis formæ altè suspensâ, dedit operam, omnem, quod ajunt, funem movens, ut eam inde dejiceret. non frustrà. concidit enim tandem tympanum, & lapsu confractum est. Contingere id tum vulpes ansa, propiusque intueri, deprehendit cavum inane pelle tenui contectum; irridensque: Papæ, inquit: quàm mendax species falsumqi indicium tumoris est! ut turgida hæc vocalissimaque corpora inanijs intus exhausta vanissimis, ridiculè minantur, & risum debent!

Simile nos quidpiam, Domine, hodiè patiemur; fremitu quàm minaci, tam irrito animalis hujus territi. quin si jubes ad illud accedam, & explorato quid demum sit, ad te curriculo referam.

X. Annuit Leo, missitque ipsum. cæterùm statum eo profecto mœstissima ejus facti pœnitentia imbecillem instabilemque turbavit animum. quid egi, ajebat secum tacitus Leo, quod versuto isti nunc primùm noto me totum effudi? Atqui artium imperandi nulla nec postrema est, non fidere ijs quos diù superbè contempseris, non ambitiosis, non cupidis, non fraudatis mercede laborum, non opibus aut dignitate spoliatis. Hic vestigator ingenij, ut apparet, astutissimi, diutissimè neglectus à me ad meas fores inglorius jacuit. Et ego tali irritatum contumeliâ primo repentè congressu arcanorum imprudens meorum omnium festinavi conscium facere. quid autem attinuit præterea eundem ad Taurum visendum mittere, cum manifesto periculo, ne is ubi meum adversarium majorem ac valentiorem observaverit, contemnat deinceps me, quem eatenus tantùm honoraverat, quatenus nondum comparaverat cum potentiore. Hæc apud se reputanti anxiè Leoni supervenit vestigator à Tauro convento redux, quem Leo solum conspicatus, sumpto animo, dissimulatáque tristitiâ, compellavit in hunc modum. Expectatus advenis. age refer, quid egisti? Vidi, ait Vestigator, ut jussisti vocalissimum illud animal. Taurus hic est. accessi ad eum cominus, alloquutusque sum, nec quidquã ex eo damni, aut molestiæ accepi. quid tum postea? (Leo inquit) inde ne colligis imbecillum ad nocendum Taurum esse? an nescis violentissimos turbines parcere interdum humilibus arbustis, eosdemque procerissimas quercus imis extirpatas radicibus frangere? Ad ea Vestigator fidenter arridens; cave credas, inquit Domine, hujusmodi animal robustissimum esse. quin si velis sistam huc illud tibi, obnoxiumque ac sub manu tuâ stamam. delectatus promisso Leo, age sanè quod polliceris, ait, nihil mihi potius gratiùs facere. continuoque Vestigator regressus ad Taurum, dicit illi præsidenter: Heus tu, hic adsum ad Te missus à Leone, qui magnoperè mandat, ut continuò venias ad se: denuncians, si obtemperaveris, gratiam tibi se facturum neglecti hactenus ossicij, nec pœnas repetiturum eo meritas quòd tandiù in tantâ vicinia omiseris debitam majestati ejus venerationem reddere. Ais an negas? expedi responsum. nam si dubitas refero statim ad ipsum quidquid de te enimperii moras enim trahere non vacat. Ecquis autem (respondit Taurus) Leo hic est horum autor mandatorum, & ubinam habitat? Ad ea Vestigator: Rex est (inquit) magnus Bestiarum, & hic in propinquo castra metatus

sua

sua est, ubi stat in Augustali, numeroso circumstante ferarum exercitu, quibus imperat. Territus his Taurus secutus diceotem est, Leonique à Vestigatore oblatus, ei se humillimè subjecit. Hunc humaniter Leo excipiens, etiam percontatus benignè est de fortunæ ac rerum suarum statu. Retulit ex fide Taurus cuncta, gratiæque noo vulgaris apud Leonem locum iovenit. adeour hic ei bons omnia promitteret: eodemque jam nunc Ministro summarum rerum uteretur. Ac brevi Taurus eò pervenit, ut autoritate ac potentiâ longè omnibus Leoni subjectis antecelleret.

XI. Hæc eernens Vestigator acri livore zingebatur. Ac eum diù secum reputans voluttasset plurima, veterem tandem Sodalem Coronatum adiens, erupit in sinu Amici stomachum; & apud fidas antes ægritudinem animi arcaoaque consilia fateri ausus: & miraris, & miseraris profectò, inquit, me, qui tsm infeliciter operam locavi in conciliando Leoni Tauro, ut ipsi miser mihi exitium confecerim ingratissimis benefacieos. Sets quàm dextrè ac peritè discussi suspiciones, quæ Taurum & Leonem invieem commissuræ videbantur, gravi utrinsque periculo. Inde autem quid evenit? nempè ut illi per me conciliati, felices imperent, rerumque', me exclusó, potiaotur: Rege, cui eram exemi molestissimam, tam sibi utilis mei ministerij oblito; & ipsum illum priùs formidatum adversarium', postquam meâ industriâ sibi subjectũ habuit, in mei longè submoti locum ae dignitatem promovente. Video, inquir Coronatus; & sentire jam incipio non prorsùs vana monuisse me, eum illa quæ dudùm audisti, aggredi ad hoc negotium Tibi patanti, differueram. quid autem circa ea quæ nunc iustăr consilij capis; quidve paras agere? volo, inquit Vestigator, in pristinam reponi gratiam, recuperareq; dignitatẽ interversam; & spero viam ad id aliquam inventurem me, tria faciendo quæ Virum prudentem agere coovenit. Hujus enim officium est, primùm considerare quæ ipsi evenerunt boua malsque: ac causis utrorumque depreheusis, illa quidem fugere unde orta sibi mala comperetit; ea cõtra sequi ac procurare sũmo studio, quibus se senserit adjutum. Inspicere deiode idem, attenteque debet perpendere, quæ ipsum præsentia circumstaut commoda ineommodaque; totoque nisu conari illa quidem tenere, sibique asserere, hæc autem quàm longissimè avertere ac propulsare. Postremò in futurum ipsi consulendum est. In his ego dum animum verso oon segniter; sic reperio tandem, subductâ consiliorum summâ, planè mihi occidẽdum dolo quodam Taurum esse: sic enim & iter apericos ad recuperationem potentiæ prioris optimè mihi consulam, & Leonem ipsum novo beneficio deviucism. Hoc postremum quod ais non intelligo (inquit Coronatus) nam ut beneficium Leoni esset cędes Tauri, oporteret hunc incommodare illi, quod contra est. oam ex quo Taurus Leoni servit, satis bono, or videtur, loco res hujus sunt. Falleris (respoodit Vestigator) contemptibilem quippe se Leo, & per hoc infidijs opportuoum, apud suos omnes reddidit, isto nimio in Taurum studio, quem inconsultè cunctis prætulit. Sex autem errata Regum sunt, quibus autoritatem perdunt, & gladios rebellium in se acuunt; Primum est ibi resolvi in lenitatem flaccidam, ubi austera severitate opus fuerat. Secundum in contrarium extremum peccans; ibi se ferocem & implaeldum præbere, ubi mansuetudinem, & speciem elementiæ affectari res poscebat. Tertium, non dare ipsos operam, ut eruditorum, prudentum, fidorum semper apud se consiliariorum copiam habeant. Quartum permittere digladiari inrer se subditos ac in factiones scindi. Quinnum noo moderari affectibus, sed cupiditate, libidine, ac præsertim irâ efferri se sinere. Sextum denique, non iovigilare jugiter intentos eos io contingere plerumque solitas mutatiooes temporũs & adversum casus omnes, quotquot existere quavis conversione possiot, non ex longo providisse idonea præsidia, parataque ad manum tenere.

XII. Quomodo verò poteris (ait Coronatus) Taurum circumvenire multò potentiorem Te, Amicorumque ac Clientum validis opibus subnixum? Respondit Vestigator: ne contemnas, heus tu, o imium teouitatem & imbecillitatem meam. Victoria, si nesois, oon est alligata lacertis ac robori: sæpeque vidimus valeotiores ab infirmioribus prostraros. Ad ea Coronstus: Vera loqueris, ait, sed vide, ne ubi perpetraveris quod paras, io perniciem laborasse te propriam serò iotelligas. multis enim paria machinatis id contigit: & tanti est quædam hic ejus generis exempla memorasse. Ascetæ cuidsm solitudinis suæ pertæso accedere libuit ad Regiam, & ut ibi est solitum, opes assentatione emndinari. oec voto excidit. delinitus enim ejus obsequijs Rex magno eum numero dousvir conchyliatorum stromatum, & vestis attalicæ summi pretij. Redijt oousus opimâ prædâ solitarius avarus in sunm Rnsculum; & magno fructu se peceatsse contra professiouem suam in sinu gratulabstur. Breve gaudium id fuit. Latrunculus re cognitâ Seoem adit. oarrat sessum se Mundi tumultuum, appulisse animũ ad desiderium vitæ tranquillæ; atque adeò, ipso, si dignaretur, Magistro enpere ponere tyrocinium Sanctioris disciplinæ: sic enim considerati s comparatisque mulris, statuisse, haud se posse alibi reperire perfectius exemplar virtutum egregiarum, cuique intueodo exprimendoque imitstione, utiliùs attenderet.

tet. Quid multa? admittitur, simulat studiū, fidem facit synoeræ voluntatis. ac paucis diebus facultatem nactus quam volebat, convasatā Senis supellectile strenuè aufugit. Ictus damno Solitarius dat se in viam ut furem quæreret. Apparet eunti primum omen, commissa in agro pugna arietum duorum, magnā irā, lateque resonante collisarum somitu frontium, incursantium invicem. Vulpecula sono excita utrique insidians accurrit, & dum eventum expectat, sibi, ut sperabat futurum urilem, tanti certaminis, interim sanguis largè fluens è vulneribus pugnantiū illi salivam movit. Quare accedens cepit fingere, auspicariq; quasi promullidem uberioris mox affluxurę cœnæ. Verùm illi carò constitit sua cupiditas. nam acti furijs iræ tecrudescentis ambo æmuli, dum infesti se mutuò imperunt, vulpem fortè incurrentem mediam vehementissimo capitum allisu contriverunt.

XIII. Pergens Asceta cepto itinere noctu in Vrbem devenit, ubi tali horā, eum nullum aliud pateret hospitium, divertere in meretorium cogitur. Tenebat domum illam meretrix iratæ militi ventitare illuc solito, quod is se fastidirā, pedissequam ejus juniorem nec illepidam cepisset adamare. quò non adigit Zelotypia quos occupat? certa mulier occidere ingratum Amasium, quæsivit secum modum id indeprensè, ac per hoc impunè faciēdi. Timebat indicium cruoris si ferro conficeret; livoris, si laqueo; extantium in cadavetibus argumentorum veneni, si toxicum propinaret. Excogitavit ergò aliquid valdè callidum, quò pestem in miseri penetraret viscera, sine signo extrā prodeunte, perempturam. Indidit cavo calamo utrinque pervio pulveretem malificentissimæ virtutis, qui quidquid contingeret statim aduteret. Tum vocatum dissimulantissimè Militem cœna excipit sane lauta, mox mero sopitum sic aggreditur. Alterum calami caput (sit honos auribus) podici decumbentis in latus, inserit. ipsa os impurissimū ministerio se digno adhibens, admovet alveti rubi extremo, impulsura spiritu lethiferum pollinem in alvum exosi. Vix labijs cānam ambierat, cum erumpens è ventre Saturi fœtidus flatus nocentissimum cinerem in fauces Lupæ venefice, ac penitus intrā gutturem ejaculatur, & videlicet momento, sic petire dignissimam, enecat. Vidir illam curiosus Asceta per rimam ostij prospiciens, exanimam cadere: unde collectis properè sarcinis è funesta domo ante diluculum occupat fugere. Ambulavit hinc toto die postero, casum reputans: & vespere incidit in Coriarium latis humanum, qui reveritus Hospitem, deduxit domum, uxorique commendavit, excusans; se condixisse Amico ad cœnam. Habebat Amatorem conjux Coriarij; & sequestra flagitiosi commercij vicinā utebatur, uxore Artificis umbellarum, cui tunc in aurem, secura hospitis: curre, ait, Amico nuncia tempus esse veniendi cum vir abest. Fluxit inde sat multum spatij, morante, nescio quam ob causam, Adultero: qui ubi tandem ad fores astitit; ecce jam redux Coriarius domum intrabat. Multum is vini cœnā illā exhauserat, nec constabat plane sentibus. tamen tali loco & tempore compti juvenis occultus haud temerè suspicionem movit. Temperavit nihilominus facto dictove graviori, & illum modo torvè intuitus, in ædes se penetrat, portās intus acre jurgium ad uxorem; quam, ut primùm apparuit, plagis contusam ad lecti fulcrum alligat; ac repente, quod dudùm poscebat gravatum mero caput, somno se tradit. Srertente jam viro, vocat susurro mulier propè latentem lenam. Et amabo, inquit, solve tantisper me, teque vicariam ad breve spatium his commoda vinculis. admonebo è fenestrā paucis verbis Amasium, extra ut tute indicasti præstolantem; nos hic ejus causā vexari; quamprimùm abeat, & suspiciones vitet; moxque hùc me ligandam iterùm reddam. necesse autem est hic mei loco perstare te, ne ille, si fortè, evigilans, & sugisse me sentiens, erumpat in furias, dictū, factum. At ecce dum morantur Adultera, Coriarius expergiscitur, uxorem vocat. Lena ne voce deprehendatur, silet. iterùm, tertiò, eò tentiori semper sono nomen inclamat. Surdo canitur. Ad extremum vociferatur excādescens; quæ hæc, malum! contumacia? simulque arrepto per tenebras cultello, negantis, ut putabat, contumeliosè responsum uxoris nasum abscindit. rursusque prægravante crapulā soporem repetit. Redit uxor. Adultero dimisso. ejulatumque magno conatu prementis lenæ locum & vincula resumit, ipsā domum cum naso in manu remissa. Eā digressā incipit vafra mulier clarā voce invocare Deos omnes, testes innocentiæ sulieet suæ. ac de industriā sono tanto qui posset sopitum excitare, ventilatum superstitionibus tritas formulas sine fine replicat. Excusso hisce clamoribus somno indignatus vir, non cessabis, inquit, obstrepere vel malo domita trivenefica? si pergis, post nasum linguam excindam. non prius quidem, inquit illa, quam ex hāc audacris: virtutem meam cœlesti esse testimonio probatā; nam exorati justis meis precibus Dei, nasum mihi à re impiè truncatum reddiderunt. Perculsus dicto vir raptim exurgens lychnum accendit, & nasum uxoris, cujus exsecti cruore manus adhuc habebat infectas, sine cicatricis vestigio sanum videns, sanctam ipsam & Dijs suo merito caram; se reum & vitā indignum profitetur obnoxiè. rundit ad hæc pectus, in genua procidit, veniam rogat, æternum amorem venerationemque pollicetur.

XIV. Lena interim misera, dormientem, noctu

nocte utique concubiâ, domi virum nacta; assidebat gemens jacentis lecto, solicita, quâ causam allegaret deprehendendi mox vulneris. Dum multa deliberat, & nihil expedit, signo admonitus familiari secundi Gallicinij umbellarius, strato se proripit; ac inter sumendas vestes de more uxorem excitans: cedo, inquit, da in manus quamprimùm in officinam ad opus profecturo instrumenta laboris nostri. utuntur umbraculorũ è pellibus Sutores, prærer acus, & forfices, similiaque, brevi præsertim sed lato cultro, semilunaris formæ, cum manubrio à tergo, rotundo nec longo, quo arrepto pelles super tabulam extensas incumbendo, & semiorbicularem culteri ambitum gyrando, secant; novaculam Coriariam dixeris. Hanc unam ex omnibus, poscenti artis organa Marito, perrexit in tenebris uxor obtrudere: excipiente contra illo, da cuncta simul in unam collecta cistam, non hoc instrumentum solum peto. cum aurem illa nihilo secius tertiò quartoque cultrum semirotundum oggereret, ille impetu præceps iræ furentis, Dij te perdant perducantve in malam rem cum tuâ isthâc novaculâ, quam in caput tibi, ut digna es, remitto, quando istum placet ejus, tanquam pilæ, ad me usque missitandæ, ludum ridiculum ludere. Hic arrepto ad votum tempore Mulier, acutissimè vociferatur; heu nasus! heu nasus! Excita sonitu accurrit Vicinia cum facibus, vident nasum mulieris à facie recisum: tollunt jacentem cultrum autorem, ut putabant, vulneris. accersitus Ædilis cum lictoribus, virum frustrà causantẽ tenebras & errorem, tanquã immanis carnificinæ compertũ abripit, lege utiq; plectendum. crebrescit tumultus toto vico; inquietatur vel maxime Coriarij domus; hujus uxore, quo suum magis dedecus tegeret, admirari se maxime indignarique simulante. At secum Solitarius, itane, inquit, in singulis hospitijs tragœdias inveniam! Præstat domum reverti, desperareque recuperationem ablatarum furto vestium. Sed priùs obiter convenire Regem placet, ut eum meæ pœnitentiæ testem adhibeam. Ad Aulam pervenit. admittitur. affatur Principem his verbis: Peccavi, Domine, cum Eremum Vrbe Regiâ mutavi: cum eblanditus à te munera, libens gratulansque domum tetuli: non talia pollicitus, quando in hanc Sectam nomen dabam. Sed peccatum lui circumventus furto domestico ab ementiente Asceſim, sicut ego vitam Anlicam contra Institutum affectaveram. Spoliato & requirenti rapta, biduò plurima contigerunt, quæ me docerent: invigilare Mundo providentiam, id sedulò agentem, ut in perniciem Autorum pravè acta recidant. Hic Regi narravit quæ hactenus dicta sunt: sicque continuò colligens intulit. Avida vulpes ingluvie sua perijt: venefica meretrix in scelere ipso pœnam invenit: temulentum & irâ præcipitem Coriarium suus error ultus est. Lena proprij nasi jacturam nundinandæ alienæ pudicitiæ pretium tulit. denique umbellarum Artifex, justum sub falsò crimine supplicium passus est, ob non prohibitam lenocinio uxorem. Verè ita est: male consulta in caput male consulentium recidunt; quisque damno suo peccat; quæ facimus, patimur. Refero me in meum Angulum, satis edoctus his successibus: qui cupiat vivere ut vult, ei cavendum seriò esse, ne agat quod non decet.

XV. His expositis, concludens sermonem Coronatus, familiariter conversus ad Vestigatorem, ait: Vide post hæc exempla quid de te statuas. Ego quidem male metuo, ne quæ in Taurum te machinari significas, tibi potissimùm ipsi noceant. Illi statim Vestigator reposuit: non iverim inficias, vera esse quæ dixisti: tamen & ego verum illud commemoraſſe me Autumuo, quod iterùm affirmo: Sæpe potentiores ab Infirmioribus vinci. Argumento Serpens & Cycnus sint: non longa est nec ineelebris fabula. Corvus inquilinus vetustæ arboris in monte, luculentam quotannis injuriam patiebatur à Serpente in cavo ejusdem arboris trunco nidulãte. Cum enim more avium Corvus suos vernâ tempestate pullos exclusserat; eos etiam adrepens Draco devorabat, captato astutè tempore, quo necessarijs aliò digressus cauſis, à nido Corvus aberat. Hoc iterùm & tertiò sæpiusque factum Corvus, ut par erat, agerrimè ferens, consilij causâ Thoem quemdam Senem, multæ prudentiæ famâ inclytum, adijt. Ei cum exposuiſſet quæ passus erat, proponebat quæ cogitarat: Ego, inquiens, quò simul damna ulciscar præterita, & futura prævertam, decrevi, nisi tu secus sentis, observare quando inimicus Draco dormiat, tuncque sine strepitu accedens, oculos illi rostro effodere. Ad ea Thos vetulus: non hoc tentabis, inquit, si me audies. magno enim malo tuo tentares. Et vigilantissimus, & facillimè, si quando cõniveat, excitabilis Draco est: habetque semper in promptu arma nimis expedita in cominus accedere ausos, dentes & venenum. Cumulares graviori tuâ clade jacturas priores, si aggredere quod dicis. Quare aliam tenseo adhibeas machinam; quâ hostẽ queas, citra tuam ipsius perniciem, perdere; ne patiaris quod Cycno contigit. Ferunt enim Cycnum quendam stationem habuiſſe percommodam propè stagnum plenum piscibus, quorum prædâ quotidianâ vixit ad senectutem usque lautissimè: sed tunc debilitate gravis ætatis, non amplius piscationis labori sufficiens, ascendit famelicus in montem, ubi fortè obvius cancer: cur re, inquit, Cycne solicitum præter morem mœstoque similem video? quid ni ait ille solicitus sim & mœstus qui cum hactenus fruerer opibus piscosi, cui

assidẽ-

affidebam, lacus victum suggerentis copiosissimum, audivi hodiè Piscatores consulentes inter se se sagenasque comparantes quibus totum everriculo stagnum exhauriant, nullum ne ad sobolem, quidem pisciculum teliquum facturi. Hæc cancer audita piscibus retulit, indicans pro amicitiâ periculum. Illi sanè conturbati Cycnum adeuntes affati sunt in hunc modum: Etsi te nobis Adversarium scimus tamen quia prudentiâ præstantem cuudem te novimus, non dubitamus ex te quærere consilium, quod tunc etiam ab hoste non stultè petitur, quando in re utilitateque communi consulentium pariter & consulti, deliberatio versatur. Age quid censes optimum factu quò istam nobis communiter exitiosam omnibus Piscatorum conspirationem eludamus? Equidem, Cycnus inquit, postquam ad omnia me verti, nihil opportunius repetio quàm fugere infestum locum, & migrare vos omnes ex hoc lacu in aliam ignotam inviamque hisce prædonibus paludem, ubi cũ satis aquæ subsit, ne illi supernatent piscatoriæ cymbæ, extantes prohibent arundines. novi locum, & eò qui volent vestrum, non gravatè transferam. Oramus te, acclamant voce unâ pisces omnes, exhibe quod offeris, nosque hinc amove. Et ille: vereor quidem ut non serum auxilium sit: ita festinare piscatores video: tamen pro virili contendam. His dictis piscium aliquos majorum certatim se præbentes arripuit, tanquam deportaturus in promissum stagnum; eos autem, simul à cõspectu abscessit, in loco seducto devoravit. Tum quasi gestatione perfũctus alios, alioqui similiter sumebat, similitet absumebat, subinde rediẽs. Tunc cancer, multis jam, ut putabat, in tutũ subductis, sui quoque, qui causa cæteris beneficij fuisset, ratione haberi, Cycnum rogans, petijt. nec ille abnuit. deportavit autem & illum in macellum suum, ubi piscium perfidè ab illo comestorum tristes reliquiæ jacebant: ac dissimulatione dimissâ, se ad eum quoque vorandum accinxit. Territus cancer & spectaculo & periculo inopinatissimis, tamen constituit non deesse sibi, nec in miserimâ licet circumventione inultum se opprimi sinere. Iuvitque sors audentem; nihilque aliud nisi mortem non ingloriam isto repugnandi conatu capranti, vitam etiam victoriâ inclytam concessit: siquidem cancer chelis suis artè complexus robusteque comprimens Cyeni collum, ipsum frustrà reluctautem strangulavit. Hæc eò pertinent ut intelligas, Corve, alijs insidiantem non rarò incidere ipsum in foveã quã fecit. Quocirca magnoperè autor tibi sum ne propiùs te ad moveas astutissimæ ac nocentissimæ bestiæ, docebo te autem rationem ei certò, & graviter, & sine tuo periculo nocendi. Rape quâ vales arte, è domibus ac scrinijs Hominum aliquid ipsis pretiosum, illudque ita in cavũ iuvisi anguis conijce, ut laciniæ similiave indicia exteriùs prodeant. Fiet inde, ut rei amissæ Domini, signis hisce admoniti, dum quærunt anxiè, latibulum id pervadant, maleque mulctent deprehensum in eo subsessorem tuum. Fecit corvus quod suadebatur, magno suo lucro. nam sic occiso, manu & armis hominum Dracone, hospitium deinceps suum nullis infestum injurijs insidijsve habuit.

XVI. Hæc fusiùs apud te, subjungit perorans Coronato Vestigator, Amice, dissẽrui, ut ostenderem pluris esse prudentiam, quàm robur. At Coronatus; rectè ista, inquit, diceres si robur Taurus solertiâ destitutum obtineret. Atqui idem præterea prudentissimus est. Verè, ait Vestigator, & hoc loqueris. cæterùm & nos aliquid valemus in hac parte, quò non immeritò speremus prævalitura quantælibet sagacitati ejus artificia nostra; passurumque illum tale quippiam à nobis quale olim Leo quidam à lepore; dejectus ab eo tantò infirmiore ac perculsus: ut mox audies. Incubabat regioni lætæ pascuis, & per hoc omni animantium genere referta, ferus quidam Leo, quotidianis latrocinijs agens ferensq; miseras bestias, adeout anxio eõstrictæ metu, frui copiâ nequirent quã soli ubertas suggerebat. Ergò illæ consilio habito legationem ad eum decernunt hujus sententiæ: Omnes te Dominum agnoscimus; & ut tali studentes, rationem exquisivimus quâ & tu laborem venationis leuerifaceres, & nos, quod tuâ etiam interest, pasci citrà consternationem, atque ita pinguescere possemus. non recusamus enim, quando hæc tua & nostra fortuna est, quin carnibus ut soles, nostris epuleris. Conditionem ecce igitur tibi ferimus utriuque commodam. ut tibi unum è nostris corpus in cibum mittatur: tu autem eo diurno contentus, fatigare te, ac terrere nos desinas. Placuit propositio Leonĩ: delncepsque quotidianâ sortitione designatum animal unum, à delecto ad id publicè Ministro deducebatur ad Leonem. Post multos dies sorte damnatus lepus sic in concilio bestiarum est locutus: Si me non fallit animus, & Deus cogitata fortunet, liberabo vos gravi onere tyrãnici tributi; modò quod peto, facillimum concessu, impetrem. Iusserunt omnes dicere quæ vellet. Et ille: postulo, inquit, duo ab eo qui me de more ducturus ad Leonem est: primum ne me urgeat in viâ: sed me arbitratu meo moderari gressum sinat: alterum ut cum propè accesserimus ad Leonis specum, deliteſcat ipse; nam me apparere oportet solum, ut quæ destinavi successum habeant. utrumque haud gravatè datum. & quod benè verteret imperatum Ministro publico repræsentatori tributi est, ut lepori quę vellet obsequeretur. Postridiè proficiscũtur, moras de industriâ nectente lepore

quò quam tardissime se sisteret. Leo interim horâ dudùm prætereuntem consueti pastûs, fame irâque stimulantibus impatientissimè furebat. eum offert ecce illi se sub vesperam solus præter morem lepus. cui ille: quæ isthæc malum perfidia est, inquit, docebo ego vos pactis stare. Plura dicturum & irruentem, interpellat demississimè supplex lepus. Si me audis, Domine, quod tua scire magnoperè interest, dicturum; non solùm ignosces nobis, sed & laudabis fidem nostram. obvium se venientibus huc nobis tulit Leo alius, qui ductorem meum me majorem arripuit; ac contestantibus enixè nobis; comeatu nos tuo ac jussu debitûm tibi vectigal pensuros proficisci, nihilò ille secius peregit quod ceperat, contumelijs etiam ac maledictis, quæ in caput ejus vertât, incomiciare re ipsum ausus. fugi ego: quid enim poteram aliud? & magno circuitu, laboriosisque latebris, huc tandem, ne promissum tibi dimensum vel semel deforet, quam primùm licuit securri. Turbatus irâ in æmulum vehementissimâ superbissimus Leo: potes, inquit, me ad istum latronem ducere? Possum, inquit Lepus, nec longè abest. Statimque præiens sistit Leonem ad os putei, quem in vicino situm observaverat. conversusque, ibi, inquit, habitat: Inde ad nos erupit. inspice sis, statim videbis. despectant ambo simul, & aquæ superficie imaginem intuenti Leoni propriam reddente: non vides, inquit opportunè Lepus, contumacem & ferum? is ipse est contemptor tui, vectigalis inreverfor, devorator Ministri publici. non tenuit imperum iracundiæ ulticis ea ceroens audiensque Leo: sed fremitu statim immani, velut in hostem irruens, aquis putei haustus & suffocatus interijt; Lepore cum accito è latebris ductore, salvis ad suos redeuntibus, ac magnis ipsorum gratulationibus exceptis. Ad hoc exemplum confidò me quoque persuasurum Tauro quæ illum stultè credulum in exitium præcipitent.

XVII. Tu verò ait Coronatus, siquidem quod dicis potes; providere tamen, priùs quam id aggrediatis, debes, ne quam machinaris Tauro pestem; ea cum Leonis Regis nostri pernicie aut incommodo conjuncta sit, denuncio enim tibi, me cæteraque animantes quæ sacramento Leoni diximus, non permissuros (nec enim salva fide possumus) Domino nostro quocumque prætextu te nocere. Quare cum, quo loco res modo sunt, tam necessarius Leoni regnanti administer publici regiminis, tolli de medio non possit sine gravi imperantis damno, revoca dum licet rebellè propositum, teque in subjectionis officio contine. His Vestigator auditis, quievit adhuc dies aliquot. Post quos Leonem adiens affectatâ mœstitiâ cogitabundus, ab eo rem mirante audivit: quæ te causa tristem facit? An tibi quod nolles aliquid accidit? Et ille: accidit omninò infandum & funestum tibi juxta mihique quidpiam: atque illud ejusmodi quod quia tibi fore auditu molestum scio, ab eo indicando deterrebar equidem, metu offendendi aures tuas indicio ingrato: tamen ubi meum flagrantissimum salutis se prosperitatis tuæ studium consulo, potius habendam cspitis quam aurium rationem judico; nec dubitandum tuæ imminens vitæ periculum avertere, vel obtrudendo, cum ita opus sit, fastidio inauspicatæ mentionis. Quare tuâ, Domine, sapientiâ rem dignam feceris, si me patienter audies ea referentem quibus clarissimè perspicias, & meam in te synceram fidem, & eorum perfidiosas molitiones, qui summis tuis beneficijs malefacta rependere nefaria cogitant. Atque ego in procinctu delationis necessariæ, non ignarus artificiorum simulationis, facilè video in quantum me discrimen projiciam; petiturus nisi persuasero quod dicam. Erumpit tamen iuratæ tibi fidelitatis officium trans minas formidinesque omnes: subigitque aleam jacere infortunij quantivis; dum tibi, Domine, cujus ore venerabili spiritus hic meus trahitur, vel meo exitio consulam: ac quocumque successu aperire audeam, quæ nisi prænoveris, ultimam à te elsdem (Dij omen averruncent) frustrà conaberis depellere. Erit solatio conscientia tali causâ pereuuti: nec generositas imprudentiæ culpabitur, utique autoritatem secuta Sapientum, quorum vulgò celebre probatur dictum: nec à subdito benevolentiam Principi, nec ab ægro morbum Medico, nec à paupere inopiam diviti amico abscondi unquam oportere. Accepi ergò à quodam fide digno, Taurum Proceribus sibi obnoxijs clam convocatis dixisse: experimentum cepi sat longo jam usu fortitudinis & prudentiæ Leonis; comperique utramque mediocrem, ne modicam ac nullam verùs dicam. Ex hoc ejus exordio divinavi statim quid sceleris ac monstri reliqua parturiret oratio. Minimè videlicet obscurum est hanc ejus impudentiam eò prorumpere, ut te, qui eum exulisti in fermè parem tibi honorem, nefariè deturbare de solio contendat, tibique extortum imperium arripere. Oportet autem Reges subitò ac senserint machinati aliquos regnum ipsorum juvadere, præoccupare strenuè nefaria consilia, dejicereque maturè perfidos, nec committere intempestiuâ lenitate, ut sceleratissimæ molitiones iguavâ nutricatæ patientiâ valentium principijs obstare, adolescant in vim deinde majorem, quam ue ei apertum in conatum erumpenti, queat obsisti. Cujus laudatæ, atque ad probrum in infortunio vitandum prorsus necessariæ cautionis, duos quosdam gradus video, provisionis celeritate differentes. Prior multò ante odorata periculum, huic adhuc longe posito securum effugium præverit. Altera

cautio

esutio segniùs satagens ad indicium insidiarum primum, admoveri se sinit discrimini: cæterùm in arctum coacta summo tandem conatu salutem expedit. Ab his tertia est ingloria classis inertiæ cõtemptissimæ, opprimi se per somnolentiam patientium, immiserabili apud omnes conditione; quippe quorum exitium dedecore socordiæ cumulatum, nemo est qui non ipsis meritò evenisse fateatur. Imaginem in exemplo proponam triplicis istius ordinis. Lacuna erat brevis amni vicino commissa, in quâ tres habitabant dissimilis inter se qualitatis pisces. Primus erat prudentissimus, alter non prorsus hebes; tertius stolidissimæ compertus insciticæ. Piscatores ad lacunæ oram auditi ab omnibus sunt cum palàm condicerent horam certam, qua everriculo piscinam totam scrutarentur. Admonitus illa voce primus pisces, periculosâ subitò excedens statione, in fluvium se transtulit. Secundus moras adhuc in loco traxit, quandam voluptatem sequens: quoad jam expeditis retibus adorti negotium Piscatores agere ferreque lacunam ceperant. Tunc ille vel serò sapiens, intereluso jam exitu in flumen, mortuum simulans, resupinus fluitavit, successu stratagematis non infausto. nam extinctum eum unus Piscatorum putans, manu prehensum projecit in fluvium, ubi confestim ille socijs gratulans narravit, mortis se simulatione vitam redemisse. Tertius implicitus reti temerè cespitans, ac sursum deorsum cæcis motibus impingens, stultitiæ pœnas suæ captus dedit. Similia patietur quisquis denunciato indormiens periculo, neglexerit vel tempestivè prævertere, vel solerter eludere insidias fido indicio præcognitas.

XVIII. Percipio quod dicis, Leo ait: sed non puto Taurum, nihil à me passum mali, dolos contra me moliri. Contra Vestigator: Hoc ipsum, inquit, nihil à te mali passum esse Taurum, ipsum impulit ad insidiandum tibi. nam illum supra omnes efferens, id egisti, ut te solum intueretur, quippe quem unum haberet supra se, depositis infra cunctis reliquis. Est autem natura improbarum mentium, præsertim ambitione corruptarum, quidquid oculis objicitur splendidum omni vi prensare, ac toto conatu insequi ut arripiant. Ex hoc genere Taurus, etsi per tuam summam indulgentiam solium jam fermè unum attigit, supremæ tuæ autoritatis particeps in liberâ rerum administratione factus, non tameo id illi sufficit: sed & te collegam indignatur, solusq; imperio potiri studens vias ad id obliquas parat, malè sibi conscriorum more, nunquam rectà tendentium, per amfractus semper ac circuitus grassantium. Eò tendunt assentatiooum artes, & affectata simulatio obsequij, nec speres incxplebilia desideria talium dando satiare: quò plura congesseris plus appetunt: ut ignis fit voracior accumulatione materiæ. nec recta hujus flammæ via est: in omnem partem fumosa sese vibratæ replicat. Sic istos pravos astutosque assiduè circumagunt caliginosę ambages malitiæ versutæ. ut caudam canis naturâ inflexam, si quis filo ligatam in directum extenderit, haud duraturam ei rectitudinem tribuerit. Illa enim statim ac se relaxaverit contentio tranentis, obliquitati se reddet innatæ. Sentio quod initio prævideram, haud tibi placere quæ memoro. Cæterùm nec pharmaca ægroto placent. tamen nisi ea deglutierit, vitâ excidet. carenusque illi benevolus est medicus, quatenus ingrata præcipit, qualia languenti salubria sola sunt. Ac sic habe: optimum esse subditum, qui non ad gratiam servit: Amicum, qui utilia non blanda consulit: negotium, quod felici exitu claudatur: laudem, quæ à bonis datur: Principem præsidentia non turgidum; divitem non nimis attentum rei; sodalem non contentiosum. Dicitur & hoc vulgò ac verè: optabilius esse supra prunas cinere opertas, aut super viperas incedere, quàm habere in contubernio insidiantem vitæ suæ.

XIX. Hæc magno ardore differentem Vestigatorem intuens placidè Leo: benevolentissimè tu quidem, ait, verum erudà quædam & auditu dura ista memoras. Sed demus ita esse de Tauro, ut refers, tamen herbivora bestia, quid nocere mihi carnivoro poterit? natura illum meæ gulæ vestigalem fecit. ego nisi lactuca fiam aut malva, dentes illius timere non debeo. Hic Vestigator: ne erres, inquit. Domine, haud solidam habet basim ista fiducia. ultrò fateor: Taurum per se haud idoneum ad te deturbandum esse: verum quod per se non potest per alios faciet aut de industriâ concitans in te populum, aut occasionem rebellioni præbens, odiosum te reddendo. sicut aliquando pulex acrius pungens sopitum hominem causa pereundi pediculo fuit juxta ipsum modestius ex eodem ubere sugenti. Experrecti enim manus eo accurrens quo sensus doloris traxit, pulicem quidem celeri saltu avolantem corripere non potuit: alium illum tardiorem, nec morsûs somnum excutientis autorem, alienæ injuriæ piaculo mactavit. In summâ sic colligo: peregrinanti per ignotam regionem certissimis pignoribus debere constare de fide ac syncerâ benevolentiâ ejus cui se ductandum tradit. Persuasus his sermonibus Leo: quid igitur, inquit, agendum est? cui Vestigator: dens putrefactus non aliter curari quam evulsione potest. & cibus corruptus gravans stomachum, nisi vomitu ejicitur, occidit. dicam igitur Tauro, Leo inquit, ut recedat quò libitum fuerit. Apage, ait Vestigator (metuens ne congressu Tauri cum Leone sua malitia detegeretur) cave feceris. ille quippe tali tuo sermone sentiens suboluisse tibi quidpiã

de

de arcanis ejus in te molitionibus, properabit exequi quod sensim machinabatur. quæ causa prudentissimis Regum est, publicè quidem puniendi palàm convictos scelerum: compertos autem coitionum occultarum, clam de medio tollendi. Atqui, respondit Leo: Princeps qui ex suspicione supplicium repræsentat, si postea enotuerit sine causâ suspectum fuisse quem malè mulctaverit, magnam injustitiæ subibit invidiam. ne timueris hoc quidem, reponit Vestigator. tam certis enim indicijs Tauri malitiam perspicies, ut periculum nullum sit, ne is circumventus per calumniam videri cuiquam possit. Voca modò illum & observa nutus ejus obtutusque: deprehendes vultu pallidum, trementem totis artubus, incerto lævâ dextràq; circumspectu, motu, intentuque cornuum tantum non clarè prodentem quid sceleris animo parturiat. Si hæc quæ dicis, ait Leo, signa videam, plenam fidem tribuam verbis tuis. Volebat his auditis Vestigator adire Taurum ad disponendum eum prout opus erat, injectis suspicionibus & odij seminibus in Leonem. Sed hoc facere sine cõscientiâ consensuque Leonis nõ audebat, ne forte aliunde innotescens illi clandestinum delatoris cum delato colloquium, fraudis ac collusionis inter ipsos suspicionem moveret, aut aliam aliquam viam pauderet technis artificij maligni detegendis. Ait igitur nimis credulo Leoni: quin Domine, si jubes, conveniam ego, ipse machinatorem fraudum, observaboque, & eliciam fortè aliquod indicium abstrusorum ejus sensuum. Age sanè, inquit Leo, exploratasque ad nos refer, quæ deprehenderis.

XX. Sub hæc adijt Vestigator Taurum affectatam præferens mœstitudinē vultûs, & indicia ægritudinis ingentis. Excepit illũ pro veteri amicitiâ, sanè familiariter, nihil finistri suspicans Taurus: heus tu, inquiens, o bone, ubi tantum es moratus? Sæculum est ex quo invicem non vidimus. Sed eo me consolor, quòd quæstuosam tibi fuisse moræ causam spero. dic age sis, quid ab ultimo congressu nostro lucratus boni es? Ad ea Vestigator nullo arrisu tristitiam temperans: nam quid, ait, potest boni conningere arbitrium sui non habenti? sed ex Domini arrogantis & infidi nuru instabili suspensas vitæ ac stirpis miserè trahenti rationes? Bona verba, Taure inquit, An passus es aliquid quod nolles? ede quid novæ rei est. Hic Vestigator: quis vitare queat fatali necessitate ingruens malum? aut cui anlicæ servitutis in obsequio Principum trahenti jugum, non evenit denique, vice præmij laborum, ingens calamitas? nam isti superbi Domini suis unicè intenti commodis, alios aliosque subditorum experiuntur; eosque ubi ex eis perceperint quod juvat, miseros obliviscuntur, abjectosque spernunt: nihil pensi habentes, malè an benè agatur cum Ministris veteribus, dum novi supperant qui suas illis conficiant voluptates; similes meretricum inexpletæ libidinis, quæ alios atque alios, fastidiris semper prioribus, amatores appetunt: aut Magistrorum operam docendi mercede vendentium, quorum unũ votum est plenum videre ludum affluxu prætextatorum minerval ferentium, securissimis ipsis, proficiant nec ne Pueri, aut omninò quid ijs fiat, ubi recesserint mercedulâ numeratâ. Hæc ita confidenter tecum fabulor fretus veteri amicitiâ, & si dicere me finis, conscientiâ benevoli officij, quo te in Leonis gratiam insinuavi, causaq; tibi fui hujus quâ emines potentiæ, quam utinam tibi certam propriamque Dij servent. nescis enim quanto in periculo versêris, cujus ego conscius celare te non possum, salvâ necessitudinis fide. Sic igitur habe: compertum mihi ex teste aurito, excidisse Leoni apud familiares hanc vocem: cerno hunc nostrum Taurum præpinguem jam esse; nunquam tempestivior ad epulas fuerit. volo enim quamprimùm devorare. Horrui auditu, miserans Amici sortem, accurrique ad te, ut communiter videamus; ecquid expediri consilij possit utilis ad cladem prævertendam. Conturbatus, ut par erat, tali sermone Taurus: qui feci aut quid dixi miser, inquit, quod talia de me cogitandi ansam aut prætextum Leoni præbuerit? nempe hæ sunt artes improborum. qui me falsis apud eum criminibus infamaverint. Suspicabar jamdudum invidiam malignorum quos mea felicitas urebat. nec obscura horũ livoris indicia notavi. nunquamne ab insidijs sceleratorum tuta erit innocentia? Tum Vestigator: erras, inquit, dum alios accusas. Tota in Leone culpa est. Scires si eum nosses, ut nos qui diutiùs apud hunc fuimus. crede fidis & expertis, nihil illo instabilius, perfidiosius, crudelius est. Initio ille quidem placiditate quadam allicit: accedentium sanguinem statim sitit; paremque rependit dulcedini admissionis primæ, ultimæ catastrophes amaritiē acerbissimam. Vera, inquit Taurus, memoras. & ego infelix degustatâ illâ priori suavitate, nunc eò deveni, ut amarissimi exitij fæces hauire modò debeã. O me imprudentem qui tam diu hic hæserim! nec reputarim, quod ratio monebat haud tutam esse eommorationem longam herbivorę animãtis apud carnivoram. Modum oportebat me statuere consuetudini suspectæ: matureque à macello recedere. Fraudi est incautis aviditas sua, dum ægrè avelluntur à placentibus. passi quod apiculas imprudentes perdit: quæ dum mordicùs inhærent dulcibus floscułis, volucrũ rapacium præda fiunt, aut superlapso fortè pondere, in complexu intemperanter amatæ voluptatis opprimuntur. decuerat paucis contentum, quæ prima modica bona præceperam procul tutò fruenda deportare:

nec

nec periclitari ex inexplerâ gulositate; muscarum similem, quibus quasi non sufficiat pabulum, quod affatim in frondibus, in fructibus, in omni terum superficie jacet ipsis expositum, etiam sordes Leoninarum aurium captant, easque scalpentes importunè, irritabilis belluæ unguibus pereunt.

XXI. Mitte ista non hujus temporis, interpellat Vestigator; nunc enim quærendum potius est, quâ ratione mortem effugias. Atqui, ait Taurus, evellere illud mihi, dum quæ vidi cuncta reputo, animo nequeo, innoxium propria indole Leonem esse, totamque labem è pravis ejus familiaribus descendere, qui bonum ipsum esse non sinant, proriteneque voracitatem nihil per se rati cogitaturi in excarnificationem insontium, quale passim alias Camelum memini fraude conspirantium bestiarum trium Lupi, Corvi, & Thois. Regnabat Leo quidam in Sylvâ viæ publicæ finitimâ familiares habens subditos tres quos memoravi, Lupum, Corvum, & Thoem, apprimè inter se concordes. Pertransijt quâ dixi viâ Comitatus Mercatorum, mandram agens lugentem, ex quâ Camelus una inobservata se subtrahens, in nemus se abdidit: & jam ab homine domino secura, præoptavit imperium congeneris sibi bellvæ; Leonemque ibi dominantem conveniens, illi perlibenter admitenti sacramento addixit obsequium. quid quæris? videbatur sibi beata. nemo erat qui onus imponeret, viam injungeret, plagas fessæ adderet; & Leo quoties occurrerat arridens, bono esse animo jubebat, nihil aliud curantem quam jucundè pasci. Verùm die quadam egressus venatum Leo malis avibus, incurrit in Elephantem, quem lacessere ausus, malè à fortiori mulctatus, vulneribusq; debilis ægrè se recepit in specum suam. Ibi lentâ & parùm proficiête curatione decumbere coactus, fame cepit conflictari, nec viribus, quippe defectis magnâ copiâ sanguinis amissâ; nec prædarum instrumentis artubus, hinc luxaris, inde confractis, amplius jam valens quotidianam, ut antea erat solitus, saginam sibi parare. Ergò conversus ad ipsi officiosè apparentes quos dixi aulicos. Vos quidem, inquit, me honoratis: at ego tabesco fame. quò ista mihi sterilia obsequia? ite potius & afferte unde vescar. Ad ea illi; dudùm feciscemus spontè quod jubes, & noster in te amor admonitionem prævertisset tuam, nisi vires deficerent ad conanda quæ vellemus, quibusque nunc indiges. Tenues nos fumus, & pugnæ impares conferendæ cum pinguibus & torosis feris, quales palato tuo sapiunt. quin nobis ipsis vix sufficimus exiliter pascendis; hâcque ipsâm curam studio imputamus tui; non aliâ de causâ cupientes vivere, nisi de desiut qui tuæ majestati famulentur. En nos paratos habes ad quidvis tuâ causâ periculi, damnique subeundum: verum optimæ, ut diximus, voluntati facultas haud par respondet: de vestrâ equidem, reponit Leo; benevolentiâ non dubito: eoque vos oro confidentius; ut euntes in consilium, exquiratis viam aliquam succurrendi lapsis rebus: agite: non deerit fortuna? afferte alicunde cibi quidpiam. brevis est occasio caræ vobis animæ servandæ. Si moramini morior. Sub hæc illi non procul recedentes, capita conferunt. Cuncti jam antea malignis oculis Camelum intuebantur. tum verò tempus nacti; quid nobis, inquiunt, & ignavæ huic bestiæ? quousque ferimus victu, indole, moribus dissimilem animantem, civili nobis societate misceri? Eò ergò conspirabant sententiæ ut decerneret: suadendam Leoni Cameli necem, cujus vastum corpus non unas in epulas sufficturum videretur. Thos tamen ea dissentes admonebat; haud se sperare assensurum ei consilio Leonem; utique memorem fidei datæ; nec antea solitum supplices in clientelam admissos prodere. negotium sibi tamen Corvus sumpsit rei tentandæ. continuoque Leonem adiens, interrogatus ab eo est, ecquid auxilij expedivissent; & an saltem spei radius affulgeret alicunde? cui Corvus: spei radium memoras, Domine, qualis vel si benignus alluceret, videre tamen nequiremus nos quidem, quibus longa inedia sensuum officia turbavit, ac visum præsertim eripuit. suppetit tamen ad manum unde spiritus recipere, aciemque defectis jam fermè oculis restituere pristinam possimus. Versatur inter nos pinguis, & iners non nostri generis bestia, paratus vel in triduum cibus, si jugulari jubes. Exhorrescens ad mentionem sceletis Leo; Apage, inquit, remedium malo pejus. Egone jus hospitij, & jurati fœderis religionem polluam, eo interficiendo qui sub mei patrocinij tutelam ultrò confugit, fide securitatis acceptâ? Ad hæc malitiosè Corvus: generosè atque ut te dignum est, loqueris: Tamen, Domine, etiam, etiam inter religiosissimos quosque in confesso esse audio; fas esse unius capitis jacturâ redimi salutem domûs integræ, rursus rectè domum unam pro incolumitate Vrbis totius destrui; Civitatè quoque unam servandæ Provinciæ justè impendi: denique ubi Regni, Imperijve universi sic rationes poscunt, sine crimine Provinciam aliquam prædis hostilibus exponi. Ita nempe est; in summorum discriminum articulis connivent interdum leges; aut potiùs, silentibus cæteris, una cunctis prævalens imperat suprema lex invictæ necessitatis; qualis hæc est; quæ nos hodiè faucibus arctè constrictis trahit, utique morimros, si à parato famis extremæ solatio, superstitiosis respectibus arcemur. His dictis revolavit ad socios Corvus, & quid respondisset Leo, retulit. Tunc hi tres hanc communiter fraudem adornarunt, quâ Camelum nimium simplicem perderent. decre-

verunt

verunt adire simul cum eâ Leonem; offerreque se illi singillatim in cibum. Verùm ita inter eos convenerat, ut malèm propositionem uniuscujusque trium, una omnes quæstus prætextibus refutarent: in unius Cameli oblationem sine exceptione consensuri. Sistunt ecce igitur sese omnes ægro & tabescenti fame Leoni. Ac Corvus prior; dum, Domine, & quo loco sis video, & quantum tibi debeam reputo, sic statuo, nihil esse justius quàm ut sponte morte meâ vitam sustentem tuam: En igitur, macta me sis & comede. Hic omnes ex composito reclamant. mitte istas nugas. tu minutum es animal, vix in buccellam unâ sufficeturum. Inde Thos assurgens; me potiùs, Domine, devores censeo. nam in unius saltem diei pastum satis mihi habere carnium videor. Ibi Corvus vicem reddens, conclamante idem Lupo: desine, inquiunt, & tu delirare; carnes habes fœtentes, nec aptas ad cibum. Me potius, aut Lupus conversus ad Leonem, Domine, comede: haud paulò plus quàm hi idoneus ad id sum, nec minus quam quisquam paratus, qui tuam semper incolumitatem & dignitatem ante omnia posuerim. Hic coorientes simul Thos & Corvus: qui, ajunt, strangulari comedendo vult, Lupum manducet, rapax est bellua: cujus etiam sectæ in frusta carnes, & guttur glutientis, & viscera discerperent. absit hoc à domino Leone. non patimur ipsi apponi veneno pejorem esâ cam. Omnium tunc oculi convolarunt in Camelum, quæ misera ne officio una deesse videretur, confidens tamen & ipsa repugnaturos propositioni cæteros, en me, inquit, Domine Leo, comede sis. nam carnibus, & ijs ni fallor suavibus, abundo. Conclamarunt statim omnes: opinè dicis, Camele, ac vix expectato Leonis nutu, jugulatam deartuarunt. Vereor & ego ne si agam molliter, similia patiar. non ergò me committam insidijs istorum, aut subdolis parasitantium Leoni artificijs locum tribuam; ignavâ obnoxiâque patientiâ. Lentæ frandes aliquando robur magnum eludunt; prout ajunt, pati petram à stillis jugiter illabentibus. Expediam quarum mihi sum conscius, vires; & me ad palàm reluctandum armabo. nullum laudabilius opus est quàm servare semetipsum. Plusque mercedis Dij proposuerunt capiti proprium ab extremo discrimine tuenti, quâ aut dies noctesque orationibus vacanti, aut misericordi largè hilariterque donanti, aut Asceticam ultrò suscipienti, constanterque toleranti disciplinam.

XXII. Ad ea sic contra ingressus vaferrimè Vestigator est, implicare miserum Taurum suis artificijs pergens, & sic cum in exitium trudere: Cavendum equidem censuerim viro prudenti, ne remere se projiciat in aleam ancipitis, & exitu periculosi negotij. Adeoque sapientissimi consentiunt, tentandas omnes compositionis vias, priusquam ad vim, bellumque veniatur; etiam cum Adversario infirmo (nam varius Mars, ambiguique successus) quanto magis si prævalidus is fuerit; & cum opibus vallatus præpotentium multorum, tum ipse per sese acer ac solers. Quare si me dignum duxeris cujus consilijs deferas quidpiam, propter satis spectatam fidem in te meam, synceramque caritatem, audi, obsecro, me; ne si Amici suggestiones utiles rejeceris, idem experiaris quod Alcyon, cui non obtemperanti sanis monitis, Nereis furata pullos est: etsi eos eadem postea, intentatam ab eo vim vereta, restituerit. Habitabat in quodam littore avis nomine Alcyon, cum conjuge, quæ jam partui vicina, viro dixit: quære sis locum seductum ac munitum ubi pullos excludamus. metuo enim ne intumescente stanis æstibus mari, veniat huc Nereis, & pullos nostros abripiat. Respondit ei vir: abi formidolosa, umbram times. periculi hic quidem nihil est; exclude pullos secura. Herbosam & irriguam habemus stationem: ubi commodiùs, ubi jucundiùs diversabimur? cui uxor: denuncio iterùm tibi, obnoxius Nereidis furtis hic locus est. fugiamus ante damnum. serò ictu sapiemus. Repositit Alcyon: taces, inquam, non audebit Nereis irritare me, vires meas novit: sibi metuet. O te, inquit uxor temerarium, qui minati Deæ audeas. metire re tuo modulo; & agnosce; mortalis cum immortali malè comparatum esse certamen. Fac igitur, quod suasi; domicilium aliò transfer. nam si obstinas pertinaciam in non obsequendo monenti recta, evenet idem tibi quod Testudini. Ferunt quippe in quodam fonte habitasse duos Anates, cum unâ Testudine. Exarescente autem per æstatem fonte, consilium Anates ceperunt alibi diversorium quærèdi. ut ergò jam collectas efferre farcinas ceperant, stabantque in migrationis procinctu, dixit, illis Testudo: vobis quidem vivere sine aquâ valentibus, isto alarum remigio fretis, parùm affert solicitudinis fontis exsiccatio: mihi miseræ non consulitis; cui & vitæ ratio ac spes omnis in aquâ est, & tardè mobilis onerata mole sum, ne aliò quò res poscit quem me transferre. quæso tollite me vobiscum, & illuc simul deportate, quò migratis. Cui Anates, miû juras, inquiunt, nobis; Te nihil per viam locuturam, non re tollimus. Admisit conditionem, & juravit. moxque Anates oblongo tigillo congruæ latitudinis parato, impositâ ei medio Testudinem, dorso ambo utrinque sublatis tigni capitibus extulerunt avolantes. Viatores elatis fortè oculis, ubi mirum id spectaculum viderunt, prodigium! exclamant: videte Testudinem inter duos Anates volantem. Collecta turba curiosorû est; auditæque rem ambitiosè celebrantium voces. quibus delectata inflataque Testudo,

etiam

etiam vectores despicere suos cepit; ac titillante gloriolâ oon teuens linguam: En, inquit, etiam vos, ò Anates, supervolo. Illi hoc audito excutientes pondus, perjuram præcipitarunt, quæ contrita lapsu interijt. Talis mina manet non morigerum recta moncntibus.

XXIII Respondit Alcyon: audiris quæ dixisti, persto tamen io sententia. Fac quod jubeo: pone ova, exclude pullos; nec timeas Neteidem. Natos porrò pullos advenieus Neteis cum ipso nido secum abstulit. quo facto uxor Alcyonis ad virum conversa: Ego quidem, ait, hoc ita ut evenir, futurum & prævideram, & prædixeram. Sed surdo eecini, te ad non credendum obfirmato. quæ causa nobis tanti hujus damni fuit. cui Alcyon: & prædixeras & audiveram: sed videris oblita quid tom responderim. nonne dixi tibi, si quid injuriæ nobis Nereis faceret, daturum me operam ut non ferret impunè? Hoc quod tunc promiti effectum dabo. mox videbis. Ea locutus cognatos amicosq; suos adiens singillatim, quæ passus esset à Neteide narravit. tum ait: obsecro obtestorque vos ne me deseratis: sed frequentes auxiliamini pugnaturo contra injustam prædatricem; reputantes vestra interesse, ut eius generis ausis cita ultio non desit. nam ad unumquemque vestrum facilè perveniet calamitas, si hæc exempla invitante impunitate frequêtentur. Responderuut omnes: Præstò sumus en imus, duc quo vis. Sed patùm possumus contra Nereidem suo mari tutam. nec nos Alcyones tantùm alâ, rostro, aut unguibus valemus, ut persequi eam in suum peoitus regnum, ibique ulciscì possimus. Mergis, cycnis, aut etiam vulturum, Aquilarum & Milvorum cæterarumque volucrum auxiliaribus, ijsdemque oumerosis, opus ad hoc esset copijs. Ergò, inquit Alcyon, venitæ mecum omnes, & simul aves rogemus, ne graventur adesse nobis, cara pignora iniquè rapta repetentibus. una fuit Avium omoium responsio: faciemus quod petitjs, libenter, modò in id Rex noster annuat. nam absque hujus nutu nihil tale nobis licet suscipere. quid multa? defertur res ad Regem volucrum. Is negotium probat; bellum toto cœlo in Nereidem indicit, ac expeditionem parat. Audiens ista Nereis, & latè fervere apparatum ruituri mox in ipsam exercitûs videns, diffidere cepit suis viribus. coosilioque secum habito, decrevit periculû pœnitentiâ prævertere. Rediit ergò ad Alcyonem, & suos illi pullos incolumes reddidit. Hæc dixi ut intelligas, Tauro, quid te statuere conveniat io hoc temerario procinctu belli capessendi adversus Leonem, cui totis suis, & regni opibus bellanti, haud magis te resistendo patem, quam Neteidem Regi avium, tutè, ut arbitror, faretis. eedes ergò, si me audias; & pacatioribus intendes animum consilijs. Non acquiesco. inquit ferociter Taurus. pacata ista consilia lentum in exitium me pertrahcrent: Præstat, & certum est, semel periclitari, & vel nobilis victoriæ, vel moris non ignavæ aleam jacere. Hoc ipsum vaferrimus Vestigator agebat, quantumvis contrarium simulans, ut Taurum insidiosissimis sermooibus in ferocia isthæc ausa propelleret. Ergò ceptum ex voto sibi videns succedere, ut scelerato machinamento committendorum æmulorum manum ultimam imponeret, declaranda putavit Tauro signa quæ in Leone, dum ad sæviendum se accingit, notari consueverunt: sicut vicissim antea Leoni exposuerat indicia ferociæ in vim exertæ Tauri toro mox cooatu pugnaturi. ut cum in mutuum mox coospectum ambo adversarij venissent, ex mutuâ istâ observatiooe signorum prædictorum, ad prælium ac cædem irritarentur. Intuens igitur Taurum fictâ benevolentiæ specie: quando, inquit, io vi dissuadendâ frustra sum, & experiri vites tuas in Leonem irrevocabiliter certus es; quod ultimum tali tempore fidelis amicitiæ officinm ex me tibi esse potest admoneo te, quibus ex signis certo queas prænoscere ignescentes in te Leonis furias, mox in immanissimos insultus erupturas. Vbi ergò Leonis efferatos & sanguine suffusos oculos videris: ubi eodem tempore notaveris impatientem tremorem ægrè se eôtinentium à ruendo artuum, simul cum erebro & vehementi caudæ terga flagellâtis motu, cave tum tibi, & contra expedi quantam babes vim. certo enim certius statim experieris sævissimos impetus hostis immanissimi, totis in te viribus usuri.

XXIV. In hunc modum, instigatis in se invicem scelerato Vestigatoris artificio, Leone atque Tauro, hic ad illum ingredirut. Ambobus autem se mutuò intuentibus: ac Leone quidem notante in Tauro signa effervescentis in vim iræ quæ Vestigator præmonuerat; Tauro vicissim paria indicia prætietis in pugnam ferociæ, quæ idem prædixerat, in Leone cernente; priot Taurus sic loqui orsus est: præstat assidere spelunce quamvis diri Draconis, quam aulæ Regis, tui similis, o Leo, boc est injusti ac sanguinarij. & post hanc quasi clarigationem, impetum ad vim expedit. Sed occupat Leo, ac violentissimè insiliens miserum discerpit, & excarnificat. Sic occubuit Taurus in oculis Vestigatoris & Coronati. (nam & hic fortè præsens adfuit) qui sciens, quis eôpositor hujus Tragœdiæ fuisset: cõversus ad artificem sceleris Vestigatorẽ, ijs illũ intuitus est oculis, qui satis ostenderent, & quã graviter improbaret factũ, & quantũ inde malorũ in autoris caput redundaturũ esset prædicere taciti viderẽtur.

Tum eũ privatim, quamprimùm licuit, ac ſine arbitris cõveniens, his eſt affatus verbis: ſcis quid egeris; & in ſinu gratularis, nactas eſſe quem opraras ſucceſſum tuas ſceleſtiſſimas inſidias. Atqui te providere ac præmeruere funeſtiſſimũ ipſi tibi tui ſceleris exitum oportuerat. Maculaſti Leonis famam, invidioſiſſimo ſuadendo facinore; Taurum innocentem perdidiſti, commiſiſti priùs concordes Regni proceres in pernicioſiſſimã diſcordiã; & commilitiones in ſe invicem, jactis ſeditionum ſeminibus, armaſti. An impunè te laturum ſperas crimina tam atrocia? falleris meâ ſententiâ plurimum, ſi id eredis. Lateat fortè licet Regem malitia tua; at eam penitus pervident ſapientes ſupra vulgarem captum conſilij Regij Præſides, qui conflatam à te factionem intelligentes, dabunt ſtrenuam & efficacem operam ad prævertendos conatus impios & infeſtas quieti publicè molitiones in ipsâ nefariæ conſcientiæ adbuc innoxiâ deſignatione opprimendas. nec dubium quin perficiant quod volunt. Etſi enim multorum tibi ſtudia & auxilia paraſti, prævalere tamen ſolet tranquilla paucorum capitum prudentia quamlibet multarum tumultnoſæ violentiæ manuum. Hæc ego providens tuam protumpentis in tales auſus reprimere confidentiam conabar, præter tuam ipſius ſalutem, etiam Regis, ac Regni incolumitatem in hoc ſpectans. nihil enim exitioſius Principes Principatuſque pervertis, quam auditio admiſſioque ſuggeſtionum talium, quales tu, tuique ſimiles ſoletis inculcare incautis regnantium auribus. Mihi ſemper ira viſum eſt: dotes virtuteſque, quibus vitæ felicitas abſolvitur, has eſſe: doctrinam, eloquentiam, juſtitiam, liberalitatem hilarem, legitimè partas opes, miſericordiam beneficam in egenos, longævitatem, ſanitatem, comitatem His qui nititur, & profecturum eorum ope, & quò promotus meritò fuerit, ibi ſtabiliter per manſurum putes; fraudes & doli mali, caduca fundamenta ſunt beatitudinis mortalium. Ex his dotibus aliquas in re agnoſco, ſolertiam & ſcientiã: ſed eas corrumpis pravo uſu. Fructus autem non corruptæ ſapientiæ, moderatio eſt; & quædam ſobrietas agendi: quam qui non tenent, ſuâ ipsâ ſcientiâ ebrij non vident quæ ſunt ante oculos, & invidiâ noctuarum ipſis naturam induente, caligant ad multam lucem; virturum alienarum ſplendorem non ferentes. qualis generis aſſeelis qui circumdatus Rex eſt, ſimilem eum dixerim fluvio; limpido illi quidem, & uberi perſpicuitate invitanti viatores æſtuantes ad uſum ſui; ſed eidem referto Crocodilis; quorum terror longè areet ab acceſſu crudelis ripæ, præmonitos periculi hoſpites; longè ſatiùs ducentes quantumlibet urentem ſitim pati, quam ſe vorandos præbere immaniſſimis belluis. Tu verò neminem voluiſti præter te peculiari Leonis Regis gratiã florere. in quo peſſimè de ipſo meruiſti. Sicut majeſtatem maris omnem ac ſpeciem tolleret, qui ad unicum id fluctum vellet redigere. eum ex multitudine innumerabili trudentium illie ſeſe ac ſtipantium fluctum atque undarum, matris dignatus, & quæ ex hac oritur, navigantium quædam veneratio, naſcatur. Inſanum verò prorſus eſt amicitiæ foris præferre ſimulacrum, ſoventem intus nihil aliud, niſi quæſtuoſas cupiditates, privatis unicè rationibus intentas, & ſordido avidiſſimè inhiabundas lucro; nihilque penſi habentes, propriam ſibi quomodocumque utilitatem conficere; vel diſpendio exitioque quorumvis quamlibet inſontium.

XXV. Hæc ego ſatis intelligo, pridem expertus, & ſurdo me cecinisſe hactenus, & porrò canere. adeoque facere me in hoc, meo damno, contra præſcriptum cujuſdam ſapientis, qui tectè præcipit: noli arguere ſtultum, ne te odio habeat, &, ſi potèſt, perdat: quemadmodum Simij Corvum perdiderunt reprehendentem ipſos. Ajunt enim Simios in quadam ſylvâ montanâ per hyemem frigidiſſimam degentes, trementes in ſummo algore, vidiſſe fortè lapidem carbunculo ſimilem, cujus fulgore prunarum ſpeciem habente, in falſam inducti opinionem, arida circa illum aggerentes folia, certatim congregati circum omnes, in lapidem ſufflabant, flammam, ut putabant eliciturі. Hunc ſtultum eorum laborem deſpectans ex alto Corvus: ne, inquit, erretis, o boni, petra hæc gelida eſt; nihil ignis habens præter colorem. Hæc eum illi dicentem irridebant, intentiſſimè de cætero quod ceperant agentes. Arbitratus Corvus non pervenisſe ad ipſos vocem, deſcendit in viciniorem ipſis ramum, & eadem admonuit, pari ſucceſſu: quando eum præterieus quidam viator & fruſtrà ſatagentem miſerans. deſine, Corve, inquit, paria & tu cum ijs quos jure vituperas peccare; nihilò quam ij minus inutiliter laboraus. ram enim nequidquam ſudat, qui naturaliter bardis & mente caſſis inſpirare ſapientiam ſtudet, ac qui tem naturâ obliquam dirigere in lineam contendit. quin periculum eſt, ſi pergis, ne præterquam quod nihil profeies, eriam damnum tibi accerſas, quale illi contigit, qui acutiſſimum eximij temperamenti enſem in core aggreſſus duriſſimâ probare, illum primo ictu, ceu vitrum futile, diffregit. non pervaſit monitum ſapiens in animum ſtultè ſeduli Corvi. qui prurigine quadam oſtentandæ ſapientiæ, quaſi ex propinquo perſuaſurus, quod diſtans nequidquam ſuadebat, ad Simios deſcendens, ipſiſque familiariter immiſtus: Apage, clamabat, abſiſtite ridiculo conatu. an ſperatis ſpiritu è petrâ flammam exundere? Talia illum concionantem coorientes concordi rabie in monitorem intempeſtivum Simij diſcerpe-

runt

runt. Par exitus ne me maneat, equidem vereor. non cessabo tamen adhuc, caritate provectus verâ tui, & hoc denunciare, si fortè tandem vel hoc postremo ex me audiendo exemplo moveri ad salubrem te sipiscentiam possis.

XXVI. Ajo; te, si consilijs benevolorum spretis, astutiâ, & cæco rui amore ruere perges, similia passurum versato nebuloni suis ipsius ad extremum circumvento technis. Scholasticus quidam, vir simplex & fuci expers, viæ aliquando societatem inivit cum ardelione callidissimo. Bonis avibus iter ingressi, peregrè in thesaurum incidunt maximum, mille auri talentorum. Post gratulationem tam fausti casûs, Scholasticus, conversus ad socium; mihi videtur, inquit, factu optimum partiri ex æquo inter nos hoc fortunæ donum, & date deinceps quemque nostrûm operam comportando in turum locum quod ipsi obtigerit: nisi si quid tu secus sentis. Huic improbus socius, qui parte prædæ opimæ non contentus, totam avarâ cupiditate devoraverat: Periculosum, inquit, consilium suggeris. nam dum numeramus, dum efferimus aurum, intervenient molesti & rapaces arbitri. Age potius infodiamus quamprimùm sub illâ quercu quod te perimus, inde sumpturi subinde quod usus poscet; sic enim præterquamquod securi erimus à calumnijs litium, à Fiscalium concussionibus, ab insidijs furum, etiam hoc novo individuæ possessionis vinculo adstringemus fortiùs initam inter nos amicitiæ societatem, cujus initia, qui tanti successûs augurio fortunarunt Superi declarare videntur voluisse, nihil non felicitatis ex ejus nos sperare perseverantiâ debere. quid multa? persuasit latro perfidus ignaro fraudum quod volebat: amboq; communi operâ, sub quâ dictum est annos à quercu, in loco avio sitâ, thesaurum inventum cõdiderunt, ablatâ in usum præsentem modicâ parte; sicque recesserunt domum quisque suam, omisso consilio peregrinationis: cujus institutæ lueri honesti studio, certa jam tantæ pecuniæ adeptio causas abstulerat. Paucos post dies consumptis Scholasticus, quos ex thesauro delibaverat, nummis, socium convenit: Et, si tibi videtur, inquit, eamus ad thesaurum: expendi enim quod exulceram. Sanè, ait ille, hoc ipsum cupiebam, vaferrimè dissimulans noctu se profectum ad quercum cum cistis & bajolis, cuncta convasata præripuisse. Eunt, effodiunt: nihil inveniunt. mirari Scholasticus. at, fur scelestissimus bacchari tragicis intemperijs, capillos sibi vellere, caput tundere, insanè vociferari, Deûm hominumque obtestari fidem, circumventum sese à Scholastico dejerare. Tu, aiebãs istâ falsâ probitatis specie tantam perfidiam tegebas. Tibi soli nonis locus erat, tu me circumscripsisti, rapacissimis istis manibus, noctu, mecum tibi communem, pecuniam unus auferens. Hic miser Scholasticus, ubi per omnes juratus Deos suæ fidem innocentiæ non fecit, ad Iudicem à Sodali nequissimo tractus est. Prætor non ignarus officij, severum delatori vultum obvertens: Accusas, inquit, negantem, neutri vestrum credimus. cæterùm tibi Actori onus incumbit eõ vincendi certis indicijs Rei. Age igitur, quo teste probas furatũ hunc pecuniam sub quercu defossam? quo teste, inquit, quæris? quasi arbitros ille adhibuerit maleficio nocturno: tamen ut Dij scelera latêre non sinunt, testem dabo ipsam arborem conscium furti. Cras ne graveris eò nobiscum (nec longa via est) tendere. audies rem miram, loquentem arborem, & facinus improbissimum prodentem. Iamdudùm subolebat prudenti Iudici ex ipsâ ejus inquietissimâ jactatione, & Scholastici simplicitate eminente ex ore atque oculis, nebulonis fraus. ergò suspicans quod res erat, dolum ab eo quendam adornatum; sed prudenter suspicionem dissimulans, conditionem admisit. Edictoque, ut postridie horâ tertiâ tam Accusator, quàm Reus ad quercum adesset, eodem ipse lictoribus cæteræque forensi familiæ condixit.

XXVII. Digressus fraudator nefarius, patrem, quem domi habebat verulum, convenit: Et, quod docuisti me semper, inquit, omni arte ac conatu rem parare, in eo navandæ operæ benigna se nobis præbet occasio: sed quæ ruum exposcit auxilium in re non gravi. Scis quot auri talenta lavernâ favente domum nuper intulerim: ea cumulare, addicendo nobis patrimonio Scholastici istius simplicissimi hominis, & animus & spes est, modò non graveris cooperari pro virili; cepto nostræ familiæ quæstuosissimo. Exponit inde quid Iudici promiserit: quid is constituerit in crastinum. Tum infert: exploravi diligenter quercum illam, quam affirmavi testimonium pro me dicturam. cavum intus truncum habet; & in istâ specum supernè patet aditus facilis, nec observabilis intuentibus ex plano. Age ante lucem occupemus eò ambo nos conferre. Scalis ad ramos evectum re ego percommodè demittam in penetralia cavæ arboris. Ibi tutò dilitescens, ubi statutâ horâ, præsente jam Prætore, interrogabitur quercus, quis thesaurum abstulerit, memento ex imo respondere, Scholasticum præripuisse. Respondit ad ea senex: faciam equidem fili quod vis: sed te etiam atque etiam considerare cuncta priùs ac præcavere cuperem, ne fortè tuis ipse implicitus laqueis, panaris quod Cycno contigit, insidijs ad extremum oppresso, quas ille inimico comparaverat. Audi fabulam: non longa narratu est. Ferunt nidificare solitum Cycnum non longè à cavo familiari feræ serpentis: quæ maleficio indulgens genio, pullos Cycni simul excluſi

fuerant, jam sæpiùs devoraverat. Irritatus injuriâ tam vehementi Cycnus, consilia tamen neglexit amicorum, locum infestum, utcumque illi ad cætera commodum, alio tutiori commutare suadentium. Sed totus intentus in ultionem injusti graffatoris, exquirebat secum modos reponendi ei damni. Talia meditantem adivit Cancer: Et, eut, ait, Cycne cogitabundus & tristis es? Iusta mihi, Cycnus inquit, & solicitudinis & mœroris causa est ex vicinia voracissimæ serpentis, meæ sobolis etuore saginari solitæ. Hic Cancer: vides inquit hoc cavum? (ostendebat os patulum cavernulæ oppositum è regione hospitio serpentis) Ibi habitat Nymphe, nostri Cancrorum generis animal vorax, & validè armatum; ad hæc inimicissimum serpentibus. Affer è piscibus quibus vesceris, & per intervallum foraminum duorum sparge, ita ut partes ultimas ostio cavernæ serpētis admoveas proximè. Egressa, ut solet, Nymphe ad odorem prædæ, ubi saginam sequens, ad specum serpentis pervenerit, isthuc quoque penetrās ipsam occidet. Fecit quod admonebatur Cycnus, & factum successit, ultra quidem ipsius votum, ad perniciem ejus: nam occisâ serpente Nymphe, Cycnum præterea propè dormientem nacta, confecit, pullis quibus incubabat pariter absumptis. Simili exemplo, fili, vereor ne nos quoque insidiantes alteri, confractâ in nos quam struimus machinâ opprimamur. Filius ad ea: Bono animo esto pater, inquit, terricula isthæc vana sunt. navigamus in portu. Talenta modò & prædam opimam cogita fructum paratissimum non laborioſæ fraudis. quid multa? persuasus senex cavam arborem subit. Iudex ad dictum adest. Interrogatâ magnâ voce quercu, quis suratus thesaurum esset? senis responsum auditur: à Scholastico effossam ablatamque pecuniam affirmans. Mirantibus cunctis, sagax Prætor intellexit quod res erat; dolo malo conditū intra cavam quercum hominem auditæ vocis autorem. & sublato in severum supercilio: mentiris, inquit, arbor improba, Innocentia Scholastici perspecta mihi est. Tu verò falsi testimonij justam pœnam me judice non effugies. mox ad Apparitores: afferte, clamat, ignem ocyus, huc stipulam & faces. conflagret statim mendax truncus; nec diutiùs mundo fallacibus oraculis illudat. Paretur illicò. jam cortex fumat: jam flammæ vis intus penetrat. jam sensu excitatus malī, & imagine consternatus periculi senex, exclamat vivus ardeo, educite me. Extractus semiustulato trunco pater & suum & filij scelus impudentissimum prodit. In ambos lege actum; & thesaurus in solidum adjudicatus Scholastico est. Ejusmodi successus solent esse insidiarum malitiosè structarum.

XXVIII. Quare (pergit Vestigatori Coronatus dicere) infaustus tibi, & utinam fallsus vates, exitium denuncio. deesse siquidem non potest, quin malè ac maturè pereas scelere linguæ istius obtrectatricis & rixarum satricis tuæ; quam ut serpentinam horreo. nihilò enim quàm hæc minus & illa venenū spargit. nec magis re vera nostra mihi necessitudo conciliat, quàm morum ac voluntatis irrevocabilis malignitas exosum facit. novi enim & probo sapientis effatum: sceleratos; utcumque inimi, quantum vis cognatione, aut quovis alio vel arctissimo affinitatis vinculo juncti proximè sint, cane pejus & angue fugiendos. Sed tantisper juvat remittere me ex acerbitate tantâ, tibique imminentem detegēdarum mox fraudum ignominiam mitiori exemplo propouere. Mercator aliquando navem solvens in profectionem longinquam, lamnas ferri probati centum apud amicum depositi. Redit salvus post menses aliquot, & amicum invisens, ab eo, si videatur, depositum repetit. Ille perfidus; qui ferrum dudùm venditum in rem suā verterat: Ignosce, inquit, & condole humanis casibus. Ego tuum depositum apothecæ tutissimæ commiseram, portas & seras validissimas obducens adversus externos fures; Ignarus nequiores apud me nasci ac domi nundinari latrunculos mures. qui quàm benè dentati sint laborabis, opinor, in credendo: nam ne mihi quidem persuaderi potuisset, nisi vidissem. narro autem quæ oculis præsens subjeci. Circiter post mensem quàm lamnas tuas in tuto reposuéram; in intimum illud ingressus penetrale, reperio ecce, mistā rem, comesi à soricibus ferri exiguas duntaxat reliquias, & vilia nulli rei utilia ramenta. Verùm non ea tanti tota demum jactura est, ut tui reditūs incolumis interpellare gratulationem debeat. obliviscamur ista, & soteria tua celebremus hilares. unà simus hodiè ad cœnam. dic Sodes, spernis sodalem, an expectamus te? Hæc Mercator audiens, etsi penitùs indignabatur, inficiatoris impudentiam admirans; iram tamen in potestate habuit; & suis furem artibus aggredi certus, occasionem exequendi meditata, in cœnā istā, ad quam invitabatur, offerendam sibi ratus, vocanti comiter promisit. Tum paulò ante constitutum adveniens, ludentem in ostio perfidi amici filiolum nactus, familiariter in ulnas sublatum in suam domum aufert, & suis ibi diligenter asservandum commendat pueris. Reversus vultu renidenti, paratum se ad discumbendum offert. At Pater infantis, ejus absentiā solicitus, statim viso Mercatore: Heus quò, inquit, pusionem deportasti? nam te abstuliſſe Geruli narrarunt. Tum Mercator. Heu casum infelicem! exclamavit: statim sedatiùs subjungens: referendum enim & ego habeo inopinatissimum, & ubi vix credibilem eventum. Tenebam amplexu suavians parvulum, cum accipiter

impe-

impetu devolans ereptum è gremio in altum rapuit, avolavitque nescio quò. disparuit quippe ex oculis citissimè. Apage, Vocatos aut, nugas istas. redde sis infantem: Accipiteres Pueros rapiant: scilicet. quidni rapiant, reponit Mercator, ironico arrisu. Equidem ex quo, ut memoras, rodere mures ferrum ceperunt, eadem astrorum vis arcana quæ dentes soricum adamantinos reddidit, ungues quoque falconum ære tam rigido armavit, ut jam vel Elephantes in altum tollant. Sic igitur habe: pari ambobus nobis casu periisse mihi ferrum, tibi filium. deprehensus dicto nebulo, nonnisi abnegati depositi persoluto ritè pretio, natum denique recepit.

XXIX. Talem & te confusionem expectare jubeo, tuis tandem fraudibus mendacijsque deprehensis. Sed lavo laterem hæc admonens; aquamque pariet atque operam in detergendâ Æthiopis nigredine, quæ penitus concreta nullo nitro delebilis inolevit, petdo. Sic homo malus postquam omnia tentaveris, nihil demùm aliud quàm homo malus est: ut pomum acerbum utcumque ipsum melle sæpius oblinas, acerbum tamen manet. non enim mutare naturam applicita exterius potest unctio: aut mel in superficie affrictum, amaritiem emendare succi maligni, substantiam intimam infecientis. Quare satius est, desperatâ curatione improborum, recedere ab eorum consuetudine; versarique cum bonis & innocentibus. Periculum enim est, ne morbus contagione propagetur: & sani supervacaneè seduli in juvandis ægris istiusmodi, nec prosint illis, & sibi noceant; ac si minus languores ipsorum contrahant; certè afflati malo ex ijs halante odore, fœteant. non enim benè olere possunt qui latrinis aut cloacis assident: uti è contrario, nunquam abest quin suaviter spirent qui seplasijs Aromatariorum immorantur. Nec me fugit quàm nulla spes affulgeat; huic vano & mihi noxio labori meo, gratiæ saltem ineundę à te, quem scio graviter offendi monitis hisce meis; ac ne serte quidem libenter conspectum meum. Sic enim comparatum naturâ est, ut ingrati mutuò sint contrariorum occursus: & stulti sapientum, indocti eruditorum, parci largorum, irritabiles patientum, congressûs aversentur, & exhorreant visu ipso quasi avium infausti augurij. Hæc locutus Coronatus recessit domum. Cæterùm interfecto Tauro, statim Leonem facti pœnituit. extabantque in ejus vultu non obscura indicia mœroris, quæ cum observasset scelestissimus Vestigator, & sibi malè conscius metueret, ne retractandâ Tauri causâ aliquid detegeretur, quod sua maximè interesset occultum permanere, confidentissimè Leonem adiens: quid te, inquit, Dominè, tristem video cum injuriâ Fortunæ, cui si gratus, ut debes, esse vis, agnoscere & prædicare te oportet summum & recentissimum ejus beneficij quo à proditione insidijsque Tauri servatus es. At tu contra mihi videris, satis cuidam indulgens cordis teneritudini, fallaces insidiatoris vaferrimi blanditias recordari, adeoque penè desiderare justo supplicio peremptum, quo incolumi ne viverè quidem securus, nedum regnare felix poteras. quare tefer animum ad constantiam te dignam, & excusâ muliebri mollitie, gratulare tibi & nobis communem felicitatem; pro certo habens, id quod actum est necessarium remedium mali gravissimi fuisse. ut enim membrum, quod vipera momordit, nisi scarificetur, aut etiam præcidatur, venenum propagat in corpus reliquum, quoad in ipso corde vitam extinguat; sic Taurus iste negotijs à te præpositus, & è membris nostræ Reipublicæ præcipuum, indulgentiâ tuâ sactus, postquã viperino quodam ingratissimæ invidiæ livore usque ad odium tui & nefarium insidiandi vitæ tuæ consilium extabuit, abscindi maturè debuit; ne totum regnum, & te maximè, cor ac caput hujus corporis, malè perderet. Ea perfidi Veteratoris dicta Leoni tunc scrupulum exemerunt, itaut æquum jam animum, ut ante, negotijs adverteret, persuasus meruisse Taurum quæ passus fuerat: His Gymnosophista peroratis disputationem concludens Regi dixit: In hunc modum Domine, quod quæsieras, Homo sceleratus & invidus, duos antea inter se concordes calumnijs artificijs invicem committit: ex alienâ, & sæpe publicâ, calamitate privatum astutissimè quæstum captans.

DISSERTATIO
Parabolica II.

DIxit autem Rex Gymnosophistæ: cuperem audire quid Vestigatori evenerit post necem Tauri.

I. Respondit Gymnosophista. Occiso Tauro, nocte quadam egressus Leopardus, qui olim fuerat magister Leonis, & tunc inter ejus consiliarios intimos fide atque autoritate præcipuus habebatur, applicuit autem fortè transiens ad ostium Vestigatoris, eo commodum tempore quo ea Coronatus, ei succensens, loquebatur, quæ retuli paulò supetiùs. Audivit igitur exprobrantem Vestigatori Coronatum malignas artes quibus, invidiæ atque odio indulgens proprijs, Taurum innocentem circumvenerat, Leonem fido & utili ministro privaverat: comminantem etiã iram Deorum, & augurantem ei à Leone ipso quem deceperat, dignum suo scelere supplicium. Hæc Leopardus inopinatò cognita, statim arcanò detulit ad Leonis matrem; Interim autem Leo quid egisset reputans, tevolvebatur in desiderium Tauri: nec ultimæ illæ Vestigatoris voces jam tantum apud ejus animum

animum valebant, ut non ipse Vestigator, fraudis atque insidiarum suspicione laboraret. Cum istâ mentis consilictantem ægritudine, convenit materna familiaritate Regem Leonem ejus parens; & mœstum illum eâ quam dixi causâ, conspicata: Vultum habes, inquit, Fili, soliciti, ac malè sibi conscij: quod equidem & miror, & ægrè fero: satis gnara, nihil magis valetudini adversum, quàm curam acrem: & præsertim pœnitentiam inutilem, quæ dum animum molestè pungit, corpus ipsum exedit & macerat. Præterea, quod perniciosum vel maximè regnanti est, caliginem obduxit menti, quam ille semper vigilem, & tranquillè attentam adhibere negotijs debuerat. Sed, quæso te, fatere mihi quid te angat; aut si dicere eunctaris, sine, divinem, non enim temerè affirmatura videor; cruciari te serâ pœnitentiâ necis Tauri, quasi ejus accusatori nimis facilè credideris: cum æstimare te potius de ejus in te animo, ex tuo in eum affectu par fuisset. ferè siquidem ista sibi mutuò respondent: ratumque est, non redamari syncerè, qui verè diligit: adeo ista commercia cordium fucum excludunt. Age igitur, dic mihi: quomodo tu affectus erga Taurum eras? Ad ea Leo: equidem, mater, inquit, carum eum habebam, fidebamq; illi maximè: & cum mente repeto, quàm prompta semper ejus & benevola in me officia extarent, facere vix possum quin suspicer scelus aliquod artificis Vestigatoris, qui eum falsis apud me criminationibus infamaverit, & eo denique me adegerit, ut facerem quod meminisse horret animus, & quantovis pretio redemptum vellem non egisse. Tu verò, Parens optima, ne quæso celaveris si quid ejus fortè rei didicisti. ferè enim emanant in notitiam quantâlibet arte dissimulata scelera: nec eâveri dolis omnibus potest, quin saltem timidis susurris proditiones abstrusissimæ prodantur. Ea porrò famæ licet incertæ ac vulgarium tumorum qualiacumque testimonia, sæpe interioribus indicijs adjuncta multum conferunt ad convictionem scelestorum. Repositi ad hæc mater. Audivi à quodam fide dignissimo; Vestigatorem invidiæ instinctu mentitum tibi esse cuncta illa quæ de Tauro detulit, alioqui alienissima à vero, & sola ejus fraude conficta. Amabo te mater, Leo inquit, ede, si non grave est, quis iste sit ex quo talia audisti? ne quære, Fili, ait Mater, Autorem dicti, qui nominatim se prodi veruit, eum rem sibi cõpertissimam mihi arcanò committeret, indicandam, si expedire censerem, tibi. Etsi autem is talis, ut dixi, est, cui tutò quidvis credi possit: non peto tamen, ut aut meæ, aut illius autoritati acquiescas; ac nostro testimonio præcipires sententiam in Reum Inauditum: ne quid simile patiaris post Vestigatoris pœnam, ci quod post Tauri supplicium es passus; ac tunc quoque fidei temerè habitæ, acri morsu conscientiæ, pœnas luas. Rectè mones Mater, inquit Leo. Ergò quamvis tibi tribuo, uti debeo, plurimum fidei, tamen explorare per me negotium decrevi; nec committere iterùm, ut festinasse me, serò pœniteat.

II. His Leo & à matre auditis, & ad matrem dictis, suos omnes convocavit, & cum ijs Vestigatorem: qui pro suâ solitâ confidentiâ Leonem videns cogitabundum & mœsto similem, ultrò ad astantes conversus: quid causæ, inquit, est cur Leonem solicitum ac tristem cerno? cui mater Leonis, & ipsa præsens, respondit in hunc modum: tu causa tristitiæ Leonis es. huic enim dolet, quòd te hactenus vivere ac liberè agere sit passus: re, inquâ, qui sibi fraudibus ac mendacijs decepto, ut Taurum innocentem injustè perimeret, persuaseris. Ad ea minimè turbatus Vestigator; nempè, inquit, hic mos Aulatum est, ut ingratas rectè actorum vices, supplicia pro beneficijs expectare verisimiliùs quam præmia, qui principibus inserviunt, debeant. quæ justissima est Ascetis in solitudines è palatijs atque urbibus secedendi causa: ne non ibi virtutem exercere possint, ubi ei certam intelligunt pœnam esse constitutam. Istâ ego lege periclitor hodiè, qui quod fidei officio instinctus, benevolè indicavi Regi paratas à Tauro insidias, & conjurationem mox, ni præcaveret, in ipsius ac Regni perniciem erupturam, nunc miser in suspicionem calumniarum vocor: in quo cum multa sunt misera, tum illud enimverò jure meo deprecor, ne temerè de me talia credantur. Exploretur priùs res: inquiratur diligenter de impacto mihi crimine, nunquam tam altè latet scelus animo conceptum, quin legitimis indagationibus eliciatur randem, ac protrahatur in lucem. nam & penitissimè abstrusus in venis silicũ, perito attritu ignis exculpitur, & quam nemo suspicaretur inesse putridis lignis artifex affrictus excirat flammam. Omninò si quid cõscientia turpe abscondit, odore se sui prodet, certâ methodo in ejus exploratione versantibus: haud aliter ac graveolentes naturâ suâ fœces, dum perstat immotus cui subsunt liquor, narium etiam emunctarum sagacitatem fallunt; quando moventur agitanturque, mephitim exhalant, & manifesto fœtoris indicio deprehenduntur. Itaque viderint quàm consequenter Accusatores mei eundem me, quem nimiæ calliditatis insimulant, tam stultum putent, ut mihi malè conscius, ultrò examini me subijciam. nunquam profectò inevitabile convictionis periculum deposcerem, aleâ judicij subeundâ, nisi mea me tutum innocentia præstaret: sin ita esset, non me hîc utique videretis: jam enim alicubi terrarum securum perfugium captare occupassem, cujus rei facultatem magnam

cuivis præbet latissimè patens Orbis universi vastitas. Ab hoc ingressu vaferrimus Vestigator, tepentè conversus ad Leonem. Oro igitur, ait, obsecroque, Domine, regiam majestatem tuam, ut inquiri continuò quam accuratissimè de me jubeas, per judicem quamlibet severum; dummodò justus idem integerque sit; nec veritatem finat obtui præjudicijs invidiæ, quam mihi magnam intelligo constitutam, non ullo meo maleficio, sed magnis tuis erga me beneficijs quæ livorem cõcitarunt iniquorum. Tua, inquam, tua Domine præcipua in me gratia meum crimen est: quo re est æquius date operam, ne pernicioſa tua munera pereantur, & quem amore dignatus fueris amplecti, voluisse perdere videaris. nam si hanc conditionem ferri virtuti sinis, quæ tuam fortè benevolentiam promeruerit, ut vitare nequeat quin dedatur odijs improborum; quodnam, aut ubi tetrarum asylum deinde reliquum sit afflictæ ac laboranti innocentiæ? unum restat tantâ fortunæ lævitiâ exercitis, testem invocare Dei cuncta intimè pervidentem oculum. Equidem hujus, puritatem meæ conscientiæ cognoscentis, fretus incorrupto testimonio, mortem ipsam inimicorum mihi fraudibus paratam audeo contemnere; nec jam recuso, quin quod aliquando necessitati naturæ debeo, livori prævalentium sceleratorum exolvere occupem, extremum fatum. quippe qui vitam impendere tuæ gloriæ atque obsequio jam tum ex quo tibi, Domine, fidem addixi meam, omnibus momentis paratus fui.

III. Talia magnâ fiduciâ Vestigatorem peroranrem, interpellans è militibus adstantibus quidam: ne finge Vestigator, inquit; non te ad istam defendendi contentionem studium quod simulas in Principem; sed cura tegendi tui sceleris, & pœnæ quam es meritus à tuo capite arcendæ incitat. Salus, inquam, tua propria, non zelus obsequij, aut reverentia majestatis, te disertum in hâc causâ facit. Hunc audacissimo figens obtutu Vestigator, non te pudet, inquit, stultissimè viventium, eo mortalem criminari, quod natura omnibus lucis usuram participantibus lege antiquissimâ præscripsit? Itane tuo judicio sceleratus sum, quia salutem, quo possum præsidio, tutari meam conor, quod si quæ animantium in multò minori discrimine non faciat, omnibus orba sensibus, & vitâ indignâ censeatur? Atqui sic habe: mensuram fortitudinis in Amicorum, & Dominorum periculis ab aliquo sperandæ, ex ejusdem pro suo ipsius capite certamine sumi debere: nec Regum quemquam expectare, si quidem sapiat, militem quemvis suum in acie, suâ causâ vel publicâ, pugnaciùs dimicaturum, quam idem soleat in occasionibus saluris propriæ à casibus infestis expediendæ, repugnare. Tacuisses ergò consultùs, quam istâ insanâ professione tuæ contemptissimę inertiæ, palàm quod feceris, declarasses; te nec fidelem subditum, nec firmum amicum, nec fortem esse militem; nihilque demum aliud, quam vilissimum mancipium injustissimi atque ignavissimi livoris, quo efferri te levissimè sis passus in hanc probrosissimam tuæ ipsius confessionẽ ignominiæ: post quam spoliari continuò merueras istis armis, istis insignibus muneris publici, & ab ostij tegij custodiâ, ubi locum melioris indignus occupas, ut infidum atque imbelle pecus abigi. Ictus inopinatâ reprehensione miles, cunctorum jam oculis ipsum figentibus, plenus dedecore recessit erubescens. quando exultantis suæ impudentiæ successu Vestigatoris retundere eõfidentiam Regis mater volens; miror tuam, inquit, ò Vestigator effrontem audaciam, quâ totus conflatus ex scelere, non dubitas huic sapientissimo consessui, te pro insonti venditando, fuenm impudentissimè facere conari. ne hoc quidem tam acre tantæ personæ dictum conturbavit argutum nebulonem, ut non statim intrepidè reponcter. Alrero nimirùm, o Domina, me etiamnum intueris oculo, cui calumnioſa præjudicia grassantis in nostrum exitium invidiæ, caliginem offuderunt. Tu verò vide, an non dignum potius fuerit istâ ætatis & nobilitatis autoritate, periclitantium causis toram & liberam æquæ mentis aciem advertere, circumspicereque omnem in partem cuncta, ac nullum vestiginm negligere indagandæ veritatis. Rei, heu! hodiè omnium exosissimæ, quam ut impunè, sic passim, omnes aversantur, omnes liberè oppugnant: Rege, qui unus posset obsistere, connivente: dum præ nimia facilitate, ac benignitatis ostentandæ studio, nullum in malum pronum comminando deterrete; neminem compertũ neglecti officij, castigare objurgando sustinet. Hâc Vestigatoris libertate irritata majorẽ in modum Regis mater, videre, inqnit, hoc nequissimum & sceleratissimum caput, ut omnium flagitiorum deformatus maculis & gravissimorum tãtum non convictus criminum, tamen audet istam mendaciorum artificem linguam exerere, nec dubitat argumentorum inanium, aut potius Sophismatum vanissimorum, captiosissimis laqueis implicare conari veritatem, eò usque, ut cum injuriâ intolerabili rot sapientum hic præsentium, se his præstigijs speret os sublinere omnibus posse. non inultus hanc tam amaram increpationem Ardelio improbissimus andivit. Per ambages enim quasdam obliquè perstingens Reginam, generalibus sententijs declamandis, audientiæ illusit in hunc fermè modum. Paris flagitij videntur Rei, qui mysteria non initiatis vulgat; muliebres mores vir affectans; Mulier virum simulans, Hospes se pro domino ejus in quâ precario diversatur, domûs ferens: denique qui Regi de his respon-

det

det de quibus non interrogatus. Talia garrientem, tursum interpellans Regis mater: Age, inquit, his tralatitijs nihil ad rem faciétibus omissis, dic ecquid sentias: quantis te sceleribus inquinaveris? Ad ea Vestigator qui se istis quæ ais sceleribus inquinat, nemini benevolus est, nullam operationis nefariæ, ad quam quævis libido impulerit, labem avertatur. Me Rex ipse faretur sibi benevolum fuisse. innocentiæ autem meæ cæteræ tot testes habeantur quot sunt qui nihil me agere improbum viderunt. nondum hæc absolverat, cum Regina: ne speres, ait, scelestissimè, te hâc impudentiâ mêdacissimę defensionis veri judicij severitatem elusurum. Ad hoc solitâ linguæ promptitudine reposuit Vestigator, qui falsa comminiscuntur, qui scientes ab æquo & jure declinant, quibus ad purgandum innocentem impacto pet calumniam crimine nec verba nec opera sufficiunt, paris omnes injustitiæ tenentur. Inter hæc prudens Regina filere Leonem videns; & meritò verita: ne perfrictæ frontis, præsentis animi, & multæ astutæ nebulo fucum illi faceret. accedens filio in aurem matemâ autoritate suggessit: Fieri posse ut qui tam constanter eoràm Rege ac Senatu pro se dicere auderet revera innocens esset: quare videri sumendum spatium examinandis testimonijs. Eo Rex audito palàm pronunciavit: jubere se in præsentiâ Vestigatorem custodiæ tradi, donec accuratè tota causa cognoscatur. conjecto mox Reo in carcerem, adijt Leonem mater, & ei confessa est: se quæ de Vestigatore d etulerat, ex Leopardo teste audito cognovisse. hujus probitas quam illi esset perspecta scire sese: posse illũ interrogari, cuncta distinctiùs indicaturum. Ad ea Leo: secura sis, mater, ait. citò videbis judice me non abire impunita scelera.

IV. Nocte insecutâ convenit Vestigatorem Coronatus; & vinctum cum cernens, non sine lacrymis: evenerunt nempè, inquit, quæ tibi prædixeram. Tu autem cæco tui amore ac præfidentiâ elatus, contemnebas sana monita; & denunciationes, quæ quam veræ fuerint serò denique nunc sentis. Respondit Vestigator. Vera exprobras: nihil tibi relictum o Amice, est: admonuisti utilia, interminatus es vera. Ego autẽ nõ obtemperavi tibi, inexplebilis cupiditatis insaniâ miser dementatus. Passus enim sum idem quod intemperantes ægri, qui licet experti gravi suo damno, vim malefică insalubris cibi, tamen ejus malè suadâ victi dulcedine, non se continent ab eo regustando. Me vero nunc in has angustias redactum non mea solum, quam culpâ mihi accersivi propriâ, calamitas angit; sed metus præterea conturbat de te, ne innocens involvaris meo crimine. Pronum enim factu est. propter notam inter nos amicitiam, ut qui me perditum cupiunt, ex te rerum omnium conscio mearum, testimonium concutur extorquere, ac tuâ fide cupiditati eorum non obsequente, tam diris ex te quæstionibus quod me gravet eliciant, ut tu eruciatibus tormentorum enectus, ego indicijs expressis quæstione convictus, pariter ambo pereamus. Respondit Coronatus: hoc ipsum & ego provìdi futurum, & metuo non magis mihi quam tibi; si enim alieno testimonio convictus, cõtumax & impœnitens morte afficiaris, scis te ad dirius aliud trahi tribunal, à quo inexpiatus deprehensus, sempiternis addicêris supplicijs; quæ cum commutare brevibus hujus temporis pœnis nitrò subeundis adhuc possis, suggero tibi hoc ultimum, & pro statu rerum tuarum unicè utile consilium: ut sponte confitearis quæ peccasti: ac si, quod sperare licet è Regis benignitate, gratiam supplicij nancisceris; vitam condonatam luctu impures: sin lege in te agetur: piaculo volũtariè suscepto pœnæ temporariæ purgatus, æternorum apud manes cruciatuum periculo defungaris. Hęc Vestigator audiens, & solitâ se obfirmans adversus sana monita duritie, respondit: nondum ita desperata mea causa est, ut ad istud extremum descendendum mihi consilium judicem. Experiar priùs quædam alia, moraque; quibus potero artibus, obducam: si fortè insperatis, ut fit interdum, momentis ac casibus, fortuna judicij prosperiorem in exitum queat vergere. His Coronatus auditis, desperatâ curatione obstinati animi, recessit acerbissimè dolens, & certo Amici exitio, & suo ipsius gravissimo periculo: quippe qui perspectissimum haberet, vitari non posse, quin perseverante in criminis inficiatione Vestigatore, ipse, quem omnes ei familiarissimum scirent, aut quæstioni subijceretur, aut velut conscius & particeps sceleris ejusdem, pari cum illo damnationi succumberet. Hæc ergò mœstissimus reputans, & pertæsus vitæ, hausto ultrò veneno efflavit animam.

V. Postridiè jussu Regis pro Tribunali Prætor sedit, assidentibus judicibus delectis. Eodem & Leopardus venit. consessum densa corona circumstabat universę Palatinę militię. Adductus in medium è carcere Vestigator est, causam in vinculis dicturus. Primus, congregatis cunctis, verba fecit Leopardus in hunc modum. Rex noster, o Commilitones, participem me fecit cujusdam gravis curæ sue quam etiam communicari vobis voluit. Acris cum Pœnitentia inceſsit inretfecti Tauri, idcircò quod non contemnendis indicijs serò cepit intelligere; innocentem illum, se dolis malis, & delationibus falsis in ejus necem instigaro, perisse. Iam hoc ejus, per alia quoque experimenta cunctis notæ bonitatis & justitiæ eò laudabilius argumentum est, quò fert ægrius illusum sibi cum tantâ insontis capitis injuriâ. Si quid enim mihi creditus intimorum ejus sensuum conscio, incredibiliter excruciatur ejus animus, nec quietis capere

partem

partem ullam valet, quoad calumniatorem sceleſtiſſimum, cujus artibus nefarijs in eam fraudem implicatus eſt, pœnis meritis ſubjecerit. Quare agite, conſerte in hoc operam & Reipublicæ & Regi, ut ritè reus peragi legitimo judicio, Veterator nequiſſimus iſte Veſtigator poſſit. pernegat enim factum non minori pervicaciâ, quam quanta ejus fuit in eo perpetrando perfidia. Sed impudentia nebulonis perditi, teſtimonijs convicta conſciorũ, illudere diutiùs fidei publicæ prohibebitur. Promat modò libere unuſquiſque veſtrum quod de illo novit. reſpondebit pro ſe Reus præſens quod videbitur. Quæſitores cunctis utrinque auditis arbitrabuntur. Sic judicium ritè ſtque ordine, quod Rex nominatim juſſit, exercebitur. Leopardi orationem excepit. Arbiter quæſtionis Prætor in hæc verba. Cõvenientiſſimè iuri ac mori majorum & Leo præcepit, & Leopardus peroravit. quod ſupereſt veſtrum quotquot adeſtis, unuſquiſque ſe accingat ad proferendum ſummâ fide, parique libertate, quod de hâc causâ, deque Veſtigatore, compertum habet. Cooperabimini hoc agendo, vel maximè communi utilitati. Publicè quippe intereſt non impunè abire ſceleratos, ne ſecuri ſeveritatis legum, quidlibet Improbi audeant. Sub hæc dicta ſilentium aliquandiu cunctorum fuit. quod primus abrumpens Veſtigator. Heus vos, inquit, poſt tam acria dicendi juſſa cur tacetis? Agite, me quoque invitante, proferte quidquid de me noſtis. non recuſo: quinetiam flagito. Audire cupio quid mihi opponatur; parstus continnò verè objecta fateri, falsò impoſita refellere. Sic ergò dicturus quiſque ſe comparet, ut contra meam deſenſionem tueri teſtimonium ſuum queat: qui ſecus fecerit in caput ſuum peccabit. quæ enim noſtris legibus æquiſſimæ conſtitutæ pœnæ ſunt in falſarios linguæ ac fidei venalis, eas ſe ſubiturum me agente; ac Prætore, prout lex jubet, & res exiget, decernente, ſciat. Atque adeò videat, ſi cui lingua in obtrectationem prurit, ne ſimilia patiatur imperito Medico, qui parum habens quod ageret in Patriâ, ubi cognitus negligebatur, peregrè ſimplices quæſivit, quibus mtò imponeret. Profectus ergò in Civitatem, cujus Princeps filiam habebat ex morbo gravi decumbentem, in partem ejus curationis adhibitus periculo ſuo eſt, hâc quadam ex causâ. Erat in eâ Vrbe Medicus perquam eruditus, ſed ætatis vitio, aut calamitatis caſu, penitus orbatus luce oculorum. Vocatus ille ad ægram, ex attactu pulsûs, cæteriſque quæ audivit, intellectâ morbi causâ, remedium ei indubitati ſucceſſûs oppoſuit, præſcribendâ potione ex ſucco herbæ cui capillus veneris nomen eſt. Verùm quod oculis ipſe captus diſcernere herbam non valeret, proficiſcens in apothecam herbariam, comitem optavit peregrè appulſum Medicum. Hic nihil minùs quam quod profitebatur callens, tam imperitè in delectu verſatus eſt, ut cicutam vice capilli veneris pharmaco admiſceret, quo hauſto filia Principis repentè eſt mortua. cunctis mirantibus, & cæco Medico notæ peritiæ ſe fidei, perſeverante, non potuiſſe mulierem extingui potione, niſi erratum eſſet in compoſitione pharmaci, herbâ noxiâ pro utili ſuppoſitâ. Dynaſtæ parer mortuæ, expreſſum ex eadem herbâ quæ filiam occiderat, ſuccum ebibere coràm ſe Medicum exterum coegit. qui miſer continuò extabuit; imperitiæ audaciæque ſuæ pœnas exolvens meritiſſimas. Sic eveniet, jam hinc denuncio, teſtimonium contra me falſum, aut inconveniens dicenti, ſtrangulabitur quem malè nexuerit, laqueo; & gladio inſcitè ſtricto ſeſe confodiet.

VI. Nihil hâc comminatione territus, & irritatus confidentiâ loquacis Rei, aſſurrexit ſub ea dicta primus Coquorum Regis. Et audite me, inquit, qui adeſtis in conſilio: afferam enim quod nolle ad cauſam profit, ex quadam longo mihi uſu partâ peritiâ mores ex facie noſcendi: certos vultibus ac frontibus, arcanorum animi ſenſuum characteres, natura indidit, ex qualibus apparet: Veſtigatorem nequam ac ſubdolum, nulliuſque fidei nebulonem eſſe. quippè qui oculos obliquè diſtortos, & horum lævum dextro breviorem, eumdemque inquietiſſimè mobilem habeat. ad hæc, ſputi inter incedendum temerè inclinet: quæ ſigna certiſſima vaſti calumniatoris, ac proditoris perfidioſiſſimi, magno conſenſu Phyſiognomici dudùm tradidere. Cõtra hæc, innuente Iudice, dicturus Veſtigator, orſus eſt à laudatione itonicâ principis Coquorum. En, inquiens, omnium qui ſub cœlo ſumus longè ſapiẽtiſſimus, cui nemo quantumvis eminens comparari doctrinâ, & judicij gravitate queat. Miſeros vos conditores legum, qui talem non adhibueritis in conſilium. Lucriſeciſſetis operam inanem ſtatuendi pœnas ſceleri, ac præmia virtuti. Si enim ineluctabili neceſſitate trahitur animus ad ea facienda quæ oris lineamenta ſine noſtro nobis arbitrio à naturâ tributa ſignificant, quid attinet mulctare ſupplicijs qui malè agunt, characterum ingenitorum errare, ut hic docet, non valentium, neceſſariò fidem ſancientes? alioquin puniatur ignis; quia urit; aquæ tormenta decernantur, quia vel excuſſa è nube viatorem madefacit; vel exundans è torrente ſata lædit. quid tibi videtur Archimagire de iſtâ tuâ mirabili Phyſiologiâ? utrum mavis, qui præditus iſtis, quas indicaſti, notis in lucem venerit, cavete à malo poſſe, an inevitabiliter eſſe improbum? ſi priùs dicis, inanis eſt tua collectio: forſitan enim ego quem accuſas, aut ſimiliter inſignitus quivis, indolis innatæ propenſionem conatu virtutis inflexerimus in rectum: Si alterum fateris, nonne quam inconſequenter loquaris vides,

qui pœnam apponas ubi culpa nõ eſt, quod ſi recipitur quid de te fiet? nam quot cris ſupplicijs mactandus, ſi omniũ quæ pervitam neceſſariò, vel feciſti vel paſsus es, cauſa nunc tibi dicenda, invidia ſuſtinenda, luenda expiandaq; cruciatibus conſcientiâ ſit? Ecqnid ſtulte jam ſentis te præpoſterè perſpicacem, vidiſse feſtucam in oculo alterius, qui trabem in tuo non attenderis. Similis malè ſanæ mulieri è fabulâ vulgatâ. Fertur enim, duas aliquando ſorores protipiendi ſeſe nudas è cuſtodiâ, quâ durâ tenebantur, occaſionem nactas, dum unà cum patre ijſdem elapſo vinculis fugiunt, harum alteram fortè invento centone vix pudenda contegentem, increpare Germanam cepiſſe, quòd nuda incederet. cui, Pater: ſana ne, inqnit, es, qnæ ſororti exprobres, ſine ſuâ culpâ patienti, quod & tu pari neceſſitate paſsa es, & pateris? Hæc audiens Princeps coquorum quod reponeret non habuit: univerſis reſponſum Veſtigatoris haud dubiè probantibus. Ipſeque *Leo*, ubi rem cognovit; ſtultè locuẽ Principem coquorum loco movitne in culinâ qnidem ſuâ tam nullius jũdicij miniſtros ſibi ferendos putans. His eo confeſsu actis, & per actuarium in cõmentarium relatis, riteque ſignatis, horâ jam provectâ, ſolutus cœtus eſt, Reo nondum convicto reducto in carcerem.

VII. Redditum cuſtodiæ Veſtigatorem convenit alius quidam ex ejus familiaribus, Coronati communis Amici mortem mœſtiſſimus nuncians. conſternatus acerbo caſu Veſtigator lacrymas non tenuit, inter quas hæ voces ejus audiebantur: Me miſerum qui verò, experimentis probato, & omnium temporum Amico privatus hodiè ſim! Quid me vivere attinet te mihi, Coronate fidiſsimè, ſubtracto? rectè ajunt vulgò, catenâ connexas quadam per Orbem commeare calamitates; nec unquam uni ſingulares occurrere. En mihi capitali judicio periclitanti, ac diris vinculis conſtricto, funeſtum ſupervenit auctarium irreparabilis jacturæ capitis cariſſimi; etiam, quod dolorem incendit, cauſâ meâ extincti. Hæc ita deplorantem invenerunt, qui poſtridie juſsu Prætoris denuò citarunt ſiteruntque Veſtigatorem ad Tribunal. Ibi Iudex altè conſidens: quid tibi, o Veſtigator, aut, conſilij nox attulit? num tandem induxiſti in animum fateri quod agnoſcis? cunctia jam patent tua ſcelera. nemoque non miratur confidentiam tuam, perſeverantis inficiari manifeſta. nulla tibi jam reliqua excuſatio eſt: ac niſi ſumma & infinita quædam miſericordia Regis eſſet, tu fœdiſsimorum conſtrictus conſcientiâ facinorum, omninmque jam præjudicijs damnatus, adhuc utique non viveres. Ad ea Veſtigator audaciſsimè; quantacunque ſit, ait, iſta quam memoras ſumma & infinita miſericordia Regis, tamen eam longè ſuperat inenarrabilis importunitas immanitatis tuæ. Video enim te ſanguinarium mancipiũ inexpletæ crudelitatis, ſitire cruorem meum, eoque ſerâ voluntate præoccupare ſanæ mentis officium, meâ nec convicti nec damnati morte, contra fas omne, decernendâ. nec mitor te talem, qui olim peſſimũ noverim: & ita naturâ comparatum ſciam, ut ſemper optimos nequiſſimi peſſimè odorint. Has contumelias æquus ac moderatus Iudex, ut Medici mites ægrorum delirantium intemperias, ſapienter ferens; Bona verba, inquit; & fruſtrà, & non in tempore, Veſtigator iraſceris. quæ audiſti minus tibi grata, ex officio noſtri muneris dicta liberè ſunt. nam diſſimulare nos haud convenit quos ad coercendam improborum audaciam, autoritate ac poteſtate publicâ Princeps ac Populus armavit. cæterùm, ſi quis apud te conſilijs benevolus locus eſt, autor magnoperè tibi ſum, ut neceſſitate in uſum versâ, brevibus, quas fugere non potes, hujus temporis pœnis ſapienter utaris, ad redimenda ſupplicia æterna, quæ gravium conſcios ſcelerum, inexpiatos ex hâc vitâ tranſeuntes, manent.

VIII. His contra ſic occurrit obſtirmatiſſimus in contumaciâ Nebulo. novi & ego quando & quatenus opus eſt, præhabere ſempiterna tranſitorijs. Verùm quid hæc ad præſentem cauſam? ubi non quid agere debeam ritè damnatus, ſed an damnari jure poſſim quæritur? aio ego & perſevero, uti debeo, conſtantiſſimè, innocentem me accenſari falsò, ac circumveniri per calumnias. Tu verò æquum cenſes, cooperari me iniquitati opprimentium me: quid enim aliud fecerit mendaci, quod tu hortaris, confeſſione imponere conſcientiæ meæ, & fingere me feciſſe quæ non feci? Scelus hoc enimverò foret, iſtis quæ intentaſti futuræ vitæ immenſis ſupplicijs luendum, quo avertat Deus ne me contaminem. An enim levius arbitraris peccare, famæ ac ſalutis voluntarium proditorem ſuæ, quàm inſidiantes alieno capiti ac ſanguini? Æqnius ergò vos meâ vice moneam, ut etiam atque etiam videatis, ne fœdè ruatis iſto curſu; idque, meam inſontis damnationem præcipitando, conſciſcatis, quod ſerâ deinde pœnitentiâ neqnidqnam optabitis infectum; tale experientes quidpiam, quale olim contigit teſtanti qnæ non viderat. Vir fuit in primis totius Indiæ copioſus & nobilis, qui accipitrum cuſtode utebatur nequam ac libidinoſo juvene, natione Persâ. Hic oculis cupiditatis adjectis ad uxorem ſui domini, matronam formæ, pudicitiæque præſtantis, eò temeritatis ruit, ut furorem ei ſuum fateri non vereretur; ac rejectus, ut par erat, ab honeſtiſſimâ muliere, totus incubuit in propoſitum atrociter ulciſcendæ repulſæ. Ergò cum familiari exercendo aucupio, duas forte venatus picas eſſet, domum ambas vivas pertulit, mentitus ex Perſide advectas, diſertas aves illius ubi eſſent natæ regionis linguâ. Inde illas aſſiduè ac laborioſiſſimè inſtitit edocere carmẽ ad ra-

tiones

tiones accommodatum destinàti sceleris. Alteri namque sæpius quotidiè inculcabat hanc sententiam idiomate Persico: *Vidi Dominam cum lanitore concumbentem*. alteri hæc verba eâdem linguâ *Ego vero licet idem viderim*; *nihil dico*. Insidiosissimi artificij hæc erat ratio. Sciebat Accipitrarius Persas quosdam primarios viros, visendi tum ac discendi causâ peregrinantes per Indiam, non ita multò post venturos in Vrbem regiam, & sui domini, eum quo ipsis intercedebat amicitia, hospitio usuros. Interim autem Picæ dictata quotidiè recitantes oblectationi domesticis erant, peregrinum humano similem è rostris emissum volucrum, admirantibus sonum: nemine tamen intelligente quid verba significarent: quippe cum non esset ibi ullus, qui sciret Persicè, præter unum ipsum fraudis artificem. Iamque in viciniam fama emanaverat, & domus frequentabatur concursu curiosorum, audire gestientium humano sermone utentes alites, ac videlicet invidentium Persidi felicitatem raram; ipsâ quoque iuredum gaudente matresamilias, quanti sui periculi miraculum hoc esset, tum adhuc ignarâ, & ideò securâ. Eâ vice rerum advenium expectati Persæ Proceres, & cum toto comitatu excipiuntur hospitali tecto, pro domini copiâ & humanitate, splendidissimè. Primâ nocte, triclinio magnificè ornato, lautissimis epulis gratulatio adventûs Amicorum geniali lætitiâ celebrabatur: quando ritè libatis sub secundas mensas Iovi xenio poculis, renidens ad hospites sestâ hilaritate cœnæ pater: assuetam, inquit, hospitijs vestratium inistis domûm. non enim vos è Perside primos accipimus. Bonis avibus auspicati commercium faustum, facundas è vestrâ patriâ dudum accersitas hic habemus volucres. tum innuens Accipitrario, ut inferret Picas, recognoscetis, perrexit dicere, cum quâdam, ut spero, voluptate linguam vestram. Magnâ omnium expectatione introductæ duæ caveæ, picarum totidem diversoria, loco eminenti collocantur. fit silentium: illis edentibus, & sæpius replicantibus cantilenam solitam. Hic enimverò Persæ Proceres mirari, innuere invicem, mox etiam erubescere, assectis ipsorum & ministris ex eâdem gente qui adstabant, alijs furtim arridentibus, quibusdam ægrè cohibentibus, cachinnum erumpentem. Obstupuit hæc observans cœnæ præbitor, & oumquid vos, ait, Hospites, in cantu familiarium vobis, nobis peregrinarum offendit avium? An aliquid in sententiâ hîc ignotâ vobis percipientibus quid sonet, forte molestum accidit? Interpretamini nisi grave est, quid tandè id sit. Ad ea senior ex ipsis: non est, inquit, Domine, pudoris nostri notionem verborum quæ audimus, linguâ tibi familiari, quam & nos hîc peregrinando didicimus, exprimere. quia tamen res est ejusmodi, quam tua plurimùm iurerest nosse, explicet ea in aurem tibi, quem circumducimus, Interpres. Tunc jussu Persarum accedens Interpres ad patremfamilias, Indicè reddidit, voce submissâ quod Picæ Persicè loquebantur. Adstabat intentus ad ea quæ fiebant sceleratissimus curator Accipitrum, qui ferrum dum fervebat tundendum ratus, impudentissimè clamavit Indico sermone, intuens dominum: Arguunt me inofficiosi silentij Bestiæ, dum probrum tuæ domûs evulgare occupant, quod ego, non minus quam ipsis mihi perspectum superstitiosâ verecundiâ hactenus tacui. ut igitur quod omittere salvâ, quam tibi debeo, fide non possim, vel serò exequar, ajo asseveroque idem, quod Picæ referunt; vidisse nimirum me quoque hisce oculis non semel & iterum, sed sæpius, adulterari ab Ostiario tuam conjugem volentem & poscentem. Efferatus tanto suo dedecore patersamilias, simul furioso defixit obtutu eidem, & ipsam mensæ accumbentem uxorem, simul manus & arma expediebat ei statim io oculis convivarum trucidandæ. Obstiterunt consurgentes hospites, non gratiam supplicij, sed moram ad cognitionem se petere ajentes. Interim miserrima Matrona sumpto ex conscientiâ animo, virum his verbis confidenter est affata: oe præcipites damnationem inauditæ Reæ, adeò non recusantis sævissimam necem, si crimen quod objicitur verum est, ut occupatura ultrò fuerit. Cave putes vocales aves quod viderunt referre. reddunt quæ audierunt, quæ artifex sceleris docuit, recitant, ignaræ ipsæ quid loquantur. Iube, si dubitas, interrogari de alijs eas linguâ quâ hæc dicunt, si verbum præterea, vel unicum sermonis Persici, aut intelligere videbuntur; aut reponere poterunt rogantibus, cûctis me tormentis excrucia. Fons piaculi totius hujus Accipitrarij nequissimi effrænatissima libido est. Ille ausus rentare pudicitiam meam, ubi rejectus audiæ quæ meruit, has adornavit technas mihi perdendæ; succedente, ut ferè sit, in locum flagitiosi amoris optato frustrati, sanguinariâ immanitate tragici odij: Plura dicturam interpellavit os ferreum audacissimi Calumniatoris, perseverans improbissimè verum se testari, fallax exusationes obtendere asturam adulteram. Tali articulo adfuit, tamquam Deus è machinâ, mirabile ostentum. Ruptis repentè loris expeditus è pertica Falconum maximus, quos iste nebulo curabat, infestis & rostro & unguibus involans, ei oculos eruit; consternavitque adeò, tam manifesto numinis indicio convictum, ut flagitium jam suum, totumque insidiarum ordinem ultrò confiteus panderet. Ita oculos, quibus se mentiebatur vidisse quæ fingebat, justissimâ vice Impostor amisit: & Matrona innocens subornato Avium mendacio infamata, Avis ultricis non imploratâ defensione purgata est. Tam carò procaci lu-

veni constiterit, alienâ non merendis pernicie mentiri voluisse. quod vos, si qui me insontem falso gravare testimonio paratis, pro eâ quæ cuique antiquissima est propriæ incolumitatis curâ, reputantes: metuere par est intentam in calumniarum ultionem vigiliam Providentiæ, statuereque vobiscum; non minori vos vestro, quam meo, periculo in hoc judicio mentituros.

IX. Hæc à Vestigatore audita silentium excepit adstantium; nemine non eorum qui dicturi aliquid venerant, suâ causâ formidante, tam arguti & loquacem Reum temerè lacessendo in sese irritare. Quæstionem igitur ampliare coactus Iudex, conventum solvit, diem inde septimam instaurando judicio condicens. Verum eo spatio prudentissima Regis mater filium adiens: quousque, inquit, sustines versutum hunc Vitilitigatorem Tibi & legibus illudere? Excute, quæso te, proculque abige superstitiosum metum errandi, subdendo pœnis manifestè meritis improbissimum caput, cujus ex ore ipso domi suæ sine timore arbitri vera fatentis, Leopardus, quantævis autor fidei, audivit disertissimam confessionem circumventi proditione nefariâ insontis Tauri. quid alijs præterea testibus opus est? aut quorsum inquisitio producitur, ubi crimen reperitur? non vides hoc supervacaneo legitimæ quæstionis apparatu scenam adornari artificijs callidissimi Rabulæ, unde se jactent usque ad plausum imperitorum, & triumphata judiciorum autoritas strophis Cavillatoris impudentissimi, ludibrio jam Vulgi traducatur. In summâ sic habe: si hoc ille diutiùs ferat impunè, futurum omninò, ut majori deinceps securitate scelera frequententur; persuasis istius experientia successûs nequissimis quibusque, satis tutum improbitati præsidium in formulis Leguleiorum, ac forensibus argutijs adversus vim legum esse constitutum. Hæc Reginæ oratio causam absolvit. Victus enim evidenti veritate sapientis moniti Leo Rex, misit Speculatores in carcerem, justos ibi Vestigatorem interficere. Post quæ narrata colligens disputationis suæ summam Gymnosophista, hæc Regi Abessalomo dixit: In hunc modum, Domine, ubique ac semper serius ocyus eveniet; ut qui malè agit malè patiatur, & insidiator, si non statim cadat in foveam quam alteri foderit, brevi saltem similibus laqueis circumventus calamitate opprimatur ejus pari quam procuraverit insonti.

DISSERTATIO

Parabolica III.

His auditis dixit Rex Gymnosophistæ; satis ista percepi. Vellem mihi deinceps exemplis declarari leges & officia amicitiæ constantia.

I. Ad ea Gymnosophista respondit: Amicitiæ, Domine, veræ, quâ nihil expetibilius, nihil pretiosius in virâ est, imaginem informabo luculentam in his quæ mox referam de Columbâ, Corvo, Mure, Testudine & Capreâ. Erat prope quamdam Civitatem locus aptus aucupio, frequentatus propterea ab urbanâ Iuventute prædas illic quotidianas facere solitâ. Arborem illic annosam latè opacam ramis frondentibus, stato dudùm domicilio Corvus insederat; cujus è cacumine cum staret in speculâ, prodire vidit Venatorem, manu dexterâ venabulum, rete sinistrâ portantem. Facilè intellexit hæc cernens Corvus, suo istum, & sui similium periculo venire: mussansque ac sibi cavens, constituit tamen observare curiosè, quò iste avium generi jure suspectus apparatus erumperet. Ecce autem statim post, rete Auceps aliquâto supra campum spatio tigillis suspensum explicuit, granis frumenti subtus sparsis; quibus procul visis Columba senior alias aliquot juniores secum ducens, advolavit ad viciniam retis, & ipsam seminibus insperssum, quæ obiter Columba cum sodalibus legens, sensim ipsa prior subivit rete, aliasque eodem traxit. Hæc non longè delitescens in insidijs speculabatur auceps, qui ubi prædam in casses indutam vidit, attractu furtivo funiculi statuminibus subductis, rete devolvit in ei subjectas volucres. Consternatæ illæ subito lapsu sum sese captas sentientes: tamen illa senior cæterarum ductrix, bono esse animo socias jussit nec tam citò desperare, quin ratio iniri aliqua posset expediendæ ex eo periculo salutis. Moxque circumspectis omnibus in fiduciâ firmata: Heus vos, inquit ad comites, agite connitimini pro se quæque mecum. multæ sumus, & rete mendicum est, evolemus simul in aera, rete sursum evehentes. Factum dictum. abeunt sublimes auferentes reticulum, quo eriam implicatæ tenebantur. Suspiciebat admirans venator, nec despondens tamen animum. providebat enim tanto labore atque impedimento implexarum cassium haud procul avolaturas. Sequebatur ergò currens in quamcumque illas partem nitidarum remigio cernebat.

II. Varijs ea Corvus intuens miscebatur affectibus ac scobus, formidinis, miserationis, & curiositatis. Vicit hæc ultima ut attenderet, & nō solum oculo, sed & cauto volatu sequererur Columbas fugientes, haud sine causâ verens, ut longa illis & felix ad extremum fuga contingeret. Audivit autem primariam Columbarum sic admonentem socias: Videtis huoc Aucupem cursu affectantem volatum nostrum: id ille faciet quamdiù supra campestria & plana loca volabimus. Flectamus igitur cenico versus montē istum

scopulis

scopulis præruptis invium: simul eò nos tendere viderit, desperabit sequi posse, ac securas relinquet. Est aliud prætereà quo illuc trahor. Habitat ibi quidam Amicus meus qui nos expediet his laqueis. Assensérunt Columbæ. volatus communiter omnium super montis fastigium intenditur: Venator spe operæpretij perditâ, recedit. Corvus novâ curiositate instinctus videndi Amici quem Columba memoraverat, & quo is pacto liberaturus eam esset, alis & ipse supra montem nititur. Cavum ibi erat Muris veluti: propè descendentes aequieverunt Columbæ simul omnes. Prodiens cavo Mus Columbam Principem sibi olim familiarem magno excipiens affectu, quis te, inquit, carissima his implicuit vinculis? At illa: nescis, air, bona & mala fatali mortalibus necessitate provenire? Fatum me impulit ad grana insidiosè sparsa appetenda. quod dum ago cum hisce meis sororibus implicatæ hoc reti sumus, quia id aviditate obcæcatæ non prius vidimus, quam illo constrictas nos sensimus, nec mirus aut mihi novus hic casus est: è gravioribus evasi. quis autem non adversis exerceatur definito tempore. cum & Sol Lunæ interpositu deficiat; Luna umbræ terræ immersa obscuretur; Pisces ex profundo Pelagi hamo evellatur; Aves sagittis ictæ dejiciãtur ex aere, atque in terram delapsæ capiantur; quando sic lex fatalis statuit. Adeò quid quisque vitet, nulli satis cautum est. cum sint successus conatuũ ita incerti, ut eâdem sæpè vel simili operâ quâ stultus operato potitur, sapiens, quantumvis solicitus & strenuè satagens, scopo excidat.

III. Hæc loquentis Columbæ Mus officiosissimus, per se intelligẽs quid opus factò esset cepit arrodere dẽtibus vincula ut eã horũ nexu exsolveret. At illa magis solicita pro socijs: Incipe, Amice inquit, gratissimũ officiũ à vinculis quæ sodales cõstringunt meas mihi me ipsâ cariores. Audivit Mus, nec destitit agere, quod ceperat; omoi ratione cupiés ante omnes Amicam liberare. Sicque surdus ad monitum incumbebat operi. quoad Columba major intentiùs vociferans: Atqui si mihi placere studes, inquit, audi & fac quod precor. Vilis mihi mea est salus, præsertim hisce cognatis junioribus consulcum maturè velim. contestor & denũcio nihil agere te quod gratię imputem, firme primam liberaveris. aotiquior mihi longè cura istarum est meæ fidei commissarum. Si Venator supervenìat, malim me adhuc iterùm, quam illas opprimi. dum salvas eas liberasque videam, casum quemvis ferre possum æquo animo. quare, si me amas, sororibus ante omnia meis exolvendis vaca. ubi omnes illas expedieris, me quoque simili dignabere beneficio. non enim te quantumvis lassum cessare tunc à me liberandâ sinet compertissima mihi tua in me caritas: qualis cum has non amplectare, nondum notas tibi; vererer ne liberatâ me, in harum aliquâ exercandâ segnis esses, & illa misera præda fieret. huc fortè vel serò adrepentis Aucupis. quod si accidere nostrum cuipiam fato decretum est, occupare istud infortunium in meum caput longè malo, quam ullam dulcissimarum mihi comitum prodere. Talia Mus audiens: quam sanctè, ait, Amicitiæ leges colas, tua hæc demonstrat oratio. Porrò ista bonitas & amorem in te veterem fortiùs intendit meum: & sodalium tibi tuarum majorem, ut spero, conciliabit caritatem. Ea loquens sedulò incubuit in rodenda fila quibus Columbæ minores ligabantur, quoad ijs planè ruptis illæ omnes in securum avolarunt. Has ultimæ omnium, soluta & ipsa, post multas actas servatori gratiss, major Columba est secuta.

IV. His Corvus animadversis cootinuò se contulit ad os cavernæ Muris, in eam, statim, atque Columbæ avolarunt, denuò conditi, illumque nominatim evocavit. Respondit Mus ex tuto minimè prodiens: quis enim tu es qui me vocas? Reposuit is: Ego sum Corvus, qui observatâ fide ruâ & caritate in Amicos, majorem in modum cupio iuire tecũ amicitiam: & eâ gratiâ huc accessi. Apage, Mus inquit, intra cavum perstans; quæ mihi tecum intercedere necessitudo fœderis, potest? define quæ fieri nequeunt velle conari. non enim sapientiùs id tentaveris, quam Arator qui contendat stivâ per fluctus adactâ, dorso aquarum acie vomeris sulcum infindere; aut nauta qui seriò satagat navem propellere per æquora camporum. Enimverò quæ spes omninò sit, fidere me unquam, ut amico, tibi posse, quem scio corpora nostri generis, ubicumque se commodè offerunt, solere comedere? Ad hoc Corvus: Te decet, air, eâ quâ vales perspicacia discernere rationes timendi ac sperandi à me. Porrò quam hæ in hâc causâ potiores sint, intelliges cum reputaveris: securitatem tuam cum meâ præstanti utilitate esse conjunctam. licet adhuc tibi non experto probitatem meam, vereri ne in occasione te vorandi, mihi non temperem; Sed si me oũ stultũ putas, debes considerare mecũ contra rationes proprias, eũ magno meo damno nõ facturum: facilè mihi est alibi reperire quod suaviùs etiam comedam, quam te. Amicum ita fidelem, ita industrium, qui si quando in laqueos incidam, & possit & velit eos frangere, nusquam inveniam, te perdito. Sentis profectò quam securus esse debeas periculi cujusvis impendentis à me, cui haud ferè minus quam ipsi tibi expediat salvum te ac felicem quam diutissimè vivere: Mitte igitur suspiciones istas, & mihi bonâ fide fac copiam amicitiæ tuæ, cujus me dudùm cupiditas incessit. nolo enim existimare te hodierno isto experimento officij à te Columbis exhibiti, primam mihi virtutis tuæ notitiam oblatam,

jam-

jampridem de tuâ humanitate cognoveram, odore quodam ejus latè se fundente, suique indicium spargente. Similis enim caritas moscho est, aromati suavissimè fragranti; cujus, sinu licet conditi, aura quædam illecebrosa expirans, cunctos & afficit & allicit. Adversus hæc Mus, nondum planè persuasus, excipere perrexit in hunc modum: Magna vis est naturalis odij, cujus duplicem video speciem alteram, quæ infensos æmulos in certamina committit, qualis Elephantum & Leonum inimicitia est: alteram quæ prævalentes cum infirmis, timidos cum audacibus comparans, impetum ac vim sævam fortioribus inspirat; imbecillis nihil suggerens aliud nisi formidinem ac fugam trepidam. Talis nostri Murium generis cum Felibus simultas est, à quâ non multum differt vestra quoque carnivorarum & rapacium volucrum in nos violentia; quæ cum naturam habeat autorem, vix ullâ unquâ rationis moderatione mitigatur. Ejusdem quippe conditionis est cum dissidijs elementorum prorsus implacabilibus, & desperatissimæ pacificationis. quando enim expectetur, ut aquæ bonâ fide cum igne conveniat? Calefit quidem gelidus liquor flammæ vi admotæ, ebullitque ac fumat; sed præterquam sibi relictus, nativum citò frigus recipit; tum etiam cum servet maximè, ignem in quem incideris extinguit. quocircà vereor equidem ut firma & utrinque innoxia, ac tuta, coalescere inter nos caritas queat. Contra ea Corvus: erras, inquit, per nimiam prudentiam: & vano terreris metu. Spondeo & præsto tibi, non modo fidam ac synceram, sed constantem ac perennem meam in te benevolentiam; cui si respondere non gravaberis, nihil amicitiæ nostræ deerit, quo minùs cum verissimis possit æquari. novi ego quoque differentias familiaritatum & quasdam vasorum fictilium scio similes, quæ cum citò ac facilè franguntur; tum reparari ac refingi ope ac morâ queunt nullâ. Verum alias pretiosiores quasdam lancibus aut poculis aureis amicitias meritò comparo; quæ videlicet non temerè, aut pronâ rotæ vertigine, statim natæ, sed cantâ fornacum exploratione, malleorumque artifici tunsione liquatâ formatâque materiâ elaboratæ; tum constantius durant; tum si quid detrimenti lapsu aut incursu acceperint, non difficulter restaurantur, reponuntúrque in statum pristinum. Talis erit, ne dubites, amor noster: non fortuitò, sed ex certâ & maturâ meritorum atque utilitatum mutuarum æstimatione ortus, qualem nulla unquam longinquitas temporis, nullus casus aut error labefactaverit.

V. Emollitus tam instanti oratione Mus: Accipio, inquit, quam offers amicitiam; nec te primum ex omnibus qui me aliquid rogarunt, optati expertem dimittam. non tamen poenitet allegasse quæ audisti, pertinentia magis ad excusationem meam, quam ad præmunitionem tuam. Volui tam futâ declaratione meorum sensuum præripere tibi omnem ansam insultandi unquam simplicitati meæ, si quando, quod absit, contingeret resilire te à pactis. non enim tunc gratulari tecum posses, fucum te fecisse tuis fraudibus crasso cuidam & improvido: eumq; vanâ ostentatione promissorum stultè credulum induxisse ad fœdus, ejus olim pernicie sanciendum. Testor jam nunc te ipsum an præviderim? an non præmonuerim? duritiei me posses accusare si non annuerem; fatuæ credulitatis & imprudentiæ damnare, ne tu quidem ipse posses, quando (quod non arbitror fore, nec Deus siverit) abuti olim velles amicitiæ fiduciâ ad me incautum opprimendum. His dictis, ad os cavi sui Mus accessit, & caput duntaxat foras protulit. Tum Corvus: injuriam mihi facis, ait, qui nondum videare metum mei deponere. quin tu totus ad me prodis? aut quid times post tam synceras expressiones meæ tibi addictæ voluntatis? Ad ea Mus hæc reposuit: Amicitiæ duplex genus in vitâ est. nam alij affectu intimo animi se invicem amplexi verè amant: non alium sequentes amoris fructû quam ipsam dignos amandi honestatem: Aliorum quæstuosis implicata rationibus, & minimè gratuita dilectio est: spectantium nõ personas doteve amabiles dilectorum, sed opes viceque mutuas speratorum ex ipsis officiorum ad vitæ opportunitates utilium. Hos ego comparare vestris hostibus Aucupibus soleo: dum grana spargunt, escam expetitam avibus, largâ manu circum laqueos; nõ ullâ liberalitate aut benefaciendi studio, sed sordidâ instincti cupiditate prædandi; seque ipsos saginandi carnibus deceptarum illecebrosis insidijs volucrum. Procul hæc à meo usu & genio amicitiæ forma est, quam ne tibi quidem probari confido. Equidem mihi sum conscius, meam in te uno dilectionem acquiescere, nec ulli præterea ex te captando inhiare compendio aut commodo. quod autem nondum totus prodeo, non ullus à te metus in causâ est. satis confido verbis tuis ut me tibi credere non dubitem. Verùm alij circumvolitant tui similes, à quorum vi, nullâ mihi adhuc pactione cautum est. Horum ungues & rostra nõ sine ratione metuenti ignoscere te mihi æquum est. non enim ijdem omnium mores ac sensus sunt, quos naturæ similis jungit communio. Neque hoc formides, ait Corvus, nam fœdus ineuntes amicitiæ pro se suisque paciscuntur. Primaque verè amicitiæ lex est amicos amare amicorum eorumdemque hostes odio prosequi. dabitur efficax à me opera (ne dubites) non modo, ut ne quid tibi noceant fratres necessarijq; mei; verum etiam, ut te non minus quam ego ex animo diligant, ac pro vitili juvent. His denique auditis ausus egredi Mus, solemne

ami-

amicitiæ sacramentum Corvo dixit, viciſſimque accepit æteroæ benevolentiæ firmatam ab eo, Deo teſte, fidem.

VI. Inde in familiaritate frarernæ oeceſſitudinis cum viveteor, quadam die Corvus Muri dixit. Video cavum hoc tuum viæ militari proximum; & vereor ne ſrequentem meum huc appulſum conſpicati viatores, advertant animum ad explorandum quorſum hunc in locum tam crebrò ventitem; ſicque cum damno tuo io notitiam veniant latebrarũ tuarũ. novi autem ſtationem longè à tali periculo remotam, ubi piſces multi ſunt, & rerum aliarum ad victum opportunarum copia benigna. Habeo præterea ibidem teſtudinem amicam; quare illuc migrare, ibique diverſari de cætero decrevi, niſi quid tu ſecus ſentis. Ait Mus: ibo & ego perlibenter tecum. ſoleo enim non uni receptaculo confidere. Sed me ſemper juvat duas ſilem habere miſiooes, quarum in alteram confugiam ſi alterã excludar. His Corvus auditis Muris caudam roſtro tenens evolavit ad oram fontis in quo Teſtudo degebat. Hæc procul iotuita venientem Corvum cum onere inſolito Muris è roſtro pendentis, viſu territa inopinato, demerſit ſe in aquam, ibique delitescebat: quoad illam, Mure molliter in fontis margine depoſito, nominatim compellavit Corvus. cujus ſtatim amicam vocem Teſtudo agnoſcens, excuſsà formidine ad ipſum prodijt: ſalutatoque caro capite, & rogato ut valeret, & ſatin ſalvæ res? ad extremum percontata homaniter eſt: ubi tandiu hæſiſſet, unde tam ſerus ad ſe reverteretur? Corvus pari comitate, quid ſibi, ex quo invicem non viderant, variè contigiſſet enarravit: haud reticens obſervatum à ſe officium Muris io Columbas, & contractam eum tam firmo & fido amico neceſſitudinem. Apparebat delectari ſermone Teſtudinem, quæ etiam ijs oculis tam laudabilium autorem facinorum Murem intuebatur, qui facilè demonſtrarent, illum ab ipſã quoque jam nunc diligi. Tum Corvus familiariter converſus ad Murem: Age, inquit, fidem ſi videtur, exolve promiſſorum, quibus te narraturum, ubi vacaret, recepiſti quædam eorum, quæ longa tibi ætate experiri ac videre contigit. nam, ni fallor, & idoneum longæ confabulationi locum hic habemus, & tempus à majori curã vacuum.

VII. Tunc Mus ad ambos inbianter attentos, ſic dicere orſus eſt. Primam ego fixam ſtationem poſui in cellã cujuſdam Solitarij, ubi victu fruebar luuto, clam prævorans quæ ille ſibi paraverat & ex his quæ abundabant ſatietati meæ magnum ſodalium meorum numerum paſcens, qui eo mihi beneficio obſtricti, obſequio, ut fit, & honore largitorem celebrabaot. Interim Solitarius damnis quotidianis irritatus, nihil non tentabat, quò meas à ſe injurias depelleret. Sed fruſtra erãt artes ejus omnes, me ſolerter ac feliciter cõtra ſemper machinante. Itaq; cũ inter alia commentus eſſet ſuſpenſionem ex paxillo parati jam prandij, quoad hora, juxta diſciplinam Aſcetarum, ſtata, legitimum veſcendi tempus reduxiſſet; ego nihilominus arrepens & ſurſum nitens eò pertingebam, dans ſedulam operam, ut ex meis dentaxat reliquijs vivere Solitarius aſſueſceret. Eã vice rerum divertit ad eum hoſpes; exceptus, ut fieri ab iſtis ſolet, ſanè benevolè ac comiter. Poſt primas ſalutationes; ioter officioſa colloquia, Solitarius ſtrepitu foreè audito, me moliri aliquid pro more ratus, exterrendo mihi complosit manus. Idque cansã eãdem cum iterùm & tertiò frequentaſſet; Hoſpes cur id faceret, quæſivit. Cui Solitarius: infeſta dudùm, inquit, hæc domuncula eſt intestino latrocinio aſtutiſſimi muris, à cujus dente ac gulã nihil prorſus eorum quæ mihi ant hoſpitibus paro, arte adhuc ullã ſervare potui, quominùs libata cuncta ac fœdè deformata quotidiè reperiam. Tum Hoſpes: eſt ne, ait, Mus, hic ſolus? an comites habet? & ille: Habet, inquit, minutos, quos curſare oon rarò video, ſocios non paucos: ſed exiguæ induſtriæ, nec multùm idcò formidatos mihi. Facilè quippe illos abigo. Verum adverſus primarium illum fraudum artificem nullum mihi conſilium, nulla opera procedit. adeò vaſer, idemque intrepidus, callidiſſimuſque opportunitatis captator hic latro eſt. conſequenter narravit aliqua è meis facinoribus, me taciteè ridente. nam omnia ex altero meo eavo audiebam muſſans.

VIII. Tum ſic exorſus hoſpes eſt: Aliquando ego & mecum Amicorum quidam, uſi ſumus peregrè diverſorio cujuſdam civis in Vrbe oon ignobili haud valdè locupleris. Hunc ego (nam paries tenuis cubiculum ejus à noſtro dirimebat) nocte concubiã cum uxore fabulantem audiebam in hunc modum. Volo iſtos quos tecto excepimus, honeſtos, ut apparet, viros convivio etiam adhibere cras, ſic enim urbanitas & officium hoſpitij præſcribit. Rectè cogitas, mi vir, uxor ait, modo ſit unde menſam inſtruamus, nos enim indiem, ut ſcis, vivimus: & quæ tua nequidquam tam ſæpe improbata mihi, diſſolutiſſima vitæ ratio, eſt, cuncta ita conſumimus quovis veſpere, ut nihil in craſtinum ſit reliqui. Cui vir: tace, inquit, cum tuis iſtis anguſtijs animi. craſtina dies providebit ipſi ſibi. nec ab hodiernã degener, ſuggeret ipſa quoque hujus exemplo quod edamus, & amicis apponamus. Porrò iſti, quorum in numerum fruſtra me invitas, avari repoſitores affluentium, qui famem hodiernam pro craſtinã paciſci copiã ſolent: malè peribũr & venatoris & lupi exemplo, quibus quam male ſua providentia ſucceſſerit breviter accipe; Progreſſus ad venandum vir cum arcu, occurrentem

capream

capream sagittâ stravit, eamque in humeros impositam domum pertulit. nec epulari è tantâ prædâ sustinuit; sed inhians majori, jejunus iterum exijt. ecce non minùs favente fortuna procul aprum conspicatur, & figit explosa nervo tragulâ. at ferum præproperè mortuum ratus, dum cupidè vult tollere, spirans ille adhuc, & dolore vulneris irritator, sævo dente hominem lacerat. tum ambo, victuoris amissâ maximâ, eodem in loco moriuntur. Supervenit non ita multò post, prædam quærens Lupus. Qui visis corporibus duobus, & arcu venatoris non procul jacente. Corpora, inquit secum, hæc duo, eras & diebus sequentibus eomedam. hodiernam famem placare satis erit nervo arcûs quem ibi abjectum cerno. His dictis ad arcum accedit & vorare chordam aggreditur. Erat autem intentum in eâ & jaculationi paratum telum: quo ad primum Lupi attactum explosa; miser corde, transverberato statim Lupus interijt. Similis avaros pœna manet; ac videlicet te quoque, nisi desinis de crastino esse solicita. Talibus vel persuasa, vel persuasam se mulier simulans, benè, inquit, habet: Scio ubi sit Oryza & Sesamum: es eras tempestivè coquâ & condism. voca licet quos voles. Postridiè mane vidi matremfamilias certam Sesami mensuram, quanta convivis à viro vocandis sufficeret, aquâ lavare, moxque purgatam expsndere ad Solem. Tum ad alia se ministerij domestici opera vertere. occupaverat autem pridie demensum Sesami viro & sibi suffecturum in sequentem diem purgare, & lautum siccatumque reposuerst. cui quantum sbsumpturi erant hospites nunc superaddere parabst. Sed casus intervenit sanè incommodus. nam Canis præteriens expansum ad Solem Sesamum comminxit. Quo animadverso fœmina, pollutum urinâ cibũ abominans abjecit. excludi autem se tempore sentiens, ne alind Sesamnm ablneret, quod quantitate necessariâ pridie parato adjungeret, è cistâ depromptam mensuram ejus priori parem; immundam, ut erat, frugem, antea mundatæ admiscnit; hæc secum mussitans: En quam expediat, quidquid vir meus contra disputet, repositum servare aliquid in crastinum. nempe nisi clam illo, ut soleo, provisissem partem aliquam Sesami purgati, nihil haberem quod ventutis sd condictum Convivis hodiè apponerem. nunc cum saltem pars sd manum aliqua sit Sesami mundati, minore incommodo ei adjungi pars alia non purgata poterit. modus est videlicet in rebus: & nimia & nulla providentia pariter in vitio sunt. quæ illa dum & ageret & diceret sapienter & moratè, vix tamen vitavit temerarium judicium cujusdsm, qui eam videns facere quod dixi. quam, inquit, causam habet ista Mulier fruges mundas impuris admiscendi?

IX. His dictis Solitarium hospes intuens: Ista, inquit exẽpla, si dicere me sinis, in te pariter & subsessotem tuũ Murem eẽsuram intenẽst. nam neque tu quoridianis hujus vexaretis injurijs, nisi supervacanea providentiâ cibaria tibi multò ante quam vescaris præparans, spatium illius machinationibus præberes. Iste porrò ipse sur domesticus, hand grassaretur tam licenter, nisi congestæ incubans tei, provisarum sibi opum, & in tuto positarum conscientiâ insolescceret. Age perfodiamus ejus cavum. aut valdè fallor, aut inveniemus cubilia ipsa rapinarum, caput ac causam confidentiæ. Ab his statim se accingunt operi, cavernam meam præcipuam, cujus os extabat, unde me sæpe prodire Solitarius notaverat, aggressi cum marris & terebris pertundere scrutarique usque ad intimum. Tremebam ego totis artubus cuncta hæc audiens è secundo meo seductiori foramine, ubi nunc fortè, ut dixi, delitescebam, anxio æstu animi miserrimè metuens, ne bis mille aureos, quos in imo antri specu sensim furtis varijs aggestos condideram, deprehenderent & tollerent; id quod non multò post evenit. Ablato thesauro meo hospes ille meo damno sapiens, exarmsvimus, inquit, Istronem: nil audebit, nil poterit in posterum. niminm, hoc dicens, verax fuit. Ex illo momento mea omnis confidentia dejecta est, vis enervata, industria evanuit. Mures minores, qui me antea venerabantur, tunc aspernantes irridebant. Conatus ipsi mei successu solito carebant. cum enim postridiè, quod priùs sæpe feceram, cistam edulium suspensam insilire tentassem, medio impetu decidi: magisque ac magis in horas debilitabar: & qui me priùs olim obnoxij clientes contemnere ceperant, nunc ultrò etiã oderant & pulsare minabantur. Mirabar vehementer quanta vis auri sit. Per illud Amicitiæ jura, necessitudo consanguinitatis, fides clientelæ constant. Ipsa meus, ratio, ingenium industria, artes dotesque obsolescunt sine illos nec voti ullius sui compos fieri spoliatus eo potest. Ergo illa verissima Patrum ad pueros sunt monita. Pecunia opus est. sine illa nihil rectè fit. Velis, remis, navibus, atque quadrigis fugienda paupertas: & vel per sestentem belluis pontum ac sævissimas procellas ad divitias currendum. Inopes aquæ rivuli tenue illud liquoris filum non persecunt ad mare. Flumen plenum sit oportet, ut ad Oceanum pertingat. Ita pauper, nec hujus vitæ commoda, nec futuræ felicitatem potis est assequi. Sed spretus, afflictus, exosus, etiam sanę mentis, & bonæ famæ dispendium patitur: necessitate adactus ad peccandum. nam suæ illi angustiæ ærumnæque maturè cogitandi, ac per hoc sapienter consulendi, spatiũ & facultatem demunt. Excluſus sano consilio, imprudenter operatur, utilia factu omittit.

Iam

Iam quæ in divitibus laudantur, eadem offendunt & vituperantur in egeno. Sit pauper bello fortis, audiet temerarius & præceps. Sit beneficus, prodigus dicetur. Sit mansuetus & comis, vilis adulator reputabitur. doctus pro rancido antiquario, eloquens pro ingivendulo rabulâ, maturus ac tardus in loquendo, pro hebete, ac stulto traducitur. ut satius sit vitam abrumpere, accersendâ morte, quàm, ut ille ait, Sole uti de decoris sui tesbe. præsertim quando eò deventum miseriæ est, ut mendicare à superbissimo nobilium opulentorum genere sit necesse.

X. Ea dum mecum mœstus reputo, progressus in locum, unde inobservatus videre poteram quæ fiebant; animadverti hospitem autorem consilij mihi funesti, partitum cum Solitario meam pecuniam, partem suam in erumenam condidisse, quam cervicali decumbens supposuit. Expectavi dum obdormivisse videretur. Tunc clam accessi sine strepitu, & trahere ad me mordicùs apprehensum conatus sacculum, non fefelli attentum rei Senem. qui paratum in istos usus baculum in caput impegit misero mihi. unde vix salvus me recepi. Post horas aliquot iteràm tentavi Bursæ ligulas attrahere. At ille Dracone vigilantior, iterato & fortiùs incusso fustis ictu, tam graviter mihi sinciput contudit, ut magnâ vi sanguinis excussâ, naribus deliquiù paterer, ægreque tacitus me cavo reconderem, ubi per horas aliquot penè animam agebam. Recepi tandem me paululum, auro maledicta ingeminans tot miseriarum causæ. Tantumque in sceleratum id metallum odij concepi, ut deinceps ad mentionem ejus exhorrescerem, nec nominari mihi sustinés omnium vitæ malorum, ut mihi tum serò videbatur, pestiferum fontem. Erumpebam quoque stomachum in avaram cupiditatem, certam mortalium perniciem: diriisque devovebam primos Autores congerendarum opum. atque, ut tunc eram, mihi videbar, nihil non potiùs præsentissimi periculi terrâ marique aditurus, quàm vel ultrò se offerentem auri copiam contingere auderem. Tunc illa quæ olim audita contempseram Sapientum effata resipiscenti recurrebant animo: certoque jam credebam, optimum mortali, paucis contentum esse. Vitam avaritiæ expertem, vigere fortitudine, constare patientiâ, omni genere laudis honestari, è casibus perplexissimis expedire felicem exitum. Enimverò Princeps, ut ajunt, virtutum largiendi propensio est, è diametro videlicet opposita capitalissimo vitiorum ac scelerum, congerendi siti; & raptis incubanti parsimoniæ. Initium est sapientiæ intendere futuris, negligere præsentia. magnanimitatis apex summus, aggredi quicquique se digna quæ possit consequi; conatum non perdere in arduis ultra spem: Plenus hisce cogitationibus appuli animum ad consilium vitæ seriò mutandæ. Vitare hominum contubernia decrevi. migravi ex Vrbe in solitudinem, è magnis ædibus in agreste cavum ruris avij. Illic paravi mihi Columbam amicam, cum qua mihi vetustior quàm cum hoc Corvo, ut ex ipso audire potuisti, necessitudo coaluerat. Planè summum vitæ bonum, voluptas maxima, in moderandis immensis desiderijs est sita. Felix erit qui pauca merè necessaria quærere satis habuerit. Obvia enim hæc occurrunt volenti cuivis. quippe beatus naturæ autor ubique locorum hæc exposuit, cibum videlicet & aquam. Finge aliquem totius Mundi dominum: num se tamen cunctis, quæ uspiam sunt escis ingurgitabit? num flumina & dolia omnia immensa ingluvie exhauriet? Paucis & illi necessariò aluntur; qui plurima possident. quid igitur juvat in immensa se extendere, modicorum capacem? Crevi sub hæc verò opibus, numero amicorum. nam & post Columbam contraxi cum Corvo societatem, quo ferente huc veni, & tecum, carissima Testudo, hîc familiaritatem coneraho, cumulo non exiguo bonorum.

XI. His auditis Testudo Muri dixit: Cognovi libenter quæ narrasti sui varietate speciosa, tuæque virtutis & prudentiæ indicatione tibi ampla ac perhonorifica. Gavisa etiam sum animadvertens, ex adversis profecisse te, & perceptas ex horum experientiâ notitias memori animo mandasse, tenereque adeò præsentes intelligentiæ nunc quoque. unum quod restare ad decus perfectum video non omittam admonere te. Fac benè cogitatis, executionem, sigillum apponas. parùm enim proderit rectè providisse vitanda sequédaque, nec prosequenti, nec fugienti quę ipsi expedie declinare, vel amplecti. nam quid juvat ægrotum morbi sui cognitio, abigere illum per eam non valentem? ne igitur auri olim perditi desiderium solicitet, nam vir exaggeratæ virtutis sine auro venerabilis & clarus est; ut dormiens Leo timetur: vitiosus autem dives, ut canis, auro illusâ incinctus vittâ vulgi ludibrio traducitur. nec te peregrinari pœniteat. nullus Sapiens usquam peregrinatur. Vbique Vrbem invenit cujus civis sit nolim etiam nimis recordari te priorum, aut anxiè revolvere animo divitias quas habueris, quas perdideris. Hæc adeò contemnenda sunt, ut meminisse ne dignemur quidem. Æstus fervet in mundo reciprocus mortalium cunctorum. fluunt, effluunt, oriuntur, occidunt. Orbis hæc universitas dicitur & est. Orbis ritu citò subsilit, momento volvitur, inquietissima vertigine rotatur. Rerum omnium incertissimæ dicuntur, animus adolescentis, officiosæ Fabulationes improborum, Amor Mulierum, falsa laus, divitiæ sine virtute. His neque affluentibus prudens gaudet, nec subtractis, aut malignè provenientibus queritur. Talia disserente Testudine, delectatus majo-

rem in modum Corvus exclamavit. Ohe, ut nihil dulcius in vitâ est jucundâ consbulatione, & mutuâ commonitione Amicorum! nam bonos, non alij quam boni juvant, aut in ambiguo distinguunt: sicut Elephantem Ispsum. nullus nisi Elephas valet erigere.

XII. Hæc & his similis loquente Corvo. apparuit procul, cursu ad fontem citissimo festinans Caprea, cujus strepitu & novitate inopinati sdventus trepidi cuncti variè abeunt. Testudo se aquis immersit. Mus cavum ibi repertum subijt. Corvus evolavit in summum arboris, unde diligentiùs rem speculans, explorabat; num quæ fera Damam à tergo insequens, in istum cursum urgeret? Cum nihil tale attentè circumspiciens notasset, delapsus Testudinem & Murem vocavit. & confidite, inquit, pax rebus est. A Dsmâ quod timeatur nihil esse scitis. Porrò eam nec fera nec vis ulls slia, quam formidare debesmus, insequitur. Cspreæ quoque jam appulsæ nunciavit nihil circumstare periculi. cuncta se latè ex alto lustrasse. Hic emersa Testudo & fonti innatans, cunctantem verecundiâ quâdam Capream sitim extinguere, benignè invitavit ad bibendum. Refice te fecura, inquiens; ad Amicos venisti: nec quidquam circumstat infestum. Tum, nisi grave est, consolsberis nos narrando quorsum venias & unde. Dama potu recreata: In Venatores, ait, hodiè incidi plures, & non uno insidiantes loco, quos ut fugerē longâ contentione opus fuit. nam incidit non semel, ut locum ubi refugium quærebam, præoccupatum nacta, inde renovato impetu reflectere cursum aliò egerer. quoad huc propina me quadam fortuna perduxit. Cui Testudo: Servavit te Sors rus cum huc impulit: avius est locus. nullum hic dudùm Venatorem vidimus: quare solicitudine omissâ, lætus nobiscum vive. Copism habes graminis viridis, & aquæ in propinquo frigidæ ac limpidæ. Tum, si non aspernaris, Sodales jucundos & fidos. Quis talia recusset, Dama inquit: & libenter assentiens consedit, vitam ibi degere deinceps certa. Convivium Inde hospitale celebratur sub densâ ilice, singulis casus snos referentibus; fiebantque inde quotidiani cōgressus consuetudine humanissimâ, alijs alios officiosè visentibus. Hinc die quadā cū cōdixissent Testudo, Mus, & Corvus ad cubile propinquum Amicę Dorcadis, repererūt heu! illā laqueo malâ manu posito implexam. Primus rem Corvus deprehēdit antevolans, & curriculo lentiùs euntibus socijs occurrens, captam Damam nunciavit. abesse tamen Venatorem. tantum miseram hærere funiculo cōstrictam. Consternati ambo acerbissimo casu, gradum quam possunt maximè celerant. Mus prior perveniens: quis te infelix, inquit, his induit laqueis? prudentiæ tuæ, fuerat non nisi explorato incedere. Scis enim, sæpius experta, insidias inhiantium nostro sanguini. Cui Capreà, quam prudentiam, inquit, memoras? inutilis ea est & effectu cassa, quoties fati lege in exitium inevitabile trahimur. Hac vice fermdnum Testudo supervenit, Mure strenuè laborante acutis dentibus in func laqueorum incidendo. Dama eā conspicata: Malum factum, ait, quod huc venisti carissima Testudo. nam quantū conjicio ex recenti tensione hujus laquei, Venator ejus artifex non abest procul. Is cum statim advenerit, Corvus volatu, Mus liberator meus & ego mox expedita, cursu facilè effugium captabimus; tu sola tardicatis innatæ vitio præda illi certa remanebis. quid agerem, respondit Testudo: carere tui conspectu non poteram: & quovis emptum hene periculo puto fructum animi qui percipitur congressu Amicorum. Hæc ea loquente strepitus incedentis per sylvam hominis auditur primùm, ac statim Venatore apparente, Corvus avolavit, Mus cavo illic fortuito se condidit, Dama ruptis vinculis exiliens aufugit. Testudo deprehensa capitur; & ab alijs incauto Venatore, func deligatur ad truncum arboris.

XIII. Psulò post aversâ in spes prædarum alisrum Venatoris, ideò variè per sylvam errantis, carâ, silentiū per inducias illic quasdam fuit. quo usi tempore Mus, Caprea & Corvus non longè à loco ubi Testudo stabat vincta, conveniunt. Comploratio hic omnium ex casu acerbo miserabilis fuit. Ac Corvus prior; ex quàm jucūdâ, inquit, pace in quantū infortuniō subitâ cōversione devenimus! quś verè quidam dixit, vitæ conditionem deplorans; Mortales felicem unum; si fortè contingat, successum, centum offensionibus & infestis casibus luere. I nunc & fide felicitati. non sufficit hosti meæ fortunæ, patriâ me privasse, orbasse parentibus & consanguineis; nisi etiā me nunc dulcissimâ Testudinis Amicæ, & leges amicitiæ tum callentis apprimè, tum tenentis, consuetudine mulctaret. O spes inanes! vota irrita! Ism pereat hoc corpus: & sub omne periculum mittatur vita hæc tot obnoxia miseriis, ut maximè floreat, caduca ex brevi vigore citò marcescens, astri similis irrequietā vertigine ab ortu ad occasum, hinc rursus in partem contrarism gyrantis. Refricat hoc novum vulnus cicatrices jam tempore obductas veterum dolorum, & quasi redivivas secum adducens clades omnes præteritas, conspirante simul acerbitate universarum crudelissimè me cruciat. Talia conquerentem Corvum, interpellans Caprea. tu quidem, inquit, tragicè rhetoricaris, quasi Sophista de schols, interim dum communis amica Testudo in dirâ servitute, imminentis exitij expectatione misera æstuat. quin potius intempestivè declamator, ei liberandæ dum tempus est, consilij quidpiam celer expedis? Hoc, inquam, sge istis omissis, ut viam, si qua est, amici capitis neci eripiendi incamus. Sed raptim

ptim ac citrà moram. nam officij occasio brevis est. Militis in actei procinctu fortitudo probatur; æquitas Negotiatoris in accepta justè reddendo perspicitur; Fides amicitiæ unum tempus habet sui prodendæ, calamitatem Amicorum. Cunctante ad hæc Corvo, cui nihil succurreret ad scopum utile; occupans Mus; mihi videtur, inquit, optimum factu: si se proripiat hinc Dama, & in campo ex hoc loco conspicuo humi jacens se mortuam simuler. fidem viso Corvus adstruat superinvolans & insidens, ut cadaveribus solet. Hoc Venator intuens, omisso arcu & pharetrâ velox eò contendet. quomodo enim negligat paratam prædam? cum propè accesserit tu Dama surges, & non totâ velocitate utens tuâ, sensim elicies ad sequendum spe injectâ tui quasi vulneratæ potiundi. Sic eum abducas quàm longissimè. Ego interim dentibus vincula Testudinis conscindam. Probatur res cunctis. Incipiunt pro se quisque, quod benè verterer. & negotium ut destinaverant succesisse. Liberatioque Testudinis communi est gratulatione celebrata. Hactenus idea informata est Amicorum & Amicitiæ; dotes illorum, hujus officia velut in speculo proponens.

DISSERTATIO

Parabolica IV.

SIc locuto Gymnosophystæ Rex Abessalomus hæc verba reddidit: Abundè docuisti me: quæ jura quæve munia sint Amicitiæ syncerè. nunc ex re, nisi gravaris, audire cuperem: quæ optima sit ratio insidias Inimicorum præcavendi amicitiam simulantium. Ad hoc Regis mandatum novo principio Gymnosophista exorsus disserere cepit in hunc modum.

I. Qui facilè Inimico credit reconciliatum se ferenti, patietur quod Noctuis accidit prodirione ficti Transfugæ ultimâ internecione deletis. Res narratur in hunc modum. Arbor erat in monte avio annosa densorum ramalium, vetus cubile rapacium avium, ubi fixis dudùm sedibus Corvus senior mille admodum sui generis capitibus imperitabat. degebat in caverna rupis proximæ gens numerosa Noctuarum, uni & ipsa Regi serviens infensissimo generi corvino. quare ut inter vicinos acribus committos odijs, invicè nocèdi cõsilia tumebant. Quadam nocte universus exercitus Noctuarum inopinatò castris erumpens, sopitos & nihil tale metuêtes Corvos invasit. Primi custodes cæsi. perrumpunt deinde in arboris intima. multum sanguinis fusum. tandem interfectis plurimis, vulneratis non paucis, nonnullis captis, spolijs divites, & ovantes victoriâ Noctuę Sole jam oriête suas sedes repetunt. Archicorax (nomen hoc erat Principis Corvorum) simul ex trepidatione se recepit prælij nocturni, Senatum cogit Proceerum Gentis: quos inter medius hæc ait: quanta clades nno impetu improviso Noctuarum nostris rebus illata sit, docendi meâ oratione non estis. In oculis recentissima pernicies est. multa in vitâ sum adversa experus. nunquam tam propè interitum venisse me memini. Vos ipsos adhuc video horrore periculi pallentes. Obtruncati vigiles. pervasa castra: robur in his deletum Legionum. Arx intima, & Regni avitum solium opportuno vix tandem allucentis diei auxilio retenta. Videtis omnem undique Civitatis hujus nostræ frondentis circuitum, quot nostrorum cadavera consternant, quanta vis cruoris maculet, quanta plumarum latè congeries tegat: Vestigia probrosa nostri dedecoris, & trophęa jactantiæ hostium nostrorum, qui quò viliores sunt, & plus vulgò exosi, eò nostra est intolerabilior ignominia. Agite, consulite in mediũ quid emendando incõmodo; præcavendis in posterum damnis similibus, opportunum factu judicetis, promite. Erant capita cõcilij quinqi præ cæteris illustres gestarum famâ rerum, & partâ ætate, ac longo usu prudentiæ opinione clari. Horum qui primus fortè consederat, Regis oratiooem sic excepit. Docuit hæc nos incursio quàm parùm tutis utamur sedibus. nulla unquam est securitas in tam infensâ vicinià sperandà. Florentibus rebus nostris, incolumi exercitu, integris opibus, vix pares fuimus insultui nondum spernẽtium nos, necdum experrorum debilitatem nostram. Si nocte insequente, successu feroces, aucti animis, majori numero ingruerint, quid futurum sit, horret animus informare cogitatodo. utamur censeo beneficio diei quæ sola cladem extremam nostri generis intercipit. Reliquias tenues tantùm non deletæ gentis, in locum munitiorem, remorum ab hoste, ac si fieri potest ignorum ipsis transferamus. Fractâ virtute, una spes salutis in fuga matura est. dixi quid sentiam.

II. Hoc ita locuto surgit illi proximus. Et vultu sedatior, extremæ, inquit, desperationis intempestivum audivimus consilium. nondum, quæ gratia Divum est, eò sunt loci res nostræ redactæ. Furro ne uno impressionis nocturnæ & improviso assultu debellatum sit? vili vẽdimus & patriam & famam pro quibus fortes omnes cruorem & quævis extrema paciscuntur. Stare animis cives. non acie fumus victi, sed vesicatione parùm nobis prosperâ tentati. multas offensiones, etiam graviores, belli, succedens fortuna melior correxit. Instruamus exercitum, prodeamus acie quadratâ, provocemus Noctuas in prælium. Ibi verâ virtute cernetur cui Parti victoriam Superi annuant. utra præstet viâ bellicâ. Si vincimus, restituemus Rempublicam, maculam

eluemus dedecoris inusti. Si quid secus acciderit, tamen laudi erit apud Bonos fortitudo infelix, & quod multis fama inclytis contigit, honore integro marti adverso succumbemus. Mea ergo hæc est sententia. Hærendum in loco, obtinenda vestigia Majorum, ignominiam Exilij haud conscisscendam vltrò; summa vi quantocyus conandum cladem hosti reponere. Tertij post hos contraria vtriq; fuit oratio in hæc verba. Ego nec fugam turpem, nec præceps prælium suaserim. Prius horum certum habet probrum, ingens incommodum, fructum incertum. alterum temeritati affine sit. Media placet via tentandæ pacis. Mittendos continuò ad Hostem cum Caduceatore tractandi peritos judico. Ferant hi secum munera, quibus, & Regem, & gentis Proceres deliniant. Exarmantur iræ plerumque submissis verbis: auro verò expugnari ferociam, quantamvis exempla in promptu sunt. quin si pactio annua Tributi ad conventionem requiratur, cedendum putarem tempori. multas etiam bellicosas gentes scimus dubijs suis rebus precariam tranquillitatem vectigalis pensitatione redemisse dãdum redeundi spatium est fortunæ meliori. summæ interim rerum quoquo modo consulatur. Quartus in hunc modum disseruit. Ego verò à legatione de qua proximè dictum est, decernenda non abhorreo, censeo tamen adhibendum modum, & precibus, & donis, vt illæ non nimiũ humiles, hæc modica sint. in quo utroque dexteritas Legati requiritur. Gravis ejus sit oratio & fortis, metum dissimulans, confidentiam ostentans. Abiectè supplices alta supercilia conculcant. à magna vltrò deferentibus majora flagitantur. Pecunia ingenti non tàm pax redimitur, quam ad oppressionis audaciam hostes instruuntur. exigua sic victores delinit, ut victos non exhauriat. Plus facit interdum dimidium quã totum: ut virgæ ad solem stantis modica inflexio umbram angit, immodica consumit Summa hæc est meæ sententiæ; nec recusandam Tributi conditionem, nec belli apparatum omittendum; librandis prudentia inter vtramque necessitatem momentis publicę fortunæ.

III. Quintus sic exorsus est: non possumus bellum gerere cum Noctuis: opibus hæ siquidem, & potentiâ longè nobis præstant. Qui verò haud rectè subductâ propriarum ratione virium temerè fortiores lacessit, se ipsum iugulat, ne lædens quidem adversatios. Magna pars est prudentiæ non contemnere hostem. nec nullam fortè partem habet in causa cladis nocte præteritâ acceptæ, quod noctuas parùm posse credebamus. Timeo equidem, & sẽper timui qualemcumque adversarium, præsertim si propè sit. nec ignavus hic metus: sed generosæ securitatis promus condus est. Cavet, vigilat, procinctus stat ad vim, qui metuit: indormiens supinæ fiduciæ, opprimitur impune. Cæterum Princeps sapiens ad bellum rune tantum appellit animum, quando alia non suppetit ratio Reipublicæ tuendæ. Luxu cibi, aut vestes eo-inmuntur; ludo aleæ profligantur nummi: Martis damnosissimus mercatus est impendio animarum ibi omnia emuntur. Tacebat Senator post hæc dicta, qrasi peroràsset. quando illum intuens Rex: si bellum, inquit, geri vetas, quid fieri suades? & ille suadeo tibi, optime Rex, ait, consilia exquirere sapientissimorum. Omnis pnblicæ rei, maximè verò militaris, spes & ratio consiliorum sanitate continetur. Mentis quam manus efficacior opera in bellis est, plusq; ad victoriæ successum consulta Prudentium, quam numerus militum, vigor corporum, robora legionum conferunt. Consilium ergò, rem summè necessariam hoc articulo negotij perplexi, cum postules, negari à me nefas sit. Quod autem eo nomine suggerendum in mẽtem occurrit, non est totum eiusmodi, vt proferri coram multis debeat. Quare utar partitione: atque hoc quidem palàm aio: qnemadmodum vltrò assentior ei, qui primus dixit non esse nobis conducibile bellare; ita probare nequeo id, quod qui tertio, & quarto loco dixere suadent, subeundam conditionem tributi annui, saltem moderati, pendendi Noctuis. Genus est servitutis tributaria pactio, ad quam ideò Gens libera, & ejus Princeps eo dignus fastigio, numquam nisi necessitate adactus vltima descendat. Beneficio Deũm nondum eo loco res nostræ sunt, vt excusare apud famæ judicium possimus abiectionem inflectendæ cervicis sub jugum adeò probrosum. Atque in his dubijs, Domine, stare re fixum, & irrevocabilem cuperem. Nam qui fluctuat nihil expedit; & contrariarum sententiarum, inter quas incertus conflictatur: damna incurrit, nec percipit commoda. Cætera, qnæ post hæc habeo proponenda secessum, & secretum exigunt. Effatum est Sapientum veterum Reges effici votorum compotes administratione optima. administrationem optimam ex multiplici existere consilio. Consilium, ut unguentum, eatenus probum esse, qnoad rectum teneatur in arcano: si expiraverit evanescit. Arcana consilia sex rimis emanare in notitiam possunt: Aut ejus enunciatione, qui sententiam rogavit, aut eorum confessione, qui responderunt; aut ministrorum executioni præfectorum loquacitate, aut legatorum, quibus mens Principis necessario creditur, garrulâ prurigine; aut sagacium coniecturis, qui è vestigijs palàm actorum clàm consulta odorantur; aut denique temerarijs judicijs otiosorum incomperta divinare conãtium, dum casu (quòd fit interdum) in verum incurrunt. Porrò Princeps, qui suæ mentis arcanum inviolabili secreti religione muni-

tum

tum obtinet, duplicem ex eo utilitatem colligit. nam & non patitur obstacula opponenda per conscios; victorq; inde propositi, successu destinatorum in sinu gaudet: &, si quis casus interverterit effectum, præter quam nemo quidem debebit ludibrium vulgo, irridere tentata non patrantes solito, lucrifaciet etiam odia eorum in quos machinas intenderat: qui si nossent quid in ipsos paratser, iras vsque in furorem irritarent. Non debet autem pigere Principem dare aurem, suggerere quidpiam arcanò volentibus. Nam qualecumque id demum sit, cognoscere quid noceat, quod reijciat pro arbitrio si bonum non est? Acuitur præterea mens ejus ista dijudicatione variorum sensuum: & auctoritas, atq; existimatio firmatur isto commercio secretorum, apud vulgus, quidquid non intelligit, admirans, & quod admiratur facilè venerans. Quin idem ipsum terribilem hostibus facit. Quatuor enim sunt, quæ Reges subditis augustos, formidatos exteris reddunt. Impenetrabilis arcanorum fides, multa cum Sapientissimis colloquia, Ministrorum solertium ad negocia delectus, & post navatam operam remuneratio. Denique inexorabilis severitas in perfidiâ proditorum puniendâ. Hactenus dicere palàm potui. quæ supersunt momenti ad rem, quæ vrget aliquantò maioris, congressum exigunt privatum, cui duæ linguæ, aures quatuor, nec plus intersint. vbicumque hic numerus excedituv, explorator subauscultans locum invenit.

IV. His Rex auditis dimisit cœtum; & Senatorem qui ultimus dixerat assumptum in intimum secum cubiculum abduxit. Ibi duo ex eo percontatus est. Prius, quam eansam habuissent Noctuæ belli contra Coruos indenunciati, tàm sæuâ irruptione incboandi. Alterum quæ ratio ipsi videretur optima earum, aut ulciscendarum, aut compescendarum. Ad prius Senator respondit in hunc modum. Antiquæ, Domine, memoriæ res est quam priorem quæris, mihi nota beneficio ætatis, quâ sum, ut scis, quam tu provectior. Qui tunc regnat apud Noctuas, Veterator Vaferrimus, olim in Comitijs avium, te nondum nato, celebratis, candidatus regni, tàm callido ambitu, coitionibus, quâ valet arte, nocturnis, Tribus totas emeruerat, vt iustis suffragijs declarandus Imperator Volucrum certò crederetur. disiecit pernicioſam molitionem Patruus tuus, qui obijt te pucro, quem tunc babebamus in nostro genere prudentiâ præstantem. Postulatâ enim concione sic disseruit: Video, nec enim obscurum est, quò pleriq; propendeatis. Sed quoniam tanti, quàrum profectò intelligitis momenti negotium agitur, mearum esse partium putavi hoc, quod ante rem actam, breve interjacet, spatio admonere vos, vt etiam, atq; etiam cogitetis, quam durum, acerbamque servitutem vobis, & universò ubique locorū Volucrum generi paretis injungere. Mitto prænunciare bella civilia, quæ imminent. An enim existimatis Aquilam, Vulturem, Milvum, Gruem: alias generosas aves, & pugnaces, spretas se vestris ludicijs æquo animo laturas? aut vmquam bona fide serviturus tristi huic, ac sordido, quem eorum cervicibus imponere meditamini, Domino. Mitto inquam hæc, vestræ per se animadvertenda providentiæ permittens: illud quæro, cujus vos sêsus indicio tàm benè affici erga Noctuā potueritis, vt ei Cæli, ac terrarum dominiū optaretis? An eius forma vobis, ac facies digna imperio visa placuit? Id suspicarer si Pavoni, si Cycno, si Columbæ faveretis? cantu aut sermone vos deliniros arbitrarer, si Luscinias, si Psitaco studere vos cernerem? Mostrum hoc aspectu horribile, vlulatu abominandum, fœtore teterrimum, cujus, dicite amabo vos, commendatione dotis ostentandum in solio, diademate coronandum putavistis? An corporis turpitudinem laudes in eo animi compensant. quænam vero? num scientia? stupire ac suxo stupidior Noctua est. An benignitas? dracones ac viperas, tum si quid est dirius, malignitate vincit. vtrum denique affabilitas? omnibus exosa omnes odit, tota ex fraude, livore, immanitate ficta constataque. Cui vmquam Reipublicæ benè fuit, cuius Principem nemo adire subditorum nemo intueri sustinet? quid si præterea contemnatur? si ludibrio, vel minimis sit; quomodo is ferre pro dignitate majestatem Regni, res administrare, publicis prospicere commodis poterit? Elephantem tam forte, ingens, nobile, eordatum inter quadrupedes animal excidisse auctoritate, atq; à regni spe submotum ferunt, bestijs offensis quadam ejus superstitiosa verecundiâ Lunæ noctu fulgentis, ob quam famâ vulgatam, etiam lepusculo debuisse ludibrium dicitur. Fabulam non longam, quia videtur ad rem facere breviter referam.

V. Exclusi aliquando Elepbantes solitis pascuis, quòd forte per æstatem lacus vndè aquabantur exaruerat, & sedes alibi quærere coacti, devenerunt in vallem sanè pinguem, & herbosam, fonte in declivitate collis eminente, eodemq; ubere, irriguam. non vlcta pergendum visum. probatâ omnibus habitatione uti deinceps decreverunt. Sed insedentes id solum antea densus populus Cuniculorum qui dolentes suorum plurimos, dum cavernis passim suis ad pastum, aut potum prodeunt à novis hospitibus mole corporum gravissimis elidi conculcatos, in consilium coeunt, in quo plerorumque ad fugam, & migrationē sententiæ propendebant. quando assurgens unus: audite me, inquit: observavi vastas hasce belluas, quæ nobis negotium facessunt, impotenter vereri nocturnam Lunam: vidi

enim

euim ejus aſpectu conſternari, & aquâ, velut ei propitiandæ, ſe luſtrare. Hinc mihi lux oboritur aliqua, & ſpes eorum hinc abigendorũ. Tentabo ſi vobis videtur nocte ſequẽti, quod cogito: eras quid ſucceſſerit ſcietis; & pro re natâ decernetis quod apparebit utilius. moræ brevis non leve pretium oſtenditur. Omnes aſſenſere. Lepus autor conſilij nocte concubiâ è regione Lunæ altè jam ſublatæ, innubi tum fortè Cælo, in ſcopulum evadit imminentem memorato ſupra fonti. Inde ductorem Elephantum magnâ compellans voce. Adſum, inquit, ad te miſſus à dominâ Luna, cujus in ditione fons quem cernis eſt Dianæ dictus ab altero Lunæ nomine. in eo illa conſuevit aliquandò lavari: cui rei veſtra frequentia impedimento eſt. præterquam nitor ipſe, ac perſpicuitas ipſi ſacri liquoris veſtris veſtigijs turbatur. Edicit ergo, abeatis aliò; ſuum illi vacuum, liberumque relinquatis locum. Si renueritis aut etiam cunctemini: peſtem vobis ac certam perniciem per me denunciat. Ipſa quin etiam deſcendit jam in fontem. Ibi eam, ſi dictis meis minus credis, accede ſis, licebit cernere. Turbatus inopinato, & miuaci mandato Elephantium Dux, admovet ſe ad oram vicini fontis, videnſq; Lunæ altè fulgentis imaginem ex aquæ ſuperficie repercuſſam, Deam illic, quod Cuniculus dixerat, præſentem credidit, ac vano cõſternatus metu, ſuis edixit vaſa colligerent, diluculoque migravit, cum armento univerſo, lætos ac gratulantes tam facili amolitione mali maximi, lepuſculos in regno patrio relinquens. Hic jam comparate mihi Elephantem cum Noctuâ, illius panicam à Lunâ formidinem cum hujus horrore diurnæ lucis. An non manifeſtum eſt infirmam, deformem, fœtentem, luridam beſtiam, multò magis, vel minimis luce gaudentibus, & manè canoris aviculis contemptui futuram, ubi eam abhorrere a Solis radijs, ſtupere ad meridianã lucem, tenebras, & tetruſa per totos dies gurguſtia captare deprehẽderint? videre jam videor, ut illam exſibilabunt, ut viſam ſubitò explodent, ut omnibus impune lucifugam tenebricoſam contumelijs afficient. Et hunc Regem imponere incolis Cœli cogitatis avibus, quem vix ſordidiſſima reptilium ſervum habere dignarentur? Eat, condat ſe cæcis antris, veſpertilionibus illic, nicticoracibus, ac talpis, ſi vel id poteſt, dominetur: Lucis filiarum, amicarum Solis, imperium Avium ne affectet, ne ambiat; de quo Noctuã cogitaſſe, vel per ſomnium inſania ſit, ſperaſſe autem furor, & veſtræ prudentiæ contumelioſiſſima deſperatio. Perorabo ubi unum modò ſubjunxero capitalis in hoc negotio momenti. Regum primarium officium juriſdictio, dijudicatio litium arbitrium cauſarum eſt, ut conſtat inter omnes. In eo munere tetrè fungendo puppim, ac proram æquitas facit. ſine quâ notâ, & pignoribus experimentorum certâ, nulli patientium injuriam querelæ ad tribunal deferendæ fiducia fuerit. Putatis, ſi quando Accipiter Columbam vexaverit, ſi res Hirundo rapuerit Paſſeris, ſi quotidianarum iſtiuſmodi offenſiunculaꝝ, quibus vita nunquam vacat, inciderit aliquid, quemquam inducturum animum ire ad Noctuam juris cepterendi ſui gratia? Tum putare id futurum, ſi damnum multò gravius accepto ab eâ non timuerit. Flagrat illa in omnes odio ſemper ardenti, eminet ex vultu, ex oculo furor, acerbitas, immanitas. quantâ injuriâ vexari agnum oporteret, ut ad lupum expoſtulatum ire non recuſaret, à quo ſe devorandum ſimul apparuerit intelligit? Fingite ita ſtultas Volucrũ aliquas, ut forum Noctuæ non refugiant. magnò luent amentiam, & remedium expertæ malo pejus, è fumo ſe in flammam incidiſſe ſerò ſentient. idem paſſæ quod Sciurum, & Leporem ſerunt: inter quos orta controverſia conſenſu amborum ad ſelis arbitrium, annoſi Solitarij ſpecie, ac cultu aſceticen ſimulantis, dirimenda delata eſt. Improbiſſimus Iudex prædâ lætus objecta, cum litigantes ex intervallo, quid veniſſent indicarent. Accedite igitur, inquit, ut vos audiam, nam ætatis vitio ſemiſurdus ſum. Ambos deinde incautè obtemperantes, unguibus aggreſſus, ac dentibus egregius arbiter diſcerpſit, ac voravit.

VI. Ita concionantem Corvum non paſſa perorare Plebs avium acclamavit denſo undique fremitu: Apage Bubonem Regem. Abeat in rem malam monſtrum lucifugum, invisum, execrabile: Ergo deſignatus paulò antè Rex Avium plenus cladis ac dedecoris vix ſalvus è Comitio aufugit, proximis etiam quibuſque iraſcentibus ultra ſibilos, roſtroq; miſerum tundentibus, ac plumas vellentibus: nocte inde ſecutâ cõvenit Noctuarum Regulus, è tantâ ſe ſpe dejectum fremens, ignominiæ ſuæ præconem Noſtrum: Et quid tibi, inquit, ego privatim, aut publicè veſtro Corvorum generi unquam incommodavi, ut cõtra me, alieniſſimo meo rempore, tam ſævâ rabie venires? Cæterùm ſic habe: reciſum ferro ramum vivæ arboris iterùm renaſci; coire medicamentis, & morâ vulnus inflictum animantis corpori, atque in cicatricem coaleſcere: Linguæ morſum eſſe prorſus incurabilem, ac cũ aqua extinguat ignem; vis hauſti veneni antidoto retundatur: Amor ſatietate fruitionis elangueſcat: memoriam tamen injuriæ ſiue merito acceptæ vivere æternam, ac vigere: quare iſtâ contumeliâ ſcias te ſemen jeciſſe, unde arbor exurgat nunquam eradicãda ſempiterni Corvos inter ac Noctuas diſcidij. Sic locutus, rabie plenus abſceſſit. Inde cum in ſpecum iſtam cum ſuis receſſiſſet, longo tempore vindictæ pariter cupiditatem, opeſque, ac ſoboleꝝ auxerunt. tum

ubi

ubi se confirmacos satis sensere, quam sup-na ipsis nostra, & nimis incauta securitas pretiosam offerebat nocendi nobis occasionem arripuere, nocturno isto tempestivè ad votum ipsorum tumultu admovendo. Vides ex his, Domine, causas odij tales, quas ulla posse pacificatione mitigari, nedum obliterari, sperandum haud quaquam sit. Pravum, inflexibile, memor injuriarium, & præ cuoctis odiorum tenax genus frustra conciliare curaveris: excindendum est. una nobis salus, unica pacis spes in debellando est sita. non, inquam, vivemus nisi vincemus. Quomodo autem possimus vincere iam quæris. hæc enim tua secunda interrogatio est. Ad quam sic respondeo: A vi aperta, vt res nostræ nunc se habent, expectandum nihil. vincemur sine dubio si configamus: & quod verè admonuit, qui suadebat fugam, pares nequaquam sonus sustinendæ sequenti nocte redituro rum ad arcem nostrã oppugnandam irruptioni hostium. non tamen desperandum est, quin prælio impares, stratagemate possimus superiores evadere. Artes, & machinæ multa efficiunt, quæ robur lacertorum, contentioque enixè conantium frustra tentaverit. Rem vidi nuper ad hoc ipsum adstruendum non ineptam; quam etsi ludicram, vel ad aliquod avocamentum acris quæ te vrit curæ, memorare non pigebit. Solitarius in vrbis mercatu hœdo empto redibat illum portans in cellam suburbanam. Fures qui luce palam sub oculis magistratuum, latrocinium attentare non audebant, hanc hœdi extorquendi Ascetæ simplicitatem inierunt. Tres quatuorve spargunt se in compita, quà iter erat necessarium redeunti domum Solitario. Et primus: en, ioquit, hic Asceta canem, immundum animal, tangit. Assentiebantur ad idipsum simulandum rogati circumstantes. Contemnens vanum tumorem pergit Asceta. Iterum, tertiò idem à diversis ex composito ingeminatur. Subvereri cœpit ne vera dicerent. Ad extremum cum extra portam circulus iuvenum, seriò perseverans canem esse quam portaret bestiam solitarius, & religionem in hoc eius frustra vestitu indicatam requirens, etiam hominem increparet, quòd non vereretur Civium oculos personam illam dedecente exemplo offendere: persuasus homo minimè malus hœdum abijcit; in fonte publico manus elluit, ac vestes; exensæ fuco sibi facto caoem obtrusum pro hœdo. ita recedit nebulooibus subl egentibus hœdum, unde convivium deindè celebrarunt salsis in Eremitæ fatuitatem dicteriis conditissimum.

VII. Hinc obiter vides rerum difficillimarum expediri astutiâ facultatem. Ad quod autem nunc instat, machinam excogitavi, successum, nisi plurimùm fallor, qualem optamos habituram. Castra censeo hac vespera ex hac arbore in aliam illam non longè à dextris sitam transferas. Me sub discessum coram omnibus, quasi proditorem & cladis acceptæ causam, convicijs proscindas: plagis mulctes; cruentatum, plumis alarum plerisq; vulsis, caudâ tota abscisâ, pro semimortuo ad solum sub arbore allidas. Ibi me relictum invenient Noctuæ iteratò venturæ citra vllum dubium hac ipsâ quam mox inibimus nocte. Me interrogabunt, auditum secum avehent: insuescam inter ipsas; arcana emungam; brevi me expecta cum certâ indicatione modi vincendi. Tantum memento pupillâ oculi, ac corde ipso diligẽtius tutari à cujusvis conscientia, imò, & suspicione arcanum nostrum. cætera fortunæ, ac mihi permitte. Fecit Rex vt monebatur. deprehendunt irruentes noctu vi majore, quam pridie Noctuæ, vacuam Corvis arborem; istum unum semineeem, ac lacerum humi afflictum. Percunctantur, quo alij concesserint. tunc ille puratis, inquit, quem tam malè mulctaverint, arcanorum conscium suorum facere curasse. Abierint utinam in malam rem. Invicem collocuti, qui hæc audierant, Corvum deducendum judicarunt ad Regem Noctuarum, sperantes eliciturum ex eo quidpiam. nam constabat fuisse hunc ex primoribus unum Corvini Senatus. Archibubo igitur coram se adductum Corvum supplicem, ac timidum, postquam lo speciem miseratus condidere jussisset, rogavit fateri ne gravaretur, quam à suis ob causam fuisset tam fœdè laceratus. Hic ille: imprudens, ait, libertas mea, & incauta simplicitas his me miseris implicuit. Hodie mane trepidi nocturno vestro incursu Corvi, gentis consilium coegerant. Ibi cum alij alia inepta, & intempestiva temerè garrirent: Ego quod res erat verè dixi. Fortiores Convis esse Noctuas: ne obfirmarẽt animos in vanâ resistendi constantia, nec cladem secundam expectarent. Herbam maturè porrigerent. Victores vos venerarentur, muneribus, ac pactione Tributi quantum præscribere dignaremini, placare satagerent. Hæc me, prout mihi meus dictabat animus, loquentem coorti omnes, Rexque in primis, proditorem impiumque proclamantes, rostris, & vnguibus in hanc me deformarum speciem, pro mortuo, aut statim morituro relinquentes avolarunt.

VIII. Tunc Archibubo advocatis suæ gentis Senioribus, quærebat quid hoc Corvo agerent. Primus omnium prudentissimus: occidatur, inquit, statim. Suspectæ sunt artes hostium præfagit mihi animus grandem ab hoc non vero supplice pernicicm. Scio in primis, & plurimæ apud suos fidei numeratum. aut valdè fallor, aut insidiæ istæ sunt machinantis infesti quippiam in Genus nostrum. In summâ quid perdimus eo trucidando? aut quam ad rẽ egemus hujus operâ

semi-

feminecisè at gravi suspicione periculoq; interstinę frandis ab exploratore versipelli clam instruędę illo tollendo defungimur. Sępè qui hosti pepercit infirmo deprehenso, ab eodem morâ indultâ revalescente, triumphatus, serò gemuit; trucidatus etiam, ignominiâ mortem cumulavit, famæ pariter, ac vitæ iacturam patiens: quippe judicatus culpâ suâ stultitiaq; perijsse. Mitiores alij tres, quaruorve sententias dixerunt, & fusè differuere pro se quisque: quibus tandem emollitus Rex, vivere illum inter suos jussit liberum. Recipientibus ergo se in spelunncam suam Noctuis immistus Corvus, aliquot ibi dies transigit; per quos multis ærumnis devoratis, periculisq; ægrè vitatis à primi Senatoris, occidendum Corvũ censentis, quotidiè iteratis apud Archibubonem instantijs; tandem exploratâ diligenter formâ cavernæ Noctuarum, certus jam consilij viam expeditissimam ad debellãdum pandentis, ad suos receptis fermè viribus, plagisq; illo spatio curatis, revertitur. Adit privatim Regem: Edocet constipatas habitare Noctuas in antro oris angusti, nullum uspiam à tergo, aut à latere exitum habentes. Quid opus sit facto distinctiùs explicat. Probat omnia Rex; & postridie mane, ignaris suis omnibus, juxta conventa cum ficto transfugâ, edicit: Ramum quisque arboris rostro ferat: sic ad iter expediti omnes adsint. Momento parerent. Accinctis omnibus, Rex præiens consilij aurore comitante, recta ad ostium antri Noctuarum, illud oppleri materiâ præcipit. tum exterius aridis folijs aggestis, ignem accendi: quem eventilantes universi, & ad ramos virides intra spelunceæ os congestos vi spiritus pellentes, fumum intra cavernam densissimum fecerunt, quo pleræq; sunt Noctuarum enecatæ. Pancæ reliquæ horrifico per flammas vlularu in lucem evadentes, partim flammis obiter absumebantur, partim semiustulatæ concidentes facilè conficiebantur à Corvis. In hunc modum omnes ad unam sunt Noctuæ extinctæ. Victor Corvorum Rex trophæo posito, cum suis ovantibus, in antiquas sedes, arborem videlicet ex quâ post cladem receſſerant, redijt. Magna inde, merito suo, & existimatio, & gratia Corvi stratagematis inventoris fuit: qui subinde interrogatus, num quid in Noctuarũ Republicâ boni, ac laudabilis fuisset, dicere solitus erat, nullum ibi se observasse, qui saperet, præter illũ Senatorem, qui autor, vt diximus, Archibuboni fuerat suspecti trãsfugæ perimẽdi. Ab eodẽ cum aliquando quæsisset Rex quomodo inter tam invidas, & irritabiles bestias durare tot diebus potuisset? patientiâ, inquiebat, & obsequijs quamlibet infensi saltem ad brevem usum deliniuntur. quid ranis exosius hydro ipsarum prædone? Tamen hydrum olim vidi decerpitum senio, qui postquam in palude totâ vitâ piraticam fecerat, ranis se ingurgitans, quod jam venari defectis viribus, & amissis dentibus nequiret, vectoriam operam ranis ijsdem per lacum commeantibus, unde victitaret, vili mercede locabat, intuebarq; admirans incautes illi tanquam jumento securas ranas, dum eas per stagnum quocumque juberent obnoxiè portaret. Post hæc expositâ, disputationis Gymnosophista summam colligens: qui hosti, ait, reconciliato citò, ac leviter erediderit, hunc par manet infortunium ejus, quo sunt à Corvia, ut est hactenus narratum, Noctuæ mactatæ.

DISSERTATIO

Parabolica V.

SAtisfactum sibi Rex his auditis significavit: condictoq; in diem posterum novo colloquio, ab reverso tempestivè Gymnosophistâ petijt, exponere sibi ne gravaretur: quomodo contingeret vori compores factos, finere sibi elabi è complexu rem cupitam, & eam frustra deinde reqnirere.

I. Ad tale quæsitum sic exorsus Gymnosophista novum sermonem est. Simius regno pulsus ab ingratis subditis, ingravescentem jam ejus contemnentibus ætatem; inglorium exul obtinebat stationem in vicinâ cuidam lacui siculneâ, cujus, & fructu victitabat. Erat è regione intra stagnum herbosa, sed brevis, insula, nec humanæ habitationis capax: ex quâ freto perangusto enatans subinde in continentem Testudo ventitabat, sub ipsam Simio insessam siculneam transiens. Contigit sub momentum ejus transitus ficum maturam spontè in subiectam viam cadere. Eam Testudo gustatam obiter, eum suavem probasset, non solum totam comedit, sed & caput attollens inhiabat pendentibus exteris Risit hæc cernens Simius; & unam illi, atque alteram dejciens ficum, longo illam sermone sæpè detinebat, lætus se reperisse, qui eum tædium solitudinis qualicumque confabulatione solaretur. Dominabatur in eâ, quam dixi lacus insulâ conjux Testudinis, qui non semel miratus tardiùs jam solito ad se uxorem reverti, percontatus ex ea, ubi tãtũ moraretur quę modo retuli de ficu, & simio audivit ab illa, cũcta simplicissimè fatente. Ille, seù rem interpretatus sequiorem in partẽ, seu suspectam viciniâ metuens astuti Veteratoris, decrevit, si quâ posset, Simium perdere, istinsq; voti sibi conficiendi hanc inivit rationem. Paulò post hæc audita simulavit morbum, & multa per noctem questus quasi graviter doleret, postridiè uxori dixit, aliàs se pari languore laborantem, gustato, suasu medici, corde Simij ex eo convaluisse. iret igitur, si se amaret, ac quantum posset oraret Simium, quæsitis

alijs

alijs prætextibus, transfretare in Insulam, se dorso eum trajecturâ ne gravaretur. Annuit illa, & statim sub ficum rediens Simium invitavit ad Hospitium sui Conjugis, copiosũ in insulâ domicilium habentis. Simius tristitiam, ut dixi solitudinis dudùm ferens molestè, non illibenter est assensus. moxq; secutus Testudinem ad littus, ibi ejus natantis testæ insedit. Vix medium frerum trajecerant, cum fluctu commotiori tantum non excussus Simius, timere lapsum, & demersionem cepit, restudinemque orabat, ut se continenti redderet. Ad quod illa, simplicitate sibi solitâ; minimè faciam, inquit, nam te vir meus expectat tuo vesci corde cupiens. nempè id morbi, quo laborat, certum fore remedium existimat. Simius his auditis aliud jam malum gravius submersione timens, ac, quod ajunt naufragium in portu, tantò ardenriùs regredi optabat. Itaque Testudini reposuit. Si hoc quidem est, ut dicis, reflectendus necessariò cursus est. nam cor meum hic non habeo, solitus illud domi relinquere cum aliquò proficiscor animi gratiâ. Quare, si tibi videtur, refer me continuò ad littus undè solvimus, & ibi me expecta. curriculo enim ad ficum pergam, & corde mecum sumpto statim adero iterum trajecturus. Probavit consilium doli nescia Testudo: remiginmq; inhibens, ac proram vertens, ripam unde venerat repetijt: expositumq; Simium admonuit, ut maturaret sumpto secum corde ibidem se sisteret, ubi eum opperituram se spondebat.

II. At Simius gravi se defunctum periculo gratulans, Ficui se suæ cupidissimè reddidit; illicque stultitiam suam damnans, dira sibi imprecabatur, si unquam cujusvis precibus inde se avelli, præsertim inexplorato quo iturus esset loco, sineret. Porrò Testudo, postquam longo expectasset tempore, moras increpatura perrexit sub arborem. Simioque familiariter vocato, O Te, ait, tardum! dudum trajecisse in insulam oportuerat. Tum Simius arridens: O Bona, inquit, cor meum, postquam illud hic reperi, navigare me ampliùs vetat. quare viro tuo censeo nuncies: ne se macereret expectatione mei. non enim modò vacat ipsum visere. & alioqui ægrotanti, Medici quàm Simij expetibilior adventus est. Suggeram etiam tibi narratiunculam, quâ ejus tædia languentis demulceas. Ægrotans in sylvâ Leo Vulpe ministrâ utebatur. Observabam ego eos, inobservatus ex arbore propinquâ, & Leonem audivi dicentem Vulpi: Memini mihi olim ab optimo medico præscribi, ut si iterum eo morbo laborarem quo nunc quoque rentabar, illo me curante, cor & aurem asini vorarem, melius statim, antidoto tali, valiturus. Cur cessas igitur, nec citò mihi alicũdè Asinum sistis undè malo, quo miserè diserucior remèdium sumam. Profecta subitò ad jussam perquisitionem Vulpes non longè illic pascentem Asellum vidit, eumque adiens: hens te ipsũ, inquit, quærebam. habes non procul hinc fratrem quendam tuum, qui te cupit alloqui. ne quæso graveris ad eum te conferre. ducam rectà, nec longum irer est. Annuit credula bestia, seq; in viam dat, cui obiter comitans vulpes, ne te conturbet, ait, quod frater hic tuus aliquantò à te, tuisq; cognatis diversa formæ est. pellem pro tempore induit aliam, nec vestitu omnes eodem uti semper possunt, nec tegmen exterius immutat animum. Hæc illis loquentibus apparuit procul Leo. & Vulpes eum gestu, & oculo designans: hic est, inquit, ipse ad quem pergimus, qui te desiderat. Annuens Asinus vastis auribus ad omnia, non dubitavit enim proximè accedere Leonem, qui ungues in eum inijcere conatus, arripere quod captabat, morbo gravante, nõ potuit. unde asinus impetu illo territus aufugiens, multò cucurrit externatiùs, ubi etiam hausit auribus seri prædam sibi eripi dolentis, iracundum rugitum. Sub hæc Leo irerim ad vulpem? excidimus, inquit, nostrâ spe, abijtq; in irritum primus hic conatus. Sed mille tibi artes suadendi sunt. nec despero quin si velis queas hebetem istam pecudem iterùm fallere. Experire, age. nam nisi strenuè adjuvas, morior. Provinciam mandas difficilem, reposuit Vulpes: tamen ut omnia, & volo, & debeo tibi obsequi, rem prout potero rentabo. Ab his statim redit Vulpes ad Asinum: & quid tibi vis, inquit, isto metu istâ fugâ? quid times? conatus ille, quo ex exterritus, nihil aliud, quàm fratris erat impetus amplecti te magno amore cupientis. Pluribus opus non fuit ad permovẽdum stupidum animal, ut continuò ad locum, undè modò vix salvus aufugerat, ultrò reverteretur. Ivit, admovit sese Leoni tam propè, ut ille quamvis infirmus facilè illum ungue correptum, ac dente jugularet. Occisum deindè Vulpi tradidit, mandans aures sibi, ac cor ex cadavere præcidi, seorsumq; afferri, ut, præscripto medici obtemperaret. Astuta vulpecula mortuo Asino extra Leonis conspectum, quasi ad exequendum imperata, tractos, decisas aures, & avulsum è pectore cor ipsa prævoravit: eoque facto ad Leonem recurrens. mira res, ait, hæc bestia nec cor, nec aures habet, quod quamquam nunc serò deprehendimus, tamen suspicari jam antea licebat. nunquam enim, si cor, & aures habuisset, persuaderetur, eum cujus vim esset expertus, cujus infestum rugitum audisset, fratrem sibi esse benevolum. Ex hac fabellâ intelliges ò Testudo, stultiorem me Asino futurum, si me tibi ad macellum invitanti crederem. Ita, Domine, ait Regi Gymno-

sophista sermonem absolvens, qui occasionem rei operatæ conficiendæ semel oblatam elabi sibi patiuntur, frustrà deinde in revocandâ illâ satagunt.

DISSERTATIO

Parabolica VI.

QVam vanum, stultum & interdum noxium sit, præfestinare votis, & inani destinatione imminere successibus lõgè adhuc in futurum pendentibus, ac eos spe impatienti præcipere: declaravit aliquando his exemplis Gymnosophista Regi Abessalomo doceri de hoc ipso postulanti, loquens in hunc modum.

I. Vir quidam Puellæ sibi paris ritu legitimo conjugium ambiens, impetrato jam ad id parentum Virginis assensu, dum sacra nuptialia parantur, nondum conscriptis matrimonialibus tabulis, cupidus ostenrandi futuræ uxori providum exquisitè suum quendam, & vulgari altiùs modo sapientem animum, sponsam adiens sic eam fertur allocutus: Ex uostro conjugio qui primus nascetur filius, jam nunc qui vocari velis ex te scire cupio. quibus pannis & cujus coloris veste, uti eum malis, quæso indica; quamprimùm enim parabo. conducam etiam jam ipsi uutricium; & cum ludi magistro cui committendus est, transigam. Huic talia seriò nuganti haud paulò cordatior mulier. Mibi videris Sponse, inquit, nostri cujusdam famuli, egentissimi hominis, similis istâ inani provisione nimis remotarum, & incerto eventu pendentium rerum. Is diurnis mercedibus mellis ac butyri non magnâ copiâ collectâ, duobus ista vasis è terrâ coctili condiderat. mox secum ita ratiocinans nocte quadâ dicebat: Mel ego istud ac butyrum quindecim minimùm vendam denarijs. Ex his decem Capras emam. Hæ mihi quinto mense totidem alias parient. quinque annis gregem Caprarum facilè quadringentarũ confecero. Has commutate nunc placet cum bobus centum, quibus exarabo vim terræ magnam, & numerum tritici maximum congeram. Ex fructibus hisce quinquennio multiplicatis, pecuniæ scilicet tantus existet modus, ut facilè in locupletissimis numeret. accedet dos uxoris quam istis opibus ditissimam nanciscar. nascetur mihi filius quem jã nunc decerno nominare Pancalum. Hunc educabo liberalissimè, ut nobilium nulli concedat. qui si ubi adoleverit, ut juventus solet, contumacem se mihi præbeat, haud feret impunè. baculo enim hoc, illum hoc, modo feriam. arreptum inter hæc dicendum lecto vicinum baculum per tenebras jactavit, casuque incurrens in dolia mellis & butyri juxtà posita, confregit utrumque, ita ut in ejus etiam os barbamque stillæ liquoris prosilirent; cætera effusa & mixta pulveri prorsus corrumperentur; ac fundamentum spei tantæ, inopem & multa gementem momento destitueret.

II. Post hæc Vir ille nuptialia peregit sacra, menseque decimo Lucina favente uxoris partu pater factus est. die quadam negotio urgente exitura marer ad vicinam, virum rogavit, ut tantisper dum rediret, invigilare ne gravaretur infanti sopito. Ille cura suscepta negligenter functus, dum alia cogitans ante cubiculum inambulat, serpens ad cunas adrepebat, peremptura puerum, nisi Nympha cõspicata inscendentem jam lectulum pupuli jacentis sæviissimum colubrum irruens occidisset. Audito pater quodam intra cubiculum strepitu, cum fores aperuisset, vidit victricem Nympham hydri quem necaverat perfusam sanguine: temereque judicans nocuisse illam puero, statim accurrens interfecit. Tum conversus ad cunas, ubi proximè ipsas jacentem mortuum conspexit colubrum, serò intellexit mala se mercede remuneratsse beneficiũ Nymphæ cui salutem filij debebat; & festinasse se pœnitens, etiam flevit, prævolantem suum, & dum longinquis inhiat, præsentia non cernẽtem, seriò emendandum decerneus animum. Hæc locutus Gymnosophista quæsito Regis satisfeeisse se putavit, illo quoque annuente.

DISSERTATIO

Parabolica VII.

VOcato deinde die quadam Gymnosophistæ Rex Abessalom: magnam, inquit, à te hodiè rem quæro, mihi necessariam in primis; quibus artibus assequatur Rex, ut domus ejus tranquillitate ac pace fruatur inconcussa? Plus ne ad id conferat patientia, an recti conscia mens, ac denique liberalis largitio?

I. Ad hæc Gymnosophista sic respondit: Pacandæ & in pace conservandæ domui efficacissima omnium res est prudentia tolerantiæ conjuncta. deinde Sapientium opportuna cõsilia. Postremõ optima & consideratissima materfamilias. Hæc omnia velut in speculo clarè cernere licebit in eo quod cuidam Indorum Regi contigit. Id autem est hujusmodi. Vidit ille Rex una nocte octo somnia terrificà, & conturbatus valdè, ubi evigilasset, quotquot erant in Vrbe tum Regia Brachmanas convocavit. cunctaque ijs singillatim proposuit insomnia, quid portenderent exquirens. Hi omnibus attentè auditis, responderunt: magna & mira significari visis illis, sed

quibus

quibus & exactè discernendis, & certò enarrandis spatio esset opus ac studio. Indulgeret ad meditandum morarum dierum septem. post hebdomadem redituros se, & ipsi expositoros, tum quid malorum, & quantum hæc ostenta minarentur, tum quid ijs averruncandis necessarium factu judicarent. Assentiente in hæc Rege, dimissi Brachmanes convenere io arcanum cœtum: ubi, ut omnes etant improbij facilè coierunt in sententiam sceleratissimam. Hæc enim fuit eorum oratio: Rex hic innumeros nostræ sectæ ac nominis paucis retrò annis interfecit, ulciscendi ejus en Deus occasionem nobis offert, quâ sperare commodiorem nunquam possumus. arripienda ea est; nihilque parcendum, quominus ea utamur ad quam maximam in ejus caput accersendam perniciem. Hoc igitur respondebimus concordi judicio: Postquam scrutati scilicet libros arcanos sumus, consideratis accuratissimè omnibus, clarè providere nos, immensam quandam cladium ac calamitatum vim irâ mox Deûm in Regem devolvendam, nisi exiguo quod superest tempore piaculis idoneis præverterat imminentem pestem, eluatque, quibus malè perire meruerit sceleris. Horrenda quidem dictu esse quæ ab eo Dij exigant. Sed nunquam nimis magnum vitæ ac salutis videri pretium debere. Hac sola conditione incolumem illum regnare deinceps posse, si propriam uxorem, si filium ex ea natum, si privignum, mulieris ejusdem ex priori viro filium; si cum ijs Principem Regij Senatus & Protonotarium interfecerit. Si præterea sacrificaverit Elephantem album, quo vehi consuevisset, cumque illo duos alios ex toto regiorum numero maximos; simul etiam Equum & Camelum. Horum omnium tam hominum quam pecudum jugulatorum cruorem phialis inclusum dare in manus Regem sibi Brachmanibus debere. Illas se phialas introductoros in adyta sanctissima, ibique ritibus sacris ac carminibus, quæ ad expiationes efficacia ipsi nossent soli, daturos sedulam operam exarmandæ Deûm iræ, confidereque effecturos, ut litasse istis victimis, & minas portentorum à se depulisse experientia Rex prospera sentiret, inoffenso deinceps, uti antea, tenendo privatæ ac publicæ felicitatis cursu. Hæc Brachmanes uti composuerant inter sese, sic postea Regi, tanquam ex tripode oraculum, ediderunt.

II. In quo insidiosissimæ fraudis hanc rationem sequebantur: Principem quem pessimè oderant nudare potentissimo præsidio duorum ipsi fidissimorum capitum studebant: sic eum obnoxium cunctis fortunæ atque invidiæ turbinibus rati fore. Habebat Rex Conjugem matronam facilè omnium quæ tum viverent lectissimam; pudicitiæ, sapientiæ, caritatis in virum quantas maximas optima indoles & educatio præstantissima inferere muliebri animo potest. Cum hâc ad Regni Regisque commoda & utilitates procurandas arctè conspirabat ille, quem memoravi; Senatus Princeps Regij, Primarius consiliariorum Regis, summi vir ingenij, excellentissimæ doctrinæ, fidei verò, industriæ, dexteritatis in rebus administrandis, prudentiæ, innocentiæ, tantarum, ut qui de illo incorruptissimè censebant, parem illi uspiam terrarum in omni genere laudis desperarent posse reperiri. In hæc igitur duo columina prosperitatis Regis, invidentes ipsi nefarij proditores machinam præcipuè istam intendebant: nam quòd alios pariter occidi jussos his miscuerant, artificiû sceleris, & ultionis cumulus erat. Si quidem & adigendo Rege ad cædem regiorum ipsi carissimorû iuvenum, ad immolationem Elephantum aliorumque lumentorum, quibus eum scirebant delectari plurimùm, tenerrimos ejus affectus convulnerare sese atrociter videbant; & famam præterea exosi Principis incendio longè flagrantissimo popularis invidiæ objicere. Tum verò istâ inopinatâ conjunctione tot tam diversorum capitum aversuros se sperabant suspiciones cùm Regis tû cæterorum, ab animadversione præcipuè sui odij in Reginam ac Principem Senatus, quod odium si enotuisceret, magnam conatibus & clandestinis molitionibus eorum secutim infligendam providebant. Cum igitur die septimo elapso, admissi magno ambitu ad Regem, metu & expectatione anxium, vaferrimi seductores autoritate Religiosâ edictum illud suum pronunciassent, perculsus ultrà quam credi posset horrore denunciationis infandæ Rex, Ego ne, exclamavit, optimam uxorem, ego dulcissimum filium occidam! & talia Dij jubent, malè me potius ipsum perduint. quid enim minari sævius possunt? Solatio vel tum mihi fuerit tam caris superstitibus relictis emori, quorum vitam longè libentiùs meâ morte redemerim, quam damno ac clade ipsorum servari sustineam. His auditis scelerati Brachmanes affectatâ gravitate Regem monebant; componeret animum ad parendum Deo: cogitaret nihil cuiquam pretiosiùs salute esse propriâ debere. id cum commune ad omnes naturæ dictatum sit, Regum tamen, quorum capite status Regni publica fortuna continueretur, peculiarem esse rationem, ob quam benè quidvis impendatur eorum incolumitati conficiendæ; nemine nisi sceleratè recusaturo impendentem ipsis pestem ad se aterahere ac vertere. Ita dimissi Brachmanes recesserunt.

III. Rex verò ægritudine animi omnium quas in vitâ sensisset afflictus gravissimâ decubuit; inediâ vigiliâque contabescens, totasque continuè dies pariter ac noctes mente perturbatissimâ retractans, cum terrificas virorum imagines, tum multò tetriora, quæ ijs erant procurandis piacula injuncta. Pererebre-

brescente latè famâ Regis morbi, etsi erat vera ejus causa insuspicabilis humanitus, quoniam nec somniorum, nec congressûs cum Brachmanibus ullum omninò suorum Rex adhibere arbitrum voluerat, non fefellit tamen Palarij solertiam (id erat nomen Principi Seoatus) animo magis quam corpore laborare Regem. Ei primæ certis partæ conjecturis innixus notitiæ, institit deinde inquirere, circumspicere, odorari atque indagare cuncta, suo acerrimæ sagacitatis ingenio, quoad planè in hoc judicio consedit: deesse, ut res apparebant, non posse: quin somnium Rex suum aliquod ad celebres talium conjectores Brachmanas detulisset; & illi occasionę avidè arreptâ ulciscendi gregalium suorum jussas ab illo cædes, unguis in ulcere fuissent, interpretatione visi nocturni ad ipsorum odij, potius quam ad artis aut disciplinæ, si qua est istius generis, rationes accommodandâ. Mox ab hoc statuto clàm Paladem convenit (Pallas Regina vocabatur) & ei: aut valdè fallor, inquit, aut Rex fraude Brachmanum gravissimè periclitatur. prima ei subveniendi ratio est, rescisce ex ipso quid cum istis egerit, Hoc vel tu, vel nemo ex eo poterit exprimere. nisi autem expresseris, actum de Rege scito fore. nam, ut se dant indicia, capitalem ipsi machinam scelestissimi nebulones architectati sunt. age igitur quâ vi, quâ arte vales, ultimum hoc tempus puta esse tuæ in virum caritatis ac fidei probandæ. cave quidquâ ad omnem quam efficacissimam industriâ hujus expiscandi ab eo arcani, tibi reliqui feceris. His Palas auditis sanè solicita Regis cubiculum ingreditur, assidensq; lecto ad languentis caput, sic est virum affata: cumulat mihi dolorem, quem ex morbo tuo maximum capio, molesta ægritudo ex tuo quodam mei contemptu; quod rem, ut apparet, magnam quippe tanto actam ambitu cum Brachmanibus, me præter solitum diligentissimè celasti. quare oro te per Deos omnes, istam quæcumque est ne mihi notitiam invideas. Scis tacere me posse; ac pectus habere arcani capax, nec tamâ ullâ pervium. Ne diutùs meæ fidei, tuo amori facias injuriam. quid quod tuâ causâ, opinor, interest nó esse ignota mihi quæ Brachmanes tecum egere. nam inde languoris hujus tui causam existere magna indicia suadent. Hæc Paladem loquentem interpellans Rex: ne tu quoque quæso, inquit, dolorem meum novo dolore cumules, id quærens ex me quod omnium minimè tibi expedit nosse. Tum illa: esto mihi sit noxiũ, ait, hoc nosse: tamen quia tibi salutare arbitror futurum, non desinam urgere, ut fatearis mihi quodcumque id demum est. Curæ, ut scis, animi, Amicorum participatione minuuntur, neq; hâc quę te tâ periculosè angit ægritudine levari poteris, nisi causam ejus, istud haud dubiè Brachmanum colloquium, alicui communices. cui autem communicabis, si neges uxori? aut quis tibi me amicior? Tum Rex graviter suspirans: quid me, inquit, conjux optima, de tuo exitio deque omnium mihi carissimorum interitu interrogas? Abi, fine me, ut cepi, dolore meo consumi, ac mortem præsumere, ne videam quæ cogitare horret animus. Confide, mi vir, respondit Palas, imagine quam suboscenas mei exitij nõ terreor. nec ego nec liberorũ nostrorũ quisquam (benè omnes novi) pro te mori recusabimus. Agè pande audaciter quæ sese via det salutis tuæ morte nostrâ redimendæ. Hoc modò à re petam pretium mortis libenter tuâ causâ obitæ ne post hæc ulli Brachmanum neces tibi conjunctissimorum suadenti credas: egoque sim ultima quam istorum insidiæ perverterint, Periculosum nimis est inimicis fidere. dubitare autem non debes quin tibi sint infensissimi Brachmanes ex memoriâ non ita veteri Gregalium ipsorum à re meritia affectorum pœnis. Quare causa est justissima, cur si quid à tã perturbans animis consilij, præsertim ancipitis suggeritur, ad prudentũ & uoę; moderationis hominũ (qualiũ tibi, Deũm beneficio nõ deest copia) examen censuramq; referatur.

IV. Hæc Reginæ Paladis verba tandem excusserunt Regis animo pertinaciam obstinatissimam secreti. Exposuit ipsi primùm octo sibi per soporem oblata somnia, tum quid de minis ipsorum & modo eas avertendi Brachmanes respondissent. quibus Palas cognitis: laudabilis, ait, tua fuit religio cupientis doceri quid Dij portenderent, aut à te poscerent visis talibus; sed erraști delectu imprudenti consultorum. Minimè omniũ idonei juvando in hoc tibi Brachmanes fuere, primũ scelerati atque invisi Dijs homines, quos ideò haud sit verisimile divinorum arcanorũ participatione dignari; deinde ferali tui odio instincti, ulciscendique ipsis carissimorum cædem furore immanissimo flagrantes. Quanetò ad id accommodatior Asceta noster est quem miror talia quærenti non primùm omnium menti tuæ occurrisse. Meministi quoties is responsa nobis divinorum adytorum certa, & eventis deinde probata, pertulerit. Exploratum habes etiam quam casti sint ejus mores, quàm inculpata vitæ ratio, quàm pacatus & ferarũ expers perturbationum animus. Hunc censeo vel serò de tuis somnijs cõsulas. Rectè admones Rex, inquit, ita statim faciam. Mox Equũ expediri cõtinuò jussum inscendens, cũ familiarissimis paucis ad cellã venerabilis Ascetæ aliquot ab Vrbe remotam passuum millibus, se confert festinatione summâ. Auditis Senex somnijs, placidè Regi respondit: Est quod tibi gratuler, Domine: nihil triste; quin prospera potius pleraque, nocturna hæc tibi visa portenduut. nam duo quos primum vidisti pisces per montana gradientes, significant vẽturum tibi è quodam Dynastã legatum

tum oblaturum Elephantas duos mirificæ magnitudinis & formæ. duæ verò quæ tibi volantes apparuere Anates, duos Equos generosissimos designant, quos qui fuit dudum in itinere Persæ Proceres à Rege mox suo tibi munus amicum reddent. Qui porrò anguis versus te serpebat, ensis fuit præsagium, brevi tibi donandi, mirabilis, & parem, materiæ præstantia vel artus, terrarum nusquam habentis. Iam quod anguem illum eruore inficiri videbas, designabatur tibi ab eodem Legato, qui ensem istum offeret, oblatum iri præterea talarem tunicam purpuream rarissimæ tinctura; quippe cujus ostrum fulgeat, & visceri per se possit in tenebris. Quinto somnio videbaris tibi ablui aquâ purâ mundarique toto corpore. Signum id erat dono te accepturum magnam copiam speciosarum vestium, quibus lautè ac splendidè ornatus, nitidè possis apparere in publico. Sextum somnium, quo tibi monus nive conspersi culmini superstare videbaris; nihil portendebat aliud nisi te, quod sæpe soles, albo tuo Elephante in pompâ vehendum. Septimum erat visum, flamma circum caput tuum volitans, illudque ambiens: hæc coronam designabat quam tibi Maximus quidam Rex pulcherrimam dono destinavit; & est itinere ad te. Octavum, duntaxat ac somnium portendit aliquid adversi quod enarrare diserùs necesse non habeo. Eventus satis ipse declarabit; & Deus viam expediet quâ innoxiè ad extremum defungi valeas. dicam tantum breviter: per ictum illum supernè tibi devolantis in caput volucris & tuum rostro tundentis verticem, significari offensionem tibi molestam, & inde secuturam aversionem à Te, Carissimæ personæ. ultimũ hoc est quod moneo: non in longum hæc prædici. Omnia evenient intra septem hos dies. die, inquam, ab hodierno vertente octavo, veracem me rebus parratis, quas futuras edixi, planè senties.

V. Rediit ab hoc colloquio Rex multò sedatiori animo domum. Ac eum postridiè primæ ex prænunciatis advenissent Legato: exteræque omnes continuâ intra hebdomadem serie apparuissent cum donis indicatis, admirans fidem oraculi Rex subinde audiebatur exclamare. verè insanus est qui consilia de rebus suis nõ à solis sibi fidissimis quærit & accipit. Die porrò ipso septimo cum ultimum donorum prædictorum ipsi esset oblatum, corona videlicet pretiosissima, dimisso Rex honorificè legato qui detulerat, lætus & gratulans ad circumstantes suos sibi familiarissimos dixit: nihil horũ volo mihi servare, sed in vos mihi benevolentissimos spargere, dulcissimam præsertim conjugem Palada (ea nunc aberat de more Gynæceo clausa) nostrosque liberos teque Palari, mihi carissime. nam vos omnes sic in me affectos novi, ut capita vitasque vestras non sine dubitaturi meâ causâ sub quantumvis discrimen mittere. Ad ae Palarius respondit; Conjugi quidem tuæ ac Liberis, domine, rectè ista divideris, nos verò subditos non decet in rerum talium communionem admisceri. Cui Rex; imò Te, inquit, in primis volo bonorum omnium meorum esse participem, quorum partem maximam curis pro me tuis, & fidelissimæ benevolentiæ, acceptam fero. His dictis ad partitionem munerum aggressus Rex, sibi quidem reservavit Elephantem candidum, quo etiam invectus eodem die per Vrbem regiam se videndum præbuit. Filio suo unum equorum dedit; Privigno alterum. Palario eximiam illum ensem donavit. Pannos Attalicos, vestesque peregrinas ingentis pretij ad Solitarium somniorum interpretem misit. Togam purpuream & coronam Palario commisit in Gynæceum deferendas, quo & ipse mox inopinato ire voluit. Ingressis ambobus in cubiculum Paladis Reginæ, eodem advocari Rex jussit & Pellicẽ, quam deperibat: dissimulante injuriæ tantæ sensum Palade, pro sua cæterâ moderatione ac sapientiâ; quâ fretus Rex minimè cunctabat de hâc sinâ illam intemperantia celare. Adductis ergò in Regis cõspectũ uxore simul & pellice Rex conversus ad Reginam: elige quod mavis, inquit, ex hâc togâ purpureâ & coronâ: quod tu reliqueris hæc tollet. Cunctante in deliberando Palade, Palarius adstans, & compertum habens, multò pretiosiorem coronâ vestem esse, nictu oculi furtivo Reginæ innuit, ut togam eligeret. Observavit illum nutum Rex; & hoc ipsum cum Palarius, tum Palas animadvertentes, pari ambo curâ æstuarunt. Ita illi ad procuranda Regis ac Regni commoda ex multo jam tempore conspirabant, ut diligentissimè caverent, ne ullam inter eos esse consiliorum communionem suspicari quisquam posset. quare in nutu illo tunc deprehensi, tacitè pro se quisque decreverunt, dare sedulam operam; ne posset Rex isto ex signo intelligere, quod ignorare illum maximè volebant. Eam ad rem deinceps Palarius affectavit similem oculi nictum frequentissimè sine causa edere: quo Rex vitium id oculi, non artem existimaret. Ita eoque tam constans fuit, ut quadraginta totis annis, quot deinde permansit apud Regem assiduus, nictari subinde oculo similiter, ut tunc fecerat, non desiterit. Regina verò ne istum nutum vel intellexisse, vel secutam se esse, suspicari Rex posset, de industria contrà quam ille monstrabat fecit: coronam eligens præ palla illa purpurea, licet hanc non ignoraret pretiosiorem esse.

VI. Eodem die cum Rex hilariter pro cætera tam faustæ lucis lætitia cenaret, Palas Regina, ut tanto magis formidatam sibi Regis ex nutu suspicionem discuteret, præterea que ostenderet quanti faceret coronam dono sibi datam, Gynæceo prodiens, cum corona

in

in capite, & extero quàm speciosissimo ornatu, discum aureum oryzâ plenum exquisitissimè conditâ, manu ferens accessit ad mensam discumbentis Regis: eodem tempore, incertùm sponte, an evocata, Pellex de qua diximus, cubiculo item egressa suo, gestans pallam coccineam quam à Rege acceperat, apparuit in aula; & cùm Regis cum adstantium cunctorum ad se oculos convertit. movit enim omnes mira res, fulgor nativus exquisitissimæ illius & nunquam visæ purpuræ. quæ ex ipso limine vastæ aulæ, quo funàliunt lux non nisi remissa pertingebat, proprio splendens lumine, aciem spectantium suavissimè perstrinxit: Rex dudùm forma captus mulieris illius, cum jam illam tam speciosè radiantem mixtis oris ac togæ fulguribus videret, gestijt haud dubiè in indicia naturaliter ex oculis extantia tenerrimi amoris; quæ cor Paladis, triumphum æmulæ cernentis, altè convulnerarunt. exacerbabat plagam dolor conscius sævæ necessitatis, quâ coactam se meminerat errare in electione, tanto adversariæ suæ commodo. Hos animi æstus incendebat morsus acrior arcanæ zelotypiæ, quâ etsi summo semper dissimulatâ studio, minimè ramen dudùm muliebre urebatur pectus. Adjecit cumulum tot furoris causis, & quasi oleum flammæ addidit, vox tunc audita compellantis Paladem Regis, his admodum verbis: semper te prudentissimam mea Palas adverteram: nunc cogor agnoscere minùs hodiè sapuisse te, cum hanc coronam illi togæ præoptasti. En ut spreto à te munere Amica nunc præcellit mea. Hic quasi ultimus arietis impulsus murum in ruinam pronum, consideratissimæ aliàs matronæ constantiam evertit. Passa quiddam humanitùs, cum etiam insultare ultrò sibi Regem opinaretur, quâ manu gestabat lancem recta in ejus capur impegit, ita ut ejus cidaris ac totum paludamentum effuso ac fœdè sparso jure inquinaretur, moxque avertens abijt. Excâduit Rex. Proceres exhorruerunt. Pellex in sinu gavisa, & proximè se admotam spei regni tacitè gratulans, ijs Regem oculis adspexit, qui æmulæ interitum quavis efficatiùs accusatione perorarent. Regis post inrentum & variè solicitum silentium universæ aulæ, sententia intonuit: tollatur è medio quæ tantum ausa est nefas est vivere tam licenter spretæ ream nostræ majestatis. Tum ad Palarium conversus de more adstantem: Abi Palari, Rex ait, fide mihi solita & hoc obsequere cura ut diem crastinũ Palas non videat. His dictis perturbatissimus, abrupto convivio se cubiculo inclusit. Ibi noctem illam planè insomnem & duos trefve insecuros dies miserimè anxios duxit, recipocantibus intemperijs agitatissimæ mentis. sævissimè præsertim cruciabatur recurrente per vices, post evaporatas iræ furias, memoria meritorum ingentium, verissimi amoris, & perspectissimæ fidei Paladis.

VII. Interim Palarius abductam furtim è regia Paladem, quasi ad jussum Regis exequendum, in intimis Gynæcei sui domestici latebris abscondit, multùm obiter incusatam, quòd in istum furorem eripisset. Ad quæ illa: Peccatum, inquit, meum subita statim pœnitentiâ damnavit. Tu fac quod debes: & Regi obsequere non merentem modo me, sed & voletrem his vitæ fluctibus eripies. Cui Palarius, bona verba: inquit. Regem perderem si ei nunc obtemperarem. Sine me uti meis artibus. Alias vidi vicique tempestates. Hanc quoque spero, Dijs huic regno propitijs juvantibus, & ipsam tranquillitate commutandam confide & tace. Iatuisse salus fuerit. resipiscet Rex. serva te meliori rèpori. nec plura effatus, proviso ut illa regiè haberetur, sed sub impenetrabilis clave arcani, eõ suetis suis in Regis Palatio ministerijs se reddidit. Ibi cùm Rex diù admitteret neminem: tandem ad eum pro jure familiaritatis intimę, nec vocatus, Palarius penetrans: quò Domine, ait, hic luctus tam pertinax? cur te ac nos omnes tecũ occidis? sera pœnitentia nec laudem nec usum, ne veniã quidem habet. quin & gravissimè vimperatur à Sapiẽtibus, insaniæ adscribere solitus dolorem de casu irrevocabili, quo & animus dejicitur, & corpus maceratur, & malum immedicabile infortunio longè tetriori cumulatur. qui huic indulget affectui homicida sui ipsius est; æmulus stultitiæ Columbi, qui occisa per imprudentiam compare, mœrore ipse interijt. Fabula non longa sic narratur. Columbus & Columba vitæ inita societate, granis humore turgidis satis magna copia congestis in cavũ familiare, communi consilio decreverant, ex eo cumulo nihil carpere, quoad per æstatem supperetet pabulum in agris. Annonã quippe illam in hyemem providerant. Interim ardor Cœli Solstitialis latè omnia excoquens, in horreum quoque istud columbinum penetravit. Hujus vi granis, humido in vapores exhalante, detumescentibus, singulisque jam in molem dimidio minorem extenuatis, contigit acervum quoque ipsum pari proportione decrescere. Hoc, rediens die quadam circa æquinoctialem cardinem, Columbus in nidum, ubi animadvertisset, temerè ex vana suspitione judicans Columbam tum ovis incubantem, contra communiter decreta, vescẽdo ex horreo hyemalem intempestivâ vocacitate minuisse commeatum; eam rostro & unguibus iratus appetijt, miseramque tamdiù repetitis ictibus contudit, quoad mortua concideret. Supervenerunt haud ita multò post imbres autumnales, & humefactus aer grana, insinuato, ut solet, madore distendens, massam congesti tritici ad magnitudinem ei quam verno tepore præruleràt, parem intulit. Observavit id Columbus, primùm admirans: deinde cum attentiùs reputasset, intelle-

tellexit innocentem à se conjugem falso crimine oppressam. unde illum tantus invasit dolor ut brevi expiraverit. Subjungam & alium huic apologum. Simius pugillum lenticularum è sacco Viatoris sub suâ recubantis arbore furatus, dum è rapina sua vescitur, lentis ipsi granellum fortè unum excidit. Hoc ille ut reciperet manum extendens, lenticulas quas ea cõtinebat omnes effudit ac perdidit: nec illam unam ipsam quam avarè captabat assecutus. de te narratam hanc Domine fabulam puta. mulierem unam perdidisti: quid inconsolabiliter mœres? cur re luctu cõsumis? en habes pro unâ innumeras. quâ revocare nequis desideras, quas vides affluere fastidis. an cõstare ratione tibi videtur ista tristitia?

VIII. Hîc Rex quem spes hactenus quædam lactaverat dilati à Palario supplicij Paladis, ubi contraria indicantem ipsum verbis modò audivit animadvertit, quò certius aliquod eliceret indicium facti de quo æstuabat: uno, inquit, excidente mihi per iram flagrãtem verbo ingens est piaculum admissum. Ad quod Palarius reposuit: unum prudentis verbum immutabiliter fixum est. Tunc Rex clarè jam pœnitentiam profitens: doleo mihi, Palari, ait, orbato esse fidelissimâ conjuge, & Palarius: duos, inquit, quosdam dolere oportet: illum qui benè nunquam fecit: & eum qui de suâ ultimâ die cogitat. Tum Rex: si videre iterùm Paladem possem, nihil curarem nihil dolerem amplius. Ad hoc Palarius: duos homines curâ & dolore vacare fas est: eum qui benè multis fecisse sibi conscius est: & illum qui nunquam peccavit. Rex: urit me desiderium Paladis, quam, heu me! nunquam amplius videbo. Palarius: duo sunt qui non vident, cæcus & stultus. ut enim Cœli lumen cæcus non percipit, nec quæ ante aut circa se sunt cernit: sic stultus non discernit bonũ à malo, sequendũ à vitando. Rex: nunquã me satietas Paladis cepit Palaris duo sunt qui nunquã satiãntur, Avarus, & Luxuriosus. Rex: revocat mihi tui conspectus memoriam Paladis. quare procul te à me abjungere suadet animus. Palarius: quatuor hominum genera procul à te abjungi decet. Impios, Insipientes, non confitentes judicium & retributionem, non dominantes affectibus & cupiditatibus proprijs. Rex: væ mihi! domus mea privata est Palade. Palarius: quatuor res sunt necessarijs privatæ; Fluvius aqua carens; Terra non habens Regem; Mulier destituta viri consortio; Homo non discernens bonum à malo. Rex. injustè, o Palari; perempta Pallas est: & tu qui peremisti multis cruciatibus dignus es. Palarius: Tres sunt digni cruciatibus: Innocentis accusator; non vocatus convivio irruens; & raptor alienorum. Rex: debueras non repræsentare tam festinè supplicium Paladis, sed in tali causâ longanimitatem adhibere. Palarius, Tres adhibere longanimitatem debent: qui maximum negotium adoritur; qui in montem arduum ascendit; qui pisces comedit. Rex: multũ me contemnis, Palari, serios questus mens istiusmodi nugis excipiens. Palarius: qui cõtemnunt Regem hi sunt: qui coram eo garrit sine judicio; qui ab eo de quibusdam interrogatus, de alijs respondet. qui apud eumdem de ijs differit quæ non intelligit; & libertus locupletatus patronum vexans calumnijs, atque in jus trahens. Rex: deliras, Palari, talia garriens. Palarius: delirat qui docet stultum; qui contradicit Sapienti; qui credit Meretrici, qui arcanum suum infido communicat. Rex: non rectè feci occidens Paladem. Palarius non rectè agit, qui mentitur; qui nõ vivit ut loquitur, qui ætate præfervidus ira obsequitur: qui finit se implicari amoribus pellicis; qui suâ intemperantiâ volens vincitur; denique Rex qui momenti maximi rem aggrediens consilia Sapientum non exquirit. Rex: non vereris Regem, tam liberè obloquens homuncio? Quatuor sunt qui non verentur Regem: Gallinaceus Gallus dum in suo resupinatus sterquilinio pedibus intẽtis occurrit velut ruituro cœlo; Grus insistens uni pedum, quasi metuat ne si altero pariter innitatur deprimat terrã nimio põdere; Vermis pulverè parcè vorãs, quod metuat ne finus eum cibus deficiat; & Vespertilio noctu tantum volans, ne si per diem appareret, sua pulchritudine Venatorum ad sui rapinã cupiditates accenderet. Rex: heu! nunquam uspiam videbo mulierem Paladi similem. Palarius: quatuor sunt inemendabilis, mulier palam assueta prostituere se plurimis; Loquax solitus mentiri; Imprudens opinione sui tumidus; & Calumniator insidiosis machinationibus semper intentus.

IX. Hoc ultimo parum in speciem cohærente responso Palarius Regi desperanti videre unquam amplius Paladem, per ambages innuebat, hand ita esse; neque enim ad tersi inemendabilium classem errorem, eâ nece addicendâ admissum pertinere. deinceps porrò Rex id non visus intelligere, clariùs expressit doloris & desiderij magnitudinem sui, hunc in modum loquens: æternùm exulabit è corde meo gaudium; æternum in eo dolor domicilium habebit, o Palari, propter Paladem. Ad hæc Palarius reposuit. Iustissima dolendi causa est amissio mulieris bis præditæ dotibus: Pudicitiâ, Prudentiâ, Patrimoniâ verborum, nobilitate, formâ, summissione erga virum suum, & summâ in eumdem caritate. Hîc Rex Palarium intuens: immensum, ait, cordi meo insevisti luctum, immensum item tui odium, Palari, meâ dulcissimâ occidendâ Palade. Ad id contra Palarius: Verum & irrevocabile odium inter hos mutuò viget: Lupum & Oves; Felem & Murem; Accipitrem & Perdicem, Corvum & Noctuâ,

Can-

Canetum, & anguem: quibus accenſendi sũt qui magnâ, & veteri amicitiâ diremptâ, ceperint tandem odiſſe invicem. Tum Rex: oculi mei, Palari, requirentes ſemper miſeram Paladem, nunquam deinceps ſomnum videbunt. Octo ſunt (repoſuit Palarius) quibus euta ſomoum eripit: Multa poſſidens nec habeos fidelem ſervum; Machinans neecm Amico, aut Adverſario; Deperiens mulierem; conſcius ſe falſum crimen impegiſſe ulciſci valenti; Pauper à quo exigitur, quod non habet; Æger morbo decumbeoa gravi ſine ope Medici; Maritus adulterę; Dives parens inopiam metuena; quibus addendus eſt; rem deſiderans quam conſequi non poteſt. His Rex eludi ſe indignans, iratus dixit: nunquam amplius tecum colloquar, Palari. At Palarius: Indigni qui ad colloquium admittantur hi ſunt: qui fratrem odit ex falsâ causâ; Homo arrogans; qui divitias animâ propriâ plus æſtimat; Qui contradicit ſervus Domino, diſcipulus magiſtro. Sub hæc Rex, ut erat ſuſpenſo animo parùm attentus ad audita, inopinatè exclamavit. nemo eſt in omnibus peccati expers: & homo perfectus omni ex parte nuſquam reperietur. Sic relicto Palarius Rege pleno luctus, in miſerrimâ deſperatione videndæ unquam dilectiſſimæ conjugis, paulò poſt adſuit evocatam è latebris, & cum cætero regio cultu, tum coronâ illa pulcherrimâ ornatam adducęs Paladem. Eam quo gaudio Rex viderit, quibus amoris ſignis exceperit, ſubjiciet ſibi quiſque, nti & quibus laudibus Palarij prudẽtiam extulerit; quantum ad priorem in ipſum addidetit benevolentiam; quam quidem pretioſiſſimis ſtatim donis voluit teſtatã. Brachmanas porrò inſidiatores perfidos, & conſilij ſanguinarij ſceleratiſſimos autores, congregatos univerſos coram ſe juſſit interfici. Hoc exemplo patet: Regi ad ſuam tuendam pacatam, atque incolumem domum, & Rempublicam, inſtrumenta efficacitatis præcipuæ hæc eſſe. Prudentiam, Patientiam, Sapientes Conſiliarios, & Mulierem cordatam.

DISSERTATIO

Parabolica VIII.

ALiâ die poſcenti Abeſſalomo Regi audire de Amicitijs temporis cauſa in cõmuni periculo contractis, diſſerit in hunc modum Gymnoſophiſta.

I. Non omnes Amicitiæ ævum ſerunt. nec verò nefas alia unquam inire quàm æterna fœdera. Eſt cum etiam probi, ac ſapientes non recuſant conciliationem cum inimico, vicem tantum, ac conditionem induciarum habituram. Res hoc exemplo declarabitur. Felis in trunco vetuſtæ arboris domicilium habebat. nec longè hinc cavo exiguo habitabat Mus. nocte quadam ambivit arborẽ retibus venator; & ignara inſidiarũ ante lucẽ ſolis exiens, implicata laqueis eſt. Vidit eam ita vinctam erumpens cavo ſuo muſculus, & gaviſus eſt: ſed brevem ei lætitiam ingrens duplici ex periculo metus anceps fecit. Suſpiciens enim inſiſtere arbori, & facere in ſe impetũ Noctuã parantẽ, eũ refugere ioham cavernam vellet, ſubeuntem eò nympham animadvertit. Hic enimverò conſternatus diſcrimine, & anxiè deliberabundus hærebat; quid agam? aut quò me vertam? ſecum aiẽs: ſi cavum meũ ingrediar devorabit me Nympha. ſi aut hic perſiſtam, aut dextrâ ſiniſtrâve fugere aggrediar involabit in me Noctua. Si Feli me admoveam præda illi fiam. Non deſpondendus tamen eſt animus. ingenium in angustijs cernitur, cogitabo aliquam ſalutis viam. Ea circumſpectis cunctis non aliunde quàm è Fele oſtenditur. Experiar eum alloquio. Sic accedens quantum turò potuit ad intricatam reti felim, ſatin, inquit, ſalvæ res ſunt tuæ? & Felis: gaudes ſcilicet, ait, me deprehenſâ, ac miſerè inſultas. Tum Mus: gauderem, ut dicis, ſi ſecurus eſſem: nunc propria mihi pericula calamitatis alienæ fructum excutiunt. Vides Nympham pervaſiſſe meum cavum; ſimulque imminentem in mei rapinam ſuperne Noctuã. Nũc age, quod commuuiter expedit, conciliemur invicem, pacemque faciamus, his legibus; ut ego, quibus vinciris, rumpam laqueos, tu nympham occidas prædatricem meam.

II. Probavit impẽsè Muris propoſitionem Felis, & magnæ mercedis propoſitiones adjecie, ſi ejus beneficio ſe ſolvi contingeret. Ergo fœdus inierunt: & Mus citra moram cepit fila retis arrodendo frangere. Vnum ex bis tamen reliquit quo adhuc Felis teneretur. Non enim planè fidebat reconciliatæ gratiæ, niſi pignore ſibi certiori caveretur. Increpabat ſic conctãtem Felis: quid dubitas, ajens; tàm cirò redis ad genium. ita brevis eſt fides amicitiæ juratæ? ſyoceræ (Mus ait) equidem mihi conſcius voluntatis ſum in fœdere inter nos inito ſervando: ſed quo tu futura ſis animo ubi me in poteſtate habueris vereor. nam naturalis inclinatio non mutatur; aut ſi qua civis affertur, non perſtat; propterea, cum nihil urgeat, turiùs cenſeo relinquere te adhuc uno conſtrictam vinculo; hoc quoque rupturus cum maturum erit. Sic aliquãdiù perſtitit muſſans. Quoad Sole jam exorto, & Venatoris adventantis ſtrepitu cepto audiri, reſiduum tempeſtivè confregit filum; proculque ſtatim fugit. Feli ſolutæ, vel ſi deeſſet fides, Venatoris tamen inſtantis metus; inſequendi muris conſilium excuteret. Ergo Nymphâ obiter exterritâ, & ea antro muris ejectâ ſaltu cõſcendit arborẽ. Mœſtus Venator fractũ rete recõciuaturus abſtulit.

III. Pau-

III. Pauci ex hoc dies fluxerant, cum prodeuntem, pastûs causâ quærendi è suâ cavernâ Murem procul Felis intuens; quo a me (clamat) sempee vitabundus digrederis, oblitus amicitiæ jnratæ? age, aude, accede ad me, amplecti te, ac remunerare pro meritis cupio libertatis & salutis vindicem meæ. cui Mus parumper subsistens, inrervallo tamen satis magno medio: nostra, inquit, amicitia complexus non requirit: nec libenter osculari labra contigua dentibus mandere mei similes solitis. Amemus è longinquo censeo. nec aliter fecit unquam mus providus; haud minus quàm ante sedulò vitans; ne se Feli committeret, aut experiundæ suo damno perfidiæ occasionem daret, hosti reconciliato secum quæstuosâ ratione. Fabula docet; fluxas esse, ac fidei subleste amicitias quas utilitas, & necessitas conglutinant; genio, & naturâ reluctante.

DISSERTATIO

Parabolica IX.

ALiquando vacuo curis majoribus Absessalomo Regi superveniens, & ipse negotio solutus familiaris Gymnosophista, interrogatusq; ut cavere quemque oporteat ab eo, qui magnâ læsus injuriâ reconciliationem offert, respondit in hunc fermè modum.

I. Rex quidam Psitacum habuit non minùs specie, ac plumarum versicolori varietate formosum, quàm voce disertum. &, quod est potissimum, sensu ac rerum usu prudentem in paucis. Hunc pullum adhuc tenerum alentem versari assiduè Rex videbat, cum Principe suo filio paulùm supergresso infantiâ, oblectandi ejus gratiâ. Coalutq; familiaritas, etiam convictu quodam exercita, usque ad necessitudinem humanæ propè caritatis. nam ut puer supra modum delectari videbatur Psitacis duobus, sic illorum utrique carissimus erat; adeò ut nunquam senior è felicibus sylvis ad quas quotidie volabat, mitia poma pullo suo portaret; quin eorum partem vel optimam Pusioni regio seponeret. Per annos hæc aliquot durarunt. Iamque Pullus Psitaci plenum ævum attigerat; & Regis filius adoleverat in pubertatem, cum die quadam accidit: Passerem delicias adolescentis regij, rixâ cum Iuniore Psitaco contractâ, malè ab illo mulctari: atque ab ulciscente dilecti passeris plagas Iuvene, harum autorem interfici. Supervenit facto, & cædi prolis suæ Senior Psitacus, proculque, dum peregrè revolat, intuens jugulari à Regio Alumno narum suum, eum sensit animo dolorem quem excitare spectaculo tali affectus patrius potest maximum. Ac secum intimè ringens, frendensque. O mores, inquit, intolerabiles Regum, jus, fas, officium, fidem, necessitudinem amicitiæ infra suam fortunam, dignitatemq; ducentium! O infelicissimam his mitistrantium sortem, quorum illi sudores, & ærumnosissima obsequia neglectu fere contemptuq; non rarò etiam exitio remunerantur! deberi sibi ab omnibus rati omnia, debere se quidquam cuiquam nec cogitare dignantur, nec dici sustinene. Libidine cuncta metiuntur, ex usu ac fructu propriis cuncta æstimant. Se unos intuentur, sibi unis placent: sui unicè suarumq; deliciarum rationem haberi æquum censent. expectes ab istis gratiam merito, misericordiam infortunio, qui nec veniam errato, nec supplicio moram indulgere unquam norunt. multorum annorum servitus, & laboriosissima ministeria uno ipsis momento levis offensiuncula obliterantur.

II. Hæc obiter conquerens admovebat se loco propiùs; at ubi jam è vicino distinctiùs hausit oculis diram speciem cruentati abjectique, ac crudeliter ab iraro ultore calcati cariissimi capitis, in eas furias exarsit, ut in regium involans puerum rostro ei atque unguibus effoderit oculos, habe, inquiens, quod te dignum est, dure, immisericors, ingratissime: tanti temporis contubernium, tam familiaris hospitij necessitudinem, tam teneræ amicitiæ jura dulcissima non impunè infandâ immanirate pollueris. Sub hæc audacis conscius facti in summâ regij viridarij arbore cõsedit, fruens inde spectaculo tumultuantis aulæ ad casum acerbissimum pueri Principis. Accurrit inter ejulatus nutriciorum, & cutfationes satagentium frustra Satellitum examinarus Rex: & filium amplexus, ablutaque nequidquam patrijs lachrymis excæcati pueri proprio fœdatâ cruore facie; Fenestræ se admovens, ex eâ conspicuum autorem cladis simulatâ ignoscendi promissione ad se ut revolaret instituit hortari. Cui Psitacus, fugere certus inde quàm longissimè, ubi ex tuto afflictis hostibus insultans, expleret animum sævâ satietate vindictæ: agnosce Rex, ait, justam vim Nemesis ultricis, cujus exemplum in familiari tibi capite habes domesticum. nullum illa nefas impunitum sinit. Veretur neminem; nullius opes reformidat; ne vestrâ quidem superborum Regum superciliosâ majestate deterreretur; ne supplicia sceleribus adæquet natis etiam in purpura. Seriùs ocyùs suas cuique vices reddit. nec pessima conditio eorũ est, quos celeritee ulciscitur, è quibus est tuus Filius in flagrante perfidiâ oppressus. dilatione pœnas anget, ac fœnore tormentorum toleratæ diu culpæ sortè exaggerat. adeout quos inexpiatos vita dimiserit, sempiternis immiserabiliter cruciatibus addicat. Erat unguis in ulcere ardentis dolore Regis intempestiva Psitaci Philosophia. qua ille, ut irrisione sua, quamquam

indignabatur vehementiùs, pressit tamen indicia ignescentis æstuosissimè furoris, & se componens in moderationem, qua posset hostem fallere, placato, quantum potuit, vultu respondit: Minimè ambigua tu quidem, & me quoque fatente vera loqueris. quo ipso desiderium auges tui reditùs, ne tam sapienti monitore caream. quare, oro te, ne nos deseras, emendare, quoad licuerit, præterita paratos. nec timendum puta, ne qui offensam tui tanta pœnâ luimus, quidquam in re deinceps committere audeamus, quo istius, quam verè prædicas, Nemesis graviorem in nos concitemus iracundiam. Ad ea Pfitacus non faciam, inquit, monent enim prudentes: semper ei qui damnum intulit ab Adversario incommodi accepti memore cavendum. eoque magis vitandum ejus accessum, quò ille invitaverit instantiùs. Audivi, & illud ab idoneis autoribus: Genitores sapienti Amicorum loco habendos; Fratres pro comitibus itineris; Vxorem pro contubernali; Filios pro tabellarijs memoriam Patris ad Posteros perlaturis; Filias ut adversarias in lite considerandas; Cognatos, ut fœneratores acriter repetentes debita; se ipsum, ut solitarium omni affectuũ necessitudine solutum. His ego præscriptis obsequens, recedere in solitudinem statui.

III. Adversus ea Rex: si à te profectum esset rixæ, ac noxæ initium, jure nobis fidere metueres. nunc cum hujus, quod incidit incommodi origo, & culpa (quod dolens pœnitensque fateor) nostra sit: quid obstat quominus credas invitantibus nobis? Ad ea Pfitacus: memoria damnorum acceptorum alta cordibus infigit vulnera, nec linguæ semper veros mentium exprimunt sensus: quocirca verba tua fidem apud me non habent. reposuit his Rex: malè de me opinaris, Pfitace, qui scias sapientem virum, omnem adhibere operam, ut acceptæ injuriæ memoriam ex animo stirpitùs evellat suo. Contra hæc Pfitacus; Est omninò, est ita ut dicis, Rex, velimque tua causa credere, te prout sapientis jubet officium, conari, damni quod passus es oblitterare imaginem ex mente. cæterùm an quod conaris sis perfecturus, dubito: & non sine causa vereor, ut possis: quare sine me in isto ambiguo mihi consulere. Multi nimis facili alienæ moderationis fiduciâ perierunt: dum ex sua conscientia æstimant alios, passi, quod Elephantibus indomitis frequenter accidit, quos cicures, sapere cum ipsis paria crediti, in insidias pertrahentes, servituti hominum mancipant. Contra hæc Rex: Vir, ait, ingenuus, & liberalis indolis non mutat in pejus mores, nec amicitiæ jus violat: nec fidem fallit datam. abjectarum hæc vitia naturarum sunt. Respondit Pfitacus. Memoria damni accepti acres in quorumvis animis motus ciet; longè acerrimos in Regum mentibus. Hi enim in gravissimis malorum numerare solẽt, vivere inultum: gloriæ cujus sunt avidissimi partem vel maximam in vindicta reponentes. ignoscesigitur si rutum mihi non putem ad vivas quasdam in corde tuo prunas iræ, admovere materiam, imprudenti usurpatione priùs ceptæ familiaritatis recum meæ: quando nec preces irritæ, nec fera obtestationes meæ, incendium à me, quo consumerer arcerent. Optima, si nescis, ad curandam injuriæ memoriam medicina est, absentia injuriæ Autoris. Eam tibi admovere à te recedendo cupio: nam coire, & cicatricem obducere istiusmodi vulnera in ejus, qui fecit conspectu nequeunt. Atque ut ut de re sit, meâ mihi causâ quid agere debeam non est obscurũ. nam vel si tu tam moderatus, quam vis persuadere, futurus sis, tamen ego tecum solicitus viverem; quippe & animum ignorans tuũ: & quantumvis esset is, qualem optarem, jure, ne mutaretur, metuens. define igitur invitare me ad convictum tecum, necessariò mihi suspiciosè anxium, & per hoc molestissimum futurum. nihil autem omnium tibi juxta, mihiq; consulere possum utilius, quàm fugere, longissimeq; à vobis abscedere. Ergo salve mihi æternum, & vale.

IV. Sustine adhuc paululum: Rex inquie, & cogita nullam imputari posse à me Tibi calamitatis meæ partem, aut eo nomine culpari. Scio enim fatali cuncta necessitate cõtingere. inevitabiliter ad quidvis horum, quæ fieri videmus, qui agunt rapiuntur efficaciâ decretorum æternorum. nexui robustissimo adamantinæ carenæ quis tractus mortalis obluctetur? nullum igitur, aut tuum, aut mei Filij crimen est. Ministri fuistis ambo non voluntarij Fatorum, quod multò ante sanxerant exequentium. Parcarum nempe in Tabulario ære incisæ dudum æterno tuæ prolis mors, execratio meæ stabant. ignoscamus nobis mutuò alienum crimen. Veni nec time. Amici ut priùs erimus. Adversus hæc Pfitacus: Horribilem, inquit disseris, nec mihi credibilem Philosophiam. Ego Magistris haud paulò melioribus assentior: fato superius arbitrium nostrum esse: vitæque sortem in suâ cujusque manu positam, ut felicitas, ac miseria, rectè, aut secus voluntariâ motione consulrorum reputari fructus debeant. Quod si vel hoc admiserim, quod disputas: nam fateor in eâ multos sententiâ hærere: tamen veritus ne in ista quoque fatorum serie fixum sit: te mihi perjurum fore: non committam, ut in meam perniciem cooperari fatis, præbendo tibi mei perdendi opportunitatem coner. velis potiùs & remis me in quàm diveesissima propiam: Interpretansque in favorem meum providentiam æternam, fatali ejus lege cautum arbitrabor, ut ego in locis à tuâ ditione remotissimis securam incolumis vitam degam. quamquam equidem, (non enim recedam à doctrinâ veriori) nihil à fatis

aut ſpero aut timeo. quod me deterret à me tibi committendo, odium mei eſt quod flagrare in corde tuo maximum ſuſpicor; vel potius intelligo ex certâ causâ tali odij, memoriâ, quæ in te viget damni à me illati. nec remiſſior fortaſſis in meo pectore fomes averſionis à te vivit, dum recordor interfecti domi tuæ mei pulli à tuo filio, ex meâ conſcientiâ de te judico: planeque cenſeo: nec tibi expedire nec mihi nos deinceps unâ degere.

V. Reſpondit ad ea Rex: quod de te fateris, opinaris de me, probroſum utrique eſt. Bonorum enim ac Sapientum eſt in poteſtate habere cupiditates; nec obſequi affectibus cum ad aliquid impellunt rationi non conſentaneum. & ego igitur & tu, quantumvis recurrente memoriâ cladium mutuò amate poterimus. Anceps (te poſuit Piſtacus) iſta experientia fuerit. Magna enim vis eſt perturbationum, irritante objecti præſentiâ ſolitarium exardeſcere, rationiſque frænum in æſtu furoris excutientium. quod ſi quis vi annitens ſummâ moderari tali tempore iræ aut odio potuerit, moleſtiam tamen ingentem ſentiet: nec pace aut tranquillitate animi, quę vitæ felicitatẽ conficit, in conflictu tam vehementi affectuũ cũ judicio, fruetur. nã qui vulneratus in pede, currit tamẽ, ſũmo dolore cruciatur: Et qui lippus palpebras apertas objicit vento, & ſi minimè velit, & cõtra ſatagat, oppletis pulvere oculis planè cæcutiet. Sic ſenſum gerens intus vivum gravis incommodi accepti, quantumvis imperare animo conetur, dum autorem ſui luctũs coram videt, oleum in flammam mittit; majuſque excitat incendium, quam cui par extinguendo ſit. quare talibus una conditio piè ac feliciter vivendi teſtat, amovere à conſpectu monumenta cladium ſuarum, & ſalutem in ſolitudine quærere. Ad hanc amplectendam toto deinceps feror impetu ſtudij, ſuffragantibus in hoc conſilium monitis Philoſophorum, quos audiſſe memini docentes: quinque rebus perveniri ad famam illuſtrem: Innocentia, doctrinâ, fugâ ſuſpicionum adverſarum, ſuavitate morum, ad nihil tamen inhonoratum deſcendente; denique perpetratione magnorũ operum. Quarum laudum cum facultates ſolitudo ſubminiſtret, obſtacula removeat; nihil eâ videri optabilius Sapiẽti debet, ægrè id nomen aut parare aut tueri valituro, niſi à ſe ipſo ſibi cavens, & perdendæ animæ occaſiones vitans, à Cognatis, Filijs, divitijs, ipſãque procul à Patriâ ſeſe removerit. Patriã ſiquidem, Filios, Cognationem, opes commutare cum æquivalentibus poterit. Animæ jacturam quod reſarciat nunquam inveniet. Adjungam & aliud Sapientum effatum peſſimam eſſe pecuniam, quæ nõ erogatur: Peſſimam uxorem cui ſuus vir exoſus eſt. Peſſimum filium parentibus contumacem: Peſſimum Regem qui ſimulat innocentiam: Peſſimum amicum perfidioſum: Peſſimam Civitatem ſeditionum apparatibus tumentem, cujus Cives anxiè vivere, & in horas extrema formidare neceſſe ſit, Sic & ego apud te maoens ſemper eſſem anxius. Et his dictis evolavit: Relicto cunctis exemplo ſalubri, & prudentiſſimo conſilio, nunquam ijs fidendi quos læſeris.

DISSERTATIO
Parabolica X.

SVb hæc loqui ceſſanti Gymnoſophiſtæ, Rex Abeſſalom: audivi, ait, & probo quę de nunquam reſumendâ graviter offenſi familiaritate docuiſti: cupiem autem diſcere abs te, an non oporteat interdum dari operam, maximè à Regibus, ut reconcilientur ipſis, & in priorem gratiæ reponantur locum, ijs, quos errore quodam abalienaverint. Super eo argumento Gymnoſophiſta diſſerere hunc in modum eſt exorſus.

I. Fuit in quadam ſylva teferta belluis inter alias Thos quidam, vitæ propoſito valdè diverſus ab ijs quibuſcum vitæ ac naturæ communione jungebatur. Mitis enim erat & temperans, præter morem & Thoum cæterorum, & cum his aliqua ex parte convenientium Vulpium. quorum omnium graſſationes & helluationes quotidianas innoxij ſanguinis deteſtans intuebatur, conſuque non obnoxius cupiditatibus gulæ, ut ultrò abſtineret omninò carnibus, & naturali veſcendi neceſſitate herbis, ac pomis defungeretur. Hoc vivendi genus in medio tam diſſimilium exemplorum, omnium in hunc oculos, & multorum invidiam cõverit. Irati pariter Thoes, Vulpes, Lupi cæterique plurimi, nunc ſingil. latim conventum, nunc manu facta circumdatum, acerbè increpabant: denunciantes, haud pati ſeſe poſſe ipſum unum velle videri ſapete plus quam cuncti ſaperent alij: minantes etiam ſe illum, ſi pergeret, congreſſu prohibitum ipſorum, pro transfuga tritûs patrij, ac degeneri proditore proſcripturos. omitteret igitur peregrinos mores; & vale dicto intempeſtivæ philoſophiæ, eorum inſtituta ſequeretur, ex quibus natus eſſet, cum quibus viveret. Ad ea Thos placidè reſpondebat: moleſtum ipſis eſſe non debere conſpectum ſui qui neminem verbo, aut facto læderet. Porrò iſtam quam minarentur amandationem ſui procul, adeò non ab ipſo formidari, ut præoccupaturus ultrò fuerit, & ſponte exulatum abiturus, ſi putaſſet non alia ſe conditione poſſe in ijs locis vivere, niſi facta cæterorum imitando. Se verò cum planè decreviſſet abſtinere à latrocinijs & cædibus, nihil intereſſe credidiſſe peregrè an ìo patria innocentiam coleret. nec enim ſcelera contagione aut vitio locorum, ſed nequitia cordium inoleſcere. Quamquam (addebat) potiori jam mei

parte à vobis abesse, animo scilicet & affectibus à vestro usu & instituto longissimè disjunctus. Si corpus hoc etiam exterminare vultis, non multùm repugnabo; fortassis etiam gaudebo. Talia eum loquentem vel inviti verebantur. famaque de eo latè increbrescebat ejusmodi, ut admirantibus etiã qui oderant, toto eo tractu multã esset in veneratione nomen ejus.

II. Pervenit igitur ad Leonem ejus sylvæ Regem, clara, multorum prædicatione, notitia tam Sapientis Thois. quare illi ad se vocato dixit: vastum, ut vides, & eum subditorum, tum negotiorum generibus varium regnum hoc meum est. unde ad ejus gubernationem egeo fidelis ac prudentis operã Ministri. dudùm est cum talem quæro; & reperisse in te hodiè mihi videor. Cogitavi ergo te præficere summa eum potestate administrationi Reipublicæ; eoque me præter utilitatem, officium impellit, quo Reges tenentur virtutum honorandarum. Opprobrium est Principis, cum quis ipsi subjectus laudibus excellens jacet in tenebris ac sordibus. dotes istæ tuæ præclaræ plurimis proponi ad exemplum, debent; adeoque, ut sint vulgò conspicuæ, collocandæ in arce quadam ac fastigio excelsæ dignitatis. Ad ea Thos respondit: Reges convenit volentibus Ministris uti; adigere quippe invitos, ac repugnantes trahere ad functiones capessendas à quibus abborrêt, noxium negotijs ipsis est; quæ sic ab aliò attentis negligenter transmittuntur. Meum porrò ingenium immane quantum abborret à tumultu vitæ aulicæ. Cũ ergò tibi, Rex, nõ desint, imò abundent, qui non solum libenter suscepturi sint, sed qui vehementer optent, & palàm ambiant speciosa ista munia, tales adhibeas censeo, meque, quod cepi, nec hactenus pœnitet, mihi privatim sinas vivere. Minimè (ait Leo voce contentiori, eaque autoritate, ut sibi nolle obsisti satis declararet) quin statim amove moras omnes, & jussis meis te promptum expedi. planè quippe decretum mihi est autorare te in officium Primarij Ministri, & dignitate à me secundâ regui administrationi præficere.

III. Nondum Thos persinasus, contra excepit in hunc modũ: In isto, Domine, quod mihi destinas ministerio qui tutus durare possit, is, meo judicio, alterum horum sit oportet, percallidus, aut insigniter stultus. Prior enim abundante in fraudes astutiâ, quâ dissimulando, quâ largiendo, quâ dolis variis fucum faciendo, hoc consequetur, ut invidorũ semper infensorum Felicibus, minus appetatur insidijs. Alter præ imbecillitate mentis irrideri se non sentiens, & ludibria venerationem interpretans, sui contemptu invidiam lucrifaciet, exarmabitque iras miseratione fatuitatis. Ego qui neutrum horum esse velim aut haberi; citra certam perniciem ex hoc ostentari loco nequeo, unde cunctorum undique virtutis Inimicorum telis arcubusque contignus, nec protectus, apparerem. nam sperare posse aliquem in primo sub Rege potestatis gradu, stare immunem odij popularis, insanum profectò sit. siquidem talem utique, quotquot etiam infensi sunt Regi (quæ maxima semper turba est) hoc ipso aversabuntur, quod exoso sibi Principi earum & fidum videant. Qui autem Regi student, æmulationis instinctu amoliri omni ope conabuntur eum à quo sibi dolent præripi gratiæ locũ quem apud imperantem ipsi ambiunt. Ad ea Rex. nihil metuas à meis subditis. nam tam amplâ ego te potestatis meæ communicatione circummuniam, ut non magis contra te moliri quidquam, quam contra me ipsum, vel audeant, vel possint. Repositit his Thos: Si me amas, ut certè facis, Domine, & eo nomine debere me tibi plurimum fateor; quoniam, inquam, meâ causâ vis, oro obsecroque, ut habeas persuasissimum; nullum à te majus mihi posse beneficium contingere, quàm si me relinquas in hâc trãquillitate vitæ innocentis ac privatæ, contentum pro victu omni aquâ & herbâ. nam quantum possum intelligere, qui vobis regibus inservinnt, plus unico momento curarũ illarũ, & quotidianorũ ipsis discriminũ angoris miseriæq; patiuntur, quàm sibi privatim vacãs toto experiatur, vel longissimæ vitæ spatio. quarè nimis carò emitur illa elatitas, ut non incomparabiliter videri expetibilior debeat, Pax & securitas obscuri atq; inglorij otij.

IV. Ad ea Leo penè iratus recusationi tam pertinaci: Plus satis verborum, inquit, est: nihil audio ultra. meum erit providere ut rutò apud me sis. Tu fac quod jubeo: teq; ad ministeriũ accinge quod injũgo. Cui Thos; Faciam Domine, quando sic imperas. sed ne me amando perdas, & verum in me reperiatur illud adagij vulgaris: Amicitia intempestiva pat odio est, te obtestor per quidquid est tibi venerabile aut carum, dignare jam hinc mihi polliceri: si quando contingat me accusari apud Te: non creditorum te delatoribus statim; ar interpositurum tempus idoneum discussioni & examini. nec mihi nisi convicto pœnam decreturum. Hoc præterea rogo, ut istâ ntaris ratione in delectu Ministrorum. Attende priùs quemadmodum illi in re privatâ se gesserint. Ab eo enim qui suæ domui malè præfuerit, quomodo sperare liceat Rempublicam benè gerendam? Porrò te alloquentium & discernendæ conditio, & pro varietate qualitatis, agendi forma temperanda. Si te illi usu rerum & sapientiâ superent, illis obtempera: si te plusquam ipsos sapere ac in præsenti re videre, tibi sis conscius, doce illos & rationibus convince. Sin peritiam inillis ac prudentiam haud tuâ majorem deprehendes, nec contemnas, nec statim admittas quod afferunt, sed consule in medium ac

discute

discute, citra contentionem tamen. nam hæc & majestatem dedecet, & ad veri dijudicationem obstar potiùs quàm confert. Hæc curaturum observaturumque se Rege prolixè pollicito, Thos administrationem rerum capessivit. Summi se illum facere Leo palàm declarabat, nihil clam ipsi habens; ejus consilium in omni negotio audiens, omnes infra illum æstmans. Hoc spectaculo novæ Thois apud Leonem gratiæ aulæ oculis proposito, mirari omnes, sermonibusque celebrare inopinatum casum. Primores autem comitatûs taciè ringi, urique intimè, dissimulando haud facilè livore; ac videlicet inhiabundo occasionibus nocendi, quales eum innocentia prudentiaque Thois moderatè omnia & plausibiliter gerentis nullas admodum daret, incubuere malitiâ conspirante pravæ mentes ad novum Ministrum quomodocumque eomminiscendis calumnijs everteudum.

V. Ergò cũ diù frustrà omnem in Thoem lapidem movissent, constanti erga eum Leonis benevolentiâ palàm extante; quadam die conspicati Leonem cupidè jussisse, ut quædam esca ipsi gratissima sibi postridiè apponeretur, eam ipsi furati per noctem, in absentis fotiè tunc Thois domo absconderunt. Tum die posterâ requirenti cibum imperatum Regi, & irato quod is non appareret, omnes ex condicto præsentes qui dolum instruxerant, nullam artem vaferrimæ calliditatis omiserunt quam fore utilem tali tempore concitandæ Regis iræ in Thoem absentem nossent. Primùm ficto in: Regem studio dum ille indignatur & furit, quasi territi, & soliciti coeuntes in circulum, ita invicem submissè mussitabant, ut exaudiri tamen possent studerétque, cur celamus ultra quod scimus? Fides erga Principem nos cogit labem illi enunciare domesticam; licet contra potentes veniendum sit, & caput objiciendum certo discrimini. Prævalear periculo & formidini privatæ, caritas Regis, & quò ei consulamus alea sanè salutis nostræ jaciatur. His susurratis eà Leonis viciniâ, ut ab eo sentirentur, illum consensu adeunt. & ei profundè salutato: novimus, Domine, inquiunt, quis tibi prandium averterit: peccavimusque hactenus, quòd timore concitandi contra nos Ministri præpoteutis, silúimus. nam vel nostrâ certâ pernicie fuit tibi consulendum. quidquid ergò demum inde secuturum sit, officio en nostro fungimur, indicantes tibi: Ferinæ partem quam tibi heri sepositeras in pastum hodiernum, subtractam à Thoe fuisse, hoc ex oculato teste comperimus. Sic locuto nomine omnium Primario inter ipsos, alius sermonem excipiens: Etsi hoc qui vidit retulit: & qui vitam Thois arcanam à specie diversissimam introspexerunt, haud alienum ab ejus vafri simulatoris occulta voracitate factum intelligant; tamen quia tu Domine longè alia de Thoe opinaris, non petimus ut credas sed ut inquiri de re jubeas. Addebat alter. Si Thos convincatur hujus criminis, intelligemus vera etiam fuisse quæ multa de illo ferebantur, non credentibus multis. Exclamabat alius: verè ita est: Fraudulenti & clam improbi nunqnam ad extremum latene. Ego inter illos fui multos qui Thoem innocentissimum putarent; & cum à fide dignis sanè atrocia peccasse ipsum audirem, renuebam credere. nunc ultimo hoc experimento larva illi detracta est. Alius quidam dicebat; Cum primũ hunc Thoem vidi suboluit mihi ejus nequitia, testes mihi sunt hic æque ille (nominabat certos) quibus sæpe dixi, quæ in eo vulgus miraretur, nihil nisi præstigias & fucum esse, obductumque tectorium improbitati. Alter quispiam sic erumpebat: hoc enimverò nõ furtum solũ est, sed sacrilegium, sed intolerabilis licentia violãdæ ausu nefario sacræ Majestatis. Audiebatur & alterius hæc vox: mittat Rex qui scrutétur domum Thois: cuhilia sceleris deprehendentur, & corpus, quod ajunt, ipsum delicti tenebitur. Verùm adjungebat alius, properandum in hoc esset. nam periculum in morâ est. Et alius, malè vereor ne Thos astutissimus consuetis artificijs fascinet iterùm Regem, & tam manifesti criminis meudaci defensione notam eluat.

VI. Cum ita omnes insidiosissimo consensu Leonem undique urgerent, & ipsum perturbatum dolore prandij subtracti: jussit ille Thoem subitò vocari, & ex præsenti minaciter percontatus est, ubi ferina esset, quam ipsi tradidisset pridiè servandam? Thos, quod res erat, simpliciter respondit, se curatori penûs reponendam commisisse. Aderat fortè is, & præoccuppatus à calumniatoribus fuerat, quare palàm negavit, se à Thoe quidquã accepisse. Tunc misit Rex qui scrutarentur domum Thois, ipsos cõmodùm qui fraudem adornarant. Hi statim post, ferinam quasi apud Thoẽ in latebris repertã, Leoni detulerunt. Adfuit inter reliquos, Inpus senior, simulator vafer, qui famam justitiæ ac sanctitatis fictâ modestiâ collegerat. Is graviter, & diligenter vitatâ omni suspicione iræ aut livoris, suggessit in aurem Regi. Si veniam apud te invenit tam atrox & manifestum scelus, nullus erit deinde qui deferre ullum indicium audeat machinationis cujusvis, etiam in caput tuum. Hoc Leo audito compingi Thoem jussit in carcerem. dum id fieret, adulator quidam ex adstantibus; dudùm, air mirabar à scelerato isto fucum fieri perspicacissimæ sagacitati Domini nostri. Sub hæc misit Leo ad Thoem quæsitores ex eadem Sycophantarum cohorte, qui eum interrogarent in custodiâ. Conspinxerunt illi responsa ejus contumacia & contumeliosa in Principem,

cui & mox eadem exaggerantes invidiosissimè retulerunt. adeò ut ijs auditis efferatus Leo Thoem interfici mandaret.

VII. Pervenit interim ad Matrem Regis totius nuntia calumniæ. Hæc primùm omnium, quod facilè poterat, propter autoritatem summam, dilationem interposuit supplicio. Tum Leonem privatim aggressa: quam ob causam, ait, Fili, capitalem sententiam in Thoem pronunciasti? Retulit Leo quæ audierat & viderat: Et illa: Festinasti Fili, nimium in re maximi momenti. & quantum in re fuit, seræ tibi pœnitentiæ in vitam reliquâ triste argumentum cõparasti. Sustinere oportuerat & cunctari: nam Mulier per Virum suũ stat, Filius per Parentes, Discipulus per Magistrum, Exercitus per Ducem, Populus per Regem, Rex per Legem, Lex per Prudentiam, Prudentia per cunctationem: Et minimum Sapientiæ Regi est, nosse sibi subjectos. ac de quôque ipsorum existimare prout mores ejus sunt. Id si faceres, non mirareris probos oppugnari à nequissimis. nec fidem ijs tribueres, quibus supplicia debebas. nonne innumeris experimentis perspexisti fidem, & probitatem Thois? Et illum tamen tam citò propter inverisimillimum crimen subtractæ carunculæ, ad delationem æmulorum ejus scelere flagrãtium, ex fraude perfidiâque conflatorum, morti addixisti? nescis capitale esse Regibus, alijs committere quæ gerere per sese ipsi debent? non vides qui vinum emunt, quàm diligenter priùs explorent colorem, odorem, gustum, ne qua ipsis fraus fiat? quanto magis decet Reges curiosissimè indagare cuncta in negotio, in quo nihil minùs quàm Regni salus agitur. Minister fidus ac prudens brachium dextrum Principis, Reipublicæ firmamentum ac columen est. non igitur oportebat te alij fidere in cognitione talis causæ. Præsertim cum, ut dixi, nullâ verisimilitudine crimen nitatur. quomodo enim, qui temperantiâ spontaneâ (quod omnibus est notissimum) omni sibi interdixit esu carnium, credi possit ferinam è penu tuâ subtraxisse? Finge gulâ victum. deerant macella locupleti; deerãt munera certatim oblata venatorũ, per quę cupiditati satisfaceret? At inventa domi ejus ferina tua est: nempe ab ijs qui ipsi subnaxerãt, ipsi eò intulerant, ut Thoem perderent. An est obscurum omnes istos invidiæ tabie in eũ furere? vident occupari ab eo locum quem sibi ambiunt. Opes ejus, honorem, autoritatem, apud te gratiam, propria detrimenta interpretantur. Spectare florentem illum morte pejus ducunt: Sic vulturi partem cadaveris ferenti, sic cani osse rapto fugienti, multi circum instant vultures & canes alij prædam extorquere satagentes. In summâ sic habe: bellum esse internecinum & implacabile, naturâ comparatum atque commissum, inter improbos Subditos & bonum Principem. In eo bello cardo periculi & spes victoriæ in Ministrorum qualitate vertitur. Vincit Princeps, si mordicus tenet consiliarios sapientes & fideles; si pro talibus calumniâ extortis artes malignæ Invidorum improbos infidosq; Ministros obtruserint, actum de Rege est: Seditioni de illo ac Rebelles, ingenti Reipublicæ clade, triumphabunt. Quare in eâ re extremo conatu decertare, sic tanquam pro aris pugnet & focis, Princeps sapiens debet, ne idoneis comperto documentis probos ac solertes Administros eripi sibi patiatur. & in horum perniciem intentas machinas improbitatis disijciat ac frangat.

VIII. Hæc maximè Reginâ differente; quidam è conjuratis autoribus calumniæ, sontis conscientiæ convicium non ferens, procidit ad pedes Regis: Fateor, inquiens, Domine scelus meum: innocens Thos est criminis impacti: Ego ferinam quam tibi sepositeras, è penu tuâ furatus, in ejus domum detuli. Ego idem ibi eam ubi absconderam reperi, produxi ut te, quod contigit, ad eum damnandum impellerem. Feci hoc & malitiâ propriâ, & suasu instinctuque plerorumq; Aulicorum qui i Thoem pessimè oderunt, quòd tibi carus, & nimium, ut ipsis videtur, felix est. Miranti ad hæc Regi, & tantò plùs prono ad obtemperandum monitis Matris, illa sermone resumpto: huic quidem ultrò profitenti pœnitentiam, potes, inquit ignoscere; cæteros illos quorum est scelerata deprehensa coitio, ad unum Interfice. nec contemnas imbecillitatem plerorumque. nam etsi fœno nihil humilius, nihil infirmius: tamen ex eo manipulatim intorto funes nectũtur, qui etiã Elephãtes alligent. Thoem verò statim censeo in priorem restitutas honoris gradum, tibique omni ope concilies. Tunc Leo: Faciam quod jubes, Mater, etiam meâ sponte: nam purgatâ calumniâ, revigescit in meo animo caritas in Thoem, cujus etiam providentiam recordor, hæc quæ contigerunt prævidentis, & mihi suggerentis utilia præcavendo errori, nisi læva mens foisset. Rogaverat enim, ut si quando aliquod ejus crimen deferretur ad me, sustinerem judicium usque ad inquisitionem plenam. quod heu me! non feci: sed faciam si aliàs usus ineidet. Seriò enim pœnitet tam damnosè festinasse. His dictis confestim sibi sistu jussit Thoem liberum, & insignibus ornatum dignitatis pristinæ, quem amplectens; erravimus, inquit, sed circumventi dolis malit. Sapienter à te prænonita inconsultè negleximus. Verùm icti sapiemus. nec de cætero ab istiusmodi insidijs periculum tibi est. Perge securus ferendis ac parciendis nobiscũ curis Imperij. Cui Thos, ut talem me probes, inquit, qualem istâ dignatione credere ostendis, hoc est tibi fidum & vetissimè be-

nevo-

benevolum, audi meum consilium; & sic habe: nihil esse magis salutare Regibus quàm subditorum syncerè fidelium admittere libera monita, & eorum suggestionibus deferre. Aio: non expedire tibi me ampliùs in intimo ministerio habere, mihi amplius fidere. Reges enim oportet sibi cavere ab ijs quos vehementibus injurijs læsere, ab ijs quos re familiari spoliarunt; ab ijs quos sine causâ exilio mulctarunt; ab ijs quos fraudarunt mercede operæ, aut stipendijs; Præterea ab Avaris, ab inexplebilibus, denique ab illis qui publicas utilitates propria damna reputantes, desperant se posse fieri, nisi communi infortunio, felices. Hos omnes Princeps sapiens bestium loco habere, à seque removere longissimè debet. Etsi enim culpâ vacant priora quatuor genera: tamen magnus dolor ex damno quod sunt passi, verisimiliter illos stimularet ad non omittendam, si unquam occurreret, aut etiam ultrò quærendam captandamque occasionem ultionis. Sine igitur recedere me in dudùm optatam solitudinem. Præsertim cum opportunior deinceps quâ priùs calumnijs sim futurus, perseverans in ministerio. Siquidem constatâ iterùm (quod vitari nequit) pari huic in me coitione Improborum falsis me testimonijs oppugnantium, accedet tibi nova causa criminariouis admittêdæ credendæque, quod existimare meritò poteris; memoriâ me injuriæ acceptæ priori damnatione, ad tibi nocendum incitatum. Hic Rex, iterùm amplectens Thoem: vera, inquit, in alijs ista sine quæ allegas: tua syncerissima bonitas mihi perspectior est, quam ut quoeunque nomine suspectus unquam esse possis aut debeas. ne porrò ista, unde intenetas mihi metum, injuriæ memoria in te resideat, efficiâ beneficijs multiplicandis; quibus illam aut obliterem, aut obruam. Tu quâ fide cepisti, perge mihi & Reipublicæ navare operam, majori etiam quàm hactenus alacritate. Restituetus inde Thos est in pristinæ fastigium dignitatis, ingenti & honoris & gratiæ augmento: talique exemplo declaratum; posse interdum recte Reges inniti securos reconciliatæ, petius à se vexatorum benevolentiæ.

DISSERTATIO

Parabolica XI.

ROgavit inde Gymnosophistam Rex Abessalomus, ut indicare sibi ne gravaretur cui potissimùm generi, & quo maximè merito, & gratificari & fidere Reges debeant. Super eo argumento, resumpto sermone, Gymnosophista disputavit in hunc modum.

I. Beneficum esse Regem convenit in gratos & beneficio dignos: neque, ut sæpe fit, effundere sine delectu opes publicas in consanguineos & privatim sibi caros, utcumque jam bi fiot divites, pauperes autè contemnere. Verum ex his, qui observati fuerint judicio pollere, præstareque prudentiâ, honorari à Principe ditarique muneribus oportet. Præ cæteris autem amore ac beneficentiæ complectendi sunt, qui se factis probarint acceptæ gratiæ memores, & in occasione rependendi meriti fideliter sedulos. A talibus enim tempore suo dubio expectare vicem officij poterit. ut enim quidam ait Sapientum: Homo homini occursum fœneratur. nbi autem ingratum aliquem Rex deprehêderit, amovebit à se illum omni ratione, siquidem sapiet, nec ullam unquam tali partem fidei tribuet. Hoc naturæ ipsius esse judiciû Bestiæ in hoc exemplo docuere. Foderant in agro quodam Rustici foveam Leoni loca illa infestaoti capiendo. Verum in hanc incautè illac euntes inciderunt, primùm Aurifex quidam, deinde Simius, mox Draco, postremò & Serpeos. Cõspicatus id fortè ex vicinâ loco cellulâ, quo diversorio dudû utebatur, Solitarius aliquis, Vir bonus: en, inquit ille infelix Homo, præter calamitatem casûs, etiam à Dracone atque augue devolutis eodem perielitatur. non omittam occasionem servâdæ animæ & mercedis æternæ tali operi propositæ, lucrandæ. Ita ille secum; ac mox strenuè progressus ad oram foveæ, funem demisit, inclamans Homini, ot illum arriperet, ejus ope extrahendus. sed præoccupavit saltu Simius, & eductus, primus est. Secundi jactûs beneficium Draco præripoit, ut Serpens tertij; quæ omnes eductæ bestiæ miro affectu gratias Eremitæ referebanc. Addentes & consilium, cujus ille neglecti pœnas tulit: ne eures, inquiebât, hominem, qui supereſt in foveâ, tollere, maligoam vicem beneficio reddet: uam nos illũ ingratissimũ novimus. Adjecit pro se Simius: ego diversor in Suburbano Civitatis Zanzuri qua te illùc unquam peregrinatum causa tulerit, experiere me non immemorem gratiæ. Paria Draco & Serpens polliciti (hi domicilium habebant, in moris ejosdem Civitatis) ad sua quique recesserunt. novissimè omnium extractus è lacu Aurifex, & ipse gratias liberatori egit, ac se professus in Vrbe Zanzur domum & familiam habere, oblatoque si casus illum istuc ferret; hospitio & obsequio, vale dixit, & eò abiens iter arripuit.

II. Eremitæ deinde causa incidit Civitatis Zanzur adeundæ. Propè illam progressum agnovit ex longo Simius, & perofficiosè occurrens, acquiescerat in umbrâ paulolòm rogavit, seque mox rediturum ne gravaretur opperiri. non multò post adfuit omnis generis poma & nuces afferens: quibus jucundè pastus Solitarius, ultra pergebat, portis se jam Vrbis admovens. Vidit illũ procul Draco & statim obviam procurrens, humanissimè

saluta-

salutatum, eniaè oravit ut se paulisper præstolaretur, dum è cavo suo quidpiam illi portaret. mox redijt armillas & torquem dono afferens ingentis pretij, quæ ille Filiæ Regis à se in horto regio soli repertæ & occisæ, erepta in suo cubili servaverat. His acceptis Eremita Vrbem intrat, & Aurificis domum inquirit, non dubitans quin tantò humanius excipiendus foret ab homine sibi eo beneficio obstricto quod tam liberaliter rependi à participibus ejusdem videret belluis. Sed spes eum longè decepit sua. nam perfidus Aurifex agnito in manu servatoris sui torque filiæ Regis, incluso illo domi suæ, denunciatum ivit Regi; se interfectorem ejus filiæ deprehendisse, mitteret in domum suam qui corriperet, reperturos in ejus manibus spolia puellæ, monile ac murænulas quas illa vivens gestaverat.

III. Comprehensus fraude hospitis Solitarius Regi sistitur; qui viso torque & armillis, audire nihil sustinens, torqueri cruciatibus acerbissimis miserum jussit, inter plagas & tormenta hoc solùm vociferantem: non hæc paterer si Simio, Draconi & Serpenti eredidissem. nundinabatur inter hæc Serpens per hortum & atria palatij omnium ignarus, quando auditâ agnitâque voce sui liberatoris sub plagis immanibus gementis, acri sensu grati animi quærebar secum, quâ vi quave ope aut juvare tam benè de se meritum, aut ulcisci tam malè mulctatum posset. In eâ illi fixo curâ, Regis filius occurrit, malo suo magno. nam eum irruens coluber, momordit in manu alto & immedicabili vulnere. Trepidatur ad ejulatum Principis Pueri totâ regiâ: Rex mœstissima, dilatâ quæstione Solitarij accurrit. variè saragunt ministri & Medici. Sed nihil proficiunt. quoad è brevi sopore puer expergiscens. Audivi, air, per somnum, non aliâ me ope sanari posse, quàm precibus Eremitæ tuo jussu, Pater, injustè torti, innocens enim est. Commotus hoc audito Pater, Solitarium carcere eductum togatus ignoscat sibi per errorem lapso, & orare pro filio periclitante ne gravetur. Annuentem ad ægrum secum ducit. Magna circùm turba erat Familiarium Regis ac Procerum; coram quibus insontem se conestatus Eremita, graviter accusabar ingratissimam Aurificis proditionem, ejus turpitudinem exaggerans ex bestiarum pari ope servatarum in se officijs ingentibus. Sub hæc positis genibus precatus, Regium adolescentem momento sanavit, & patri lætissimo incolumem reddidit. Rex omnibus cognitis, Aurificem ingratum, ut falsum delatorem morte affici mandavit. Eremitam, præter monilia Filiæ, quæ illi donavit, multis insuper muneribus cumulatum honorificentissimè dimisit.

DISSERTATIO

Parabolica XII.

CApio & probo quæ dixisti, air Rex Absalom hæc locuto Gymnosophistæ: vellem nunc audire ea te, si vacat, nec grave est, quomodo contingat aliquem ex paupere divitem fieri; qui miser ex felice prius evaserit: Ad hoc Gymnosophista.

I. Rem, inquit, Domine, postulas non tam explicatu difficilè obscuritate sui, quàm variâ quotidianorum eventuum multiplicitate infinitam dictu. ut enim multis Fortuna gravibus & acerbis casibus vitam infestat humanã, evertens felices opibus, & unâ revolutione rotæ superbissimos Tyrannos è fastigio solij in imum pistrini redigens: Ita hanc frænans corrigensq; Numinis Orbem gubernantis Providentia, plurimaa inir easdemque inopinatissimas plerumque rationes, egentium ditandorum, & humilium subitâ orbis vertigine è luto in lucem ac gloriæ culmen evehendorum. Ac quod magis est mirum, eædem illis plerumque contrariorum eventuum causæ sunt. adeò ut quibus potèria, quibus forma, quibus ars sua atque industria eadèdi ex statu offendiculum objecerit, eosdem, ludente ut solet in humanis rebus Sapientiâ Divinâ, sua nobilitas, sua venustas, suus labor, peririaq; fortunæ meliori restituant. Harum adeò vicissitudinum specimen accipe in narratiuncnlâ nõ longâ, satis inexpectatorum successuum, quos homines quatuor haud diuturno sunt spatio experti. Iuvenis Regis filius, Patre mortuo, à Fratre minore invidente virtutibus ejus, & adjuto manu Factiosorum, notam ejus æquitatem formidantium, regno ejectus, vsgus errare inopsque cogebatur. Huic peregrè occurrit formosissimus & prænobilis adolescens, quem suspicacis Principis zelotypia, ex levi conjectu oculorum placere illium suæ uxori criminata, extorrem fecerat. non diù processerant, casus invicem renarranres suos: cum ijs se adjungit Mercator qui nave fractâ, quâ rem universam suam Ingentis pretij vehebat, modò vix salvus enataverat, & seminudus quærebar stipem. denique torosus & durus filius Patris Agricolæ, extrusus domo, abundantium sobole Parentum convicio, dum ei exprobrant inertiam, ni tanto natu pressam numero familiam levaret, eandem terebat viam, quærens ubi operam locaret. Et hic quartus admissus in consortium trium priorum, vicissimque auditus dum suam & ipse fortunã recitat. Coaluit inter quatuor diversissimæ licet sortis homines communione conciliata, necessitatis, satis arcta & verâ caritate cõglutinata societas. ut & mutui libertate sermonis famem ac lassitudinem humanissimè invicem

consо-

